


Ex Libris
Johann.

Nich.
Coll



MARCI TULLII

CICERONIS

OPERUM

PARS NONA.


M. T. CICERONIS
PHILOSOPHICOR. TOM. II.
sive
O ERUM PARS N NA.
AMSTELAEDAMI,
Apud Wetstenios, cIↄ Iↄc.cxx

MARCI TULLII, CICERONIS OPERA

QUAE SUPERSUNT, OMNIA,

CUM ASCONIO & SCHOLIASTE VETERI;

Ac Notis Integris

P. VICTORII, J. CAMERARII, F. URSINI,

& Selectis

P. MANUTII, D. LAMBINI, J. GULIELMII, J. GRUTERI, J. F. & J. GRONOVIORUM, J. G. GRAEVII, & ALIORUM QUAMPLURIMORUM,

Qui Aliquam Ciceronis Operum Partem Animadversionibus illustraverunt.

ISAACUS VERBURGIUS

COLLEGIT, DISPOSUIT, RECENSUIT,

Variantes Lectiones ubique apposuit,

Paginas Aldinae Editionis, quas Nizolius & alii sunt secuti, unà cum Alexandri Scot Sectionibus, Apparatui Latinae Locutionis respondentibus, ad utentis commodum ubique diligenter notavit.

CUM INDICIBUS ACCURATISSIMIS, INSIGNITER AUCTIS.

Volumen Nonum.



AMSTELAEDAMI,

Apud ROD. & GERH. WETSTENIOS.

MDCCXXIV.

John S. Lawrence Estate
4t
3-31-1925

SERIES OPERUM

PARTIS NONÆ.

Philosophicorum Tomus II.



M. TULLII CICERONIS P. 1.

DE

NATURA DEORUM

AD

M. BRUTUM

LIBER PRIMUS.

ARGUMENTUM.

DE difficultate, necessitate & utilitate disputationis de Diis rationem reddit, cur philosophiam tractet Academicosque sectetur. Vellejum Epicureum, aliorum de Diis opiniones recensentem, inducit, & quid ipse existimet, cujus deliramenta refutandi partes Cottæ Academico tradit.

I. CUM multæ res in philosophia nequaquam satis adhuc explicatæ sint, tum perdifficilis, Brute, (quod tu minimè ignoras) & perobscura quæstio est de natura deorum: quæ & [1] ad agnitionem animi pulcerrima est, & ad moderandam religionem necessaria. De qua tam variæ sunt doctis- 1

1. *Ad agnitionem animi.*] Ita Pall. nam Wouverii duo, *cognitionem*, quod minus placet, quamvis exstet ad oram Lambinianæ. videatur Turnebus, qui impugnat *agitationem* Mureti lib. XIV. cap. 14. Gruter.

doctissimorum hominum tamque discrepantes sententiæ, [2] ut magno argumento esse debeat, causam, id est

Gruter. Ad agnitionem animi pulcerrima est.] MSS. duo Wouwerii habent *cognitionem*, quomodo reponendum censuit Lambinus; nihil autem opus est, cum hae voces passim inter se confundantur. Hinc philosophia, quæ est τῶν θείων ἐπιςήμη, *agnitio rerum divinarum* vocatur Macrobio in Somn. Scip. lib. I. cap. 8. Idem cap. 9. *Delphici* vox hæc fertur oraculi, consulenti ad beatitatem quo itinere perveniret: si te, inquit, agnoveris. Homini — una est agnitio sui. Vide & Servium ad Virgil. Æneid. lib. VIII. ✝s. 155. Et Salvianum de Gub. Dei, cùm alibi tum lib. V. cap. I. Sensus tamen paullo obscurior videri possit; quapropter eum paucis explicabo. Cum multi philosophi mentem divinam esse censuerint; ait Tullius, hanc disputationem animo cognoscendo fore utilem, quòd indagatâ Deorum naturâ simul elucesceret mentis humanæ ratio. Vide Tuscul. lib. I. cap. 26, 27. *Davis. Ad agnitionem animi.*] Antequam legeram annotationes Davisii hoc loco, non dubitabam, quin voces istæ significarent cognitionem animi, & ejus observatio omnem porro mihi exemit scrupulum. Nullum exemplum est, ubi *agnitio* capitur alio sensu. Ceterum non exigui momenti est, servare testimonium hoc novum sententiæ Ciceronis de natura animi. Locis istis, quæ protulit Davisius, possis addere è Somn. Scip. cap. VIII. ubi è persona Scipionis Africani dicitur: *Deum igitur scito te esse. Si quidem Deus est, qui viget, qui sentit, qui meminit, qui providet, &c.* & illud e fragmento Timæi, ubi cap. VIII. ita legitur. *Animum igitur, quum ille procreator mundi Deus ex sua mente & divinitate genuisset, &c.* & tertium illud è lib. I. de Divin. cap. 49. quod videtur ad illius explicationem esse scriptum: *A natura Deorum, ut doctissimis sapientissimisque placuit, haustos animos & libatos habemus.* & lib. V. Tuscul. cap. 13. *Humanus autem animus decerptus ex mente divina, cum alio nullo nisi cum ipso Deo comparari potest.* Aristoteles antea dixerat, teste Sexto Empirico adv. Mathematicos pag. 312. Τὸ καθ' ἑαυτὸν οἰκεῖος τῇ ψυχῇ. Quod eo minus mirum debet videri, quum secundum Virgilium Georg. lib. IV. ✝s. 220. Philosophi dixerunt *esse apibus partem divinæ mentis.* Bouhier.

2. *Ut magno argumento esse debeat, causam, id est principium, philosophiæ esse scientiam.*] Nisi enim scientiæ nobis amor à natura esset insitus, non erat causa, cur philosopharemur. Scientiam autem philosophiæ causam & originem esse inde cognoscitur, quòd de natura deorum non modo variæ sint doctissimorum hominum opiniones, verum etiam discrepantes. Cujus rei causa est scientiæ cupiditas. Cur autem nonnulli hanc lectionem adeo non probaverint, ut corruptum exemplar sequi maluerint, non intelligo, nisi si ea, quæ in suo libro manuscripto non vident, ex ingenio & conjectura esse omnia in animum induxerunt. *P. Manut. Ut magno argumento esse debeat, prudenter Academicos à rebus incertis assensionem cohibuisse.*] Ita legitur hic locus in manuscripto, cùm in aliis sit, *Ut magno argumento esse debeat, causam, id est principium phi-*

est principium philosophiæ; esse scientiam: prudenterque Academicos à rebus incertis assensionem cohibuisse. 3 quid est enim temeritate fortius? aut quid tam temerarium tamque indignum sapientis gravitate atque constantia quàm aut falsum sentire, aut, quod non satis exploratè perceptum sit & cognitum, sine ulla dubitatione defendere?

Velut in hac quæstione, plerique (quod maximè ve- 2
risimile est, 4& quò omnes duce natura vehimur) deos

philosophiæ, esse scientiam; prudenterque Academicos, &c. Ursinus. *Ut magno argumento esse debeat, causam; id est principium philosophiæ, esse scientiam.*] Vocula *ut* non comparet in Palat. secund. aut tert. nam primus ab principio mutilus est usque ad caput. 11. optimæ alioquin notæ, cui secundas agit Palatin. secund. tert. pro *scientiam* exhibet *sententiam.* Manutius publicavit, *inscientiam*, contra Turnebum, qui consulatur dicto capite. *Gruter.* Sed tetrior Camarina est, quam movet P. Petitus lib. 1. Miscellan. Observ. cap. 1. locum mancum censens; atque ita vel similiter replendum, *causam, id est principium philosophiæ, ab amore quidem scientiæ esse ductum, finem tamen non esse scientiam*; idque ideo, quia scientia nequeat dici causa & principium philosophiæ, quum sit exitus ac finis. Verum hoc, sed ipse vehementer se frustratur. Dicit enim Cicero ostensurus imperfectos profectus studiorum, ex hac una quæstione de natura Deorum patere, eos, qui venissent jam ad scientiam, aut imaginabantur eo venisse, non esse perfectos in philosophia, sed tum demum vere incitari ad philosophandum & inquirendum, etsi veritas maneret tecta & incerta ob tantam varietatem sententiarum. *Gronov.*

3. *Quid est enim temeritate turpius.*] Veneti *fortius*, quod certe congruere non videtur; suspicari tamen aliquis possit, in archetypo *spurcius* fuisse. *Camerar.* Aut hic *fortius* in malam partem est accipiendum, quasi violentius; qua significatione hanc vocem alibi non memini me legisse, aut pro *fortius* corrigendum *fœdius*, quod affirmare sine vetustis exemplaribus non audeo. *P. Manut. Temeritate fortius.*] Palat. tert. *turpius.* sed ille est scripturæ recentis. alterum restat in secund. duobusque, quos excussit Janus noster Wouwerius; neque aliter Victoriana. & perplacet, propugnatore Turnebo; quidquid oblatret Lambinus. *Gruter.* Bene hic, si modo ipsam loquutionem Tullii recte inspexit, in qua τὸ *temeritate* accipiendum pro per temeritatem, de quo agit pater lib. 11. Observat. cap. 2. *Gronov.*

4. *Et quò omnes duce natura vehimur.*] Vide num melius sit *venimus*, ut est in antiquo, pro *vehimur*: quamvis ad verbum *duce* aptius sit *vehimur.* Ursin. *Et quò omnes duce natura vehimur.*] Gulielmii liber quidam *venimus*; quod ei placuit, neque aliter Palat. sec. qui tamen præterea, *omnes esse duce &c.* nam tert. *& quod hoc duce natura novimus.* quæ hæc exscriptorum licentia est? *Gruterus.* Ut Gulielmii liber, sic & Buslidianus, unde quis non videt faciendum

deos esse dixerunt: [5] dubitare se Protagoras: nullos esse omnino Diagoras Melius & [6] Theodorus Cyrenaicus putaverunt. Qui vero deos esse dixerunt, tanta sunt in varietate [7] ac dissensione, ut eorum molestum sit dinumerare sententias. Nam & de figuris deorum, & de locis atque sedibus, & actione vitæ multa dicuntur: [[8] deque his summa philosophorum dissensione certatur.] [9] quod verò maximè rem causamque continet, utrùm ni-

dum esse *vehimus*, quod verbum ut alii Latini, sic & Tullius nunc activa forma, significatione neutrius posuit, ut in Bruto 97. *Adolescentia per medias laudes quasi quadrigis vehens.* Gronov.

5. *Dubitare se Protagoras.*] Diogenes in Protagora: Περὶ μὲν θεῶν οὐκ ἔχω εἰδέναι, εἴθ' ὡς εἰσιν, εἴθ' ὡς οὐκ εἰσίν· πολλὰ γὰρ τὰ κωλύοντα εἰδέναι, ἥτε ἀδηλότης, καὶ βραχὺς ὢν ὁ βίος τοῦ ἀνθρώπου. διὰ ταύτην δὲ τὴν ἀρχὴν τοῦ συγγράμματος ἐξεβλήθη πρὸς Ἀθηναίων, καὶ τὰ βιβλία αὐτοῦ κατέκαυσαν ἐν τῇ ἀγορᾷ. *Ursin.*

6. *Theodorus Cyrenaicus.*] Leve hîc est mendum, verum tamen ideo non in textu relinquendum. *Cyrenaïcus* notat hominem, qui est sectæ Cyrenaïcæ; & licet Theodorus Atheus istius fuerit sectæ, ille tamen auctor fuit sectæ alius, cui à se nomen imposuit, ut videre est apud Diogenem Laërt. II, 97. Ceterum hic non agitur de Theodori secta, sed de ejus patria, ut de patria Diagoræ. Legendum est igitur, *Theodorus Cyrenæus*, quemadmodum nominatur ab ipso Cicerone Tuscul. lib. I. cap. 43. *Bouhier.*

7. *Et dissensione, ut eor. mol. sit dinumerare &c.*] Est ab editione Victorii, adstipulaturque Palatin. secund. & alter Wouwerianus. vulgati, *& dissensione constituti, ut eor. mol. sit annumerare &c.* Lambino quidem etiam displicuit illud *constituti*, deletum cupit ideo tantum, quod ei displiceat. *Gruter.*

8. *Deque his summa &c.*] Sepsi hæc uncis, tanquam spuria, neque inventa à Gulielmio in codice scripto, cui notam ponit P. & vero Palatin. secund. habet, *de quo summa*; ut appareat vel ex diversitate scripturæ de falso. *Idem.*

9. *Quod vero maximè &c.*] Receptam lectionem non improbo; neque enim est cur debeam, sed ut medici non solum eos, qui ægrotant, sed eos etiam, qui satis commodè habent, quandoque curant, ut ad naturæ beneficium, addito artis adjumento, quam optimam valetudinem & speciem consequantur, sic nos non ea modo, quæ errorum tenebris involuta minus perspicua sunt, sed si quid etiam ejusmodi est, quod lectorem omnino non lateat, quanto magis possumus correctione illustramus; ut hoc in loco dixi me receptam lectionem non improbare, neque cur improbem causa est; tamen ad venustatem & ornatum quiddam addetur, si legas: *Quod vero maximè rem causamque continet, utrum nihil agant, nihil moliantur, ab omni curatione & administratione rerum vacent: an contrà ab his & à principio omnia facta & constituta sint, & ad infinitum tempus regantur atque moveantur, inprimis magna quæstio est.*

nihil agant, nihil moliantur; omni curatione & administratione rerum vacant: an contrà ab his & à principio omnia facta & constituta sint, & ad infinitum tempus regantur atque moveantur, inprimisque [a] magna dissensio est. [b] eaque nisi dijudicetur, in summo errore necesse est homines atque in maximarum rerum ignoratione versari.

P. B.

a de eo magna *Lamb.*
b quæ nisi dijudicatur *Idem.*

3 II. SUNT ENIM philosophi & fuerunt, qui omnino nullam habere censerent humanarum rerum procurationem deos. Quorum si vera sententia est, quæ potest esse pietas? quæ sanctitas? quæ religio? hæc enim omnia purè ac castè tribuenda deorum numini ita sunt, si animadvertuntur ab his, & si est aliquid à [c] diis immortalibus hominum generi tributum. Sin autem [d] dii neque possunt nos juvare, neque volunt; nec omnino curant; nec, quid agamus, animadvertunt; nec est quod ab [e] his ad hominum vitam permanare possit: quid est, quòd ullos diis immortalibus cultus, honores, preces adhibeamus? In specie autem fictæ simulationis sicut reliquæ virtutes, [f] ita pietas inesse non potest, cum qua simul & sanctitatem & religionem tolli necesse est: quibus sublatis perturbatio vitæ sequitur & magna confusio.

c deis *MS.*
d dei *MS.*
e iis *MS.* & *Lamb.*
f item *MS.*

4 Atque haud scio, an, pietate adversus deos sublatâ, fides

est. P. Manutius. *Quod vero maximè rem causamque continet,*] Vulgatam lectionem, quia ferri non potest, rejeci, Manutiique conjecturam, præsertim à codd. antiquis adjutam & confirmatam, aliqua ex parte approbavi; nempe quatenus tulit vett. librorum auctoritas, in quibus primùm post *continet* partim non reperitur verbum substantivum, *est*, partim reperitur: deinde ante *omni curatione &c.* ab omnibus abest particula *an*, quæ corrumpit sententiam. nam *nihil agere, nihil moliri, omni curatione & administratione rerum vacare* re unum sunt: at particula *an* disjungit diversa. postremò à nonnullis ita legitur, *in primisque magna est dissensio*; & multa alia vel comparent, vel non in libris illis, quæ fidem faciant, sic esse legendum; *Quod vero maxime rem causamque continet, est, utrum nihil agant, nihil moliantur, omni curatione & administratione rerum vacent, an contra ab his & à principio omnia facta & constituta sint, & ad infinitum tempus regantur: in primisque de eo magna dissensio est*, seu, ut mavult Manutius, *magna de eo quæstio est: quæ, nisi dijudicatur, &c.* Omnino *dissensio* mihi magis probatur quàm *quæstio*, propter verbum *dijudicatur.* Dicunt enim Latini, *dijudicare litem, controversiam, dissensionem* & similia, non *quæstionem*, Lambin.

modò ad legendos libros, sed etiam ad totam philosophiam pertractandam dedissem. Omnes autem ejus partes atque omnia membra tum facillimè noscuntur,
P. IV. cùm totæ quæstiones scribendo explicantur. est enim admirabilis quædam continuatio seriesque rerum, [12] ut alia ex alia nexa, & omnes inter se aptæ colligatæque videantur.

10 V. Qui autem requirunt, quid quaque de re ipsi sentiamus, curiosiùs id faciunt quàm necesse est. [13] non enim tam auctores in disputando quàm rationis momenta quærenda sunt. quin etiam obest plerumque iis, qui discere volunt, auctoritas eorum, qui se docere profitentur. desinunt enim suum judicium adhibere: id habent ratum, quod ab eo, quem probant, judicatum vident. Nec verò probare soleo id, quod [14] de [a] Pythagoreis accepimus: quos ferunt, si quid affirmarent in disputando, cùm ex iis quæreretur, quare ita esset, respondere solitos, [b] *ipse dixit*. ipse autem erat Pythagoras. tantum opinio præjudicata poterat, ut etiam sine ratione valeret auctoritas.

a Pythagoricis *alii*. b admiranter, *ipse MS*.

11 Qui autem mirantur, nos hanc potissimùm disciplinam secutos, his quattuor Academicis libris satis responsum videtur. Nec verò desertarum relictarumque rerum patrocinium suscepimus. non enim hominum interitu sententiæ quoque occidunt: sed lucem auctoris fortasse desiderant: ut hæc in philosophia ratio [15] contra omnia disserendi nullamque rem apertè judicandi, pro-

12. *Ut alia ex aliis nexa.*] Vetus liber habet, *ut alia ex aliis nexæ.* Ursin. *Ut alia ex alia nexa.*] Si ita scripsisset auctor, non præposuisset τῷ *omnes* copulam. Certe in MS. Cantabr. reperi, *alia ex aliis nexa*; ut cap. 20. *Alia alias apprehendentes.* Gronov.

13. *Non enim tam auctoritatis in disputando quàm rationis momenta quærenda sunt.*] *Auctores* scriptum est in antiquo, pro *auctoritatis*. Ursin.

14. *De Pythagoreis.*] Erasmus expendit hunc locum in proverbio, *Ipse dixit.* Quibus adde quæ Cælius Rhodiginus in Antiquis Lectionibus lib. x. de rebus Pythagoricis collegit. *Betulejus.*

15. *Contra omnia disserendi.*] Illustrant hunc locum Diogenis verba, quæ leguntur in Arcesila: Ἀρκεσίλαος, ὁ Ἀρκεσίλαος Πιταναῖος τῆς Αἰολίδος, ὁ τῆς μέσης Ἀκαδημίας κατάρξας πρῶτος, ἐπισχὼν τὰς ἀποφάσεις διὰ τὰς ἐναντιότητας τῶν λόγων· πρῶτος δὲ καὶ εἰς ἑκάτερον ἐπεχείρησε, καὶ ἐποίησε δι' ἐρωτήσεως, καὶ ἀποκρίσεως ἐριστικώτερον. *Ursin.*

16. Ut

profecta à Socrate, repetita ab Arcesila, confirmata à
Carneade, usque ad nostram viguit ætatem; quam
nunc propemodum orbam esse in ipsa Græcia intelligo.
quod non Academiæ vitio, sed tarditate hominum ar-
bitror contigisse. Nam si singulas disciplinas percipere
magnum est: quanto majus omnes? quod facere iis
necesse est, quibus propositum est, veri reperiendi cau-
sâ, & contra omnes philosophos & pro omnibus di-
cere.

Cujus rei tantæ tamque difficilis facultatem conse- P. B.
cutum esse me non profiteor: secutum esse præ me fe- 12
ro. Nec tamen fieri potest, ut, qui hac ratione phi-
losophentur, ii nihil habeant, quod sequantur. Dictum
est [c] omnino hac de re alio loco diligentiùs: sed quia
nimis indociles quidam tardique sunt, admonendi vi-
dentur sæpius. non enim sumus [d] ii, quibus nihil ve-
rum esse videatur: sed ii, qui omnibus veris falsa quæ-
dam adjuncta esse dicamus, tanta similitudine, ut in iis
nulla insit certa judicandi & assentiendi nota. ex quo
exsistit & illud, multa esse probabilia: quæ quamquam
non perciperentur, tamen quia [e] usum haberent quen-
dam insignem & illustrem, his sapientis vita regeretur.

c *omnino deest in multis edd.*
d *ii non est in MS.*
e *ita Boubier. alii visum.*

VI. SED JAM, ut omni me invidia liberem, ponam 13
in medio sententias philosophorum de natura deorum.
quo quidem loco convocandi omnes videntur, qui,
quæ sit earum vera, judicent. Tum demum mihi
procax Academia videbitur, si aut consenserint omnes,
aut erit inventus aliquis, qui, quid verum sit, invene-
rit. Itaque mihi libet exclamare, [16] ut Statius in Syne-
phebis,

> *Pro deûm, [17] popularium omnium, omnium adolescentium*

Cla-

16. *Ut Statius in Synephebis.*] *Ut ille in Synephebis* est in manuscripto. *Ursin.* *Ut Statius in Synephebis.*] Exterminanda vox *Statius*, quæ non est in Palatin. tert. ejusque loco habetur in secund. *Terentius*, in P. Gulielmii, *Plautus.* occupat tamen omnes edd. Aldinas, Victorianam, Lambinianam. nam Bruti, nam Sturmii, aliorum, cur consulam? traduces sunt priorum. *Gruter.* Sane nec in Cantabrig. exstabat nomen. Sed in Buslid. *ut Terentius in ephebis.* Gronov.

17. *Popularium omnium adolescentium.*] Versus supplendi causâ repetit Gulielmius, *popularium omnium, omnium adolescentium.* lepidè, *Gruter.*

Yyy yyy yy 2 18. Cum

Clamo, postulo, obsecro, oro, ploro atque imploro fidem.

non levissima de re, ut queritur ille,

Fieri in civitate facinora capitalia:
Ab amico amante argentum accipere meretrix non [f] *vult:*

f volt Lamb.

14 sed ut adsint, cognoscant, animadvertant, quid de religione, pietate, sanctitate, cæremoniis, fide, jurejurando, quid de templis, delubris sacrificiisque [g] sollemnibus, quid de ipsis auspiciis, quibus nos præsumus, existimandum sit. hæc enim omnia ad hanc de diis immortalibus quæstionem referenda sunt. Profectò eos ipsos, qui se aliquid certi habere arbitrantur, addubitare coget doctissimorum hominum de maxima re tanta dissensio.

g solemnibus *MS.*

P. V.

15 Quod cùm sæpe aliàs, tum maximè animadverti, cùm apud C. Cottam, familiarem meum, accuratè sanè & diligenter de diis immortalibus disputatum sit. Nam, cùm feriis Latinis ad eum ipsius rogatu [h] arcessituque venissem, offendi eum sedentem in exhedra & [18] cum C. Vellejo senatore disputantem: ad quem tum [i] Epicurei primas ex nostris hominibus deferebant. Aderat etiam Q. Lucilius Balbus: qui tantos progressus habebat in Stoicis, ut cum excellentibus in eo genere Græcis compararetur. Tum, ut me Cotta vidit, Peropportunè, inquit, venis. oritur enim mihi magna de re altercatio cum Vellejo: cui, pro tuo studio, non est alienum te interesse.

h accersituque *edd. vett.*

i Epicuri *alii.*

16 VII. ATQUI MIHI quoque videor, inquam, venisse, ut dicis, opportunè. três enim trium disciplinarum principes convenistis. M. enim Piso si adesset, nullius philosophiæ, earum quidem quæ in honore sunt, vacaret locus. Tum Cotta, Si, inquit, liber Antiochi nostri, qui ab eo nuper ad hunc Balbum missus est, vera loquitur; nihil est, quòd Pisonem, familiarem tuum, desideres. Antiocho enim, Stoici cum Peripateticis re [k] concinere videntur, verbis discrepare: quo

k consentire *alii.*

18. *Cum C. Vellejo Senatore disputantem.*] Pal. secund. *disputantem Senatore.* arguit scilicet talis positio dictionem *Senatore* non esse Tullii, sed librarii alicujus; nisi forte tale viro illi agnomen. *Gruter.*

quo de libro velim ſcire, Balbe, quid ſentias. Egone? inquit ille, miror, Antiochum, hominem in primis acutum, non vidiſſe, intereſſe plurimùm inter Stoicos, qui honeſta à commodis non nomine, ſed genere toto disjungerent, & Peripateticos, qui honeſta commiſcerent [1]cum commodis, ut ea inter ſe magnitudine & quaſi gradibus, non genere differrent. hæc enim eſt non verborum parva, ſed rerum permagna diſſenſio.

1 *cum deeſt in aliis.*

Verùm hæc aliàs: nunc quod cœpimus, ſi videtur. **P. B.**
Mihi verò, inquit Cotta, videtur. Sed ut hic, qui intervenit, me intuens, ne ignoret, quæ res agatur, de 17
natura agebamus deorum. quæ cùm mihi videretur perobſcura, ut ſemper videri ſolet; Epicuri ex Vellejo ſciſcitabar ſententiam. quamobrem, inquit, Vellei, niſi moleſtum eſt, repete quæ cœperas. Repetam verò, quamquam non mihi, ſed tibi hic venit adjutor. ambo enim, inquit arridens, ab eodem Philone nihil ſcire didiciſtis. Tum ego, Quid didicerimus Cotta viderit: tu autem nolo exiſtimes, me adjutorem huic veniſſe, ſed auditorem, [19]& quidem æquum, libero judicio, nulla ejusmodi adſtrictum neceſſitate, ut mihi, velim, nolim, ſit certa quædam tuenda ſententia.

VIII. TUM Vellejus, fidenter ſanè, ut ſolent iſti, 18
nihil tam verens quàm ne dubitare aliqua de re videretur: [20]tamquam modo ex deorum concilio & ex Epi-

19. *Et quidem æquum, libero judicio &c.*] Auribus meis animoque longè præſtat, *& quidem fretum libero jud.* ut habet Pal. noſter ſecund. *Gruter.*

20. *Tanquam modo ex deorum concilio & ex Epicuri intermundiis deſcendiſſet.*] Hæc ſane recta eſt lectio: de ea igitur ſiluiſſem, niſi vidiſſem in multis codicibus *internunciis* mendoſè legi, nec iis tantum impreſſis, verum etiam quibusdam manuſcriptis & antiquioribus: quare ejicienda penitus & convincenda talia illa fuit. Utitur & alibi Cicero hac voce, interpretaturque ipſa μετακόσμια, ut opinor: quod verbum erat Epicuri, & eorum qui innumerabiles mundos eſſe dicebant. ſic enim appellabant ſpatia & intervalla, quæ inter mundos illos inania relicta erant. Epicurus ipſe in epiſtola, quam ad Pythoclem περὶ τῶν Μετεώρων ſcripſit, accuratè hoc nomen expoſuit, Ὅτι δὲ καὶ τοιοῦτοι κόσμοι τὸ πλῆθος ἐπὶ καταλαβεῖν, καὶ ὅ τι καὶ ὁ τοιοῦτος δύναται κόσμος γίνεσθαι καὶ ἐν κόσμῳ καὶ ἐν μετακοσμίῳ ὃ λέγομεν μεταξὺ κόσμων διάστημα ἐν πολυκένῳ τόπῳ, καὶ ὐκ ἐν μεγάλῳ εἰλικρινεῖ κενῷ, &c. ponit autem ipſam Laërtius in ejus vita, cum docere vellet, quæ ipſius opinio & ſententia de rebus ſublimibus fuiſſet. Quomodo au-

Epicuri intermundiis descendisset: Audite, inquit, non futiles [m] commenticiasque sententias, non opificem ædificatoremque mundi Platonis de Timæo deum: nec anum fatidicam Stoicorum πρόνοιαν, quam Latinè licet providentiam dicere: neque verò mundum ipsum, animo & sensibus præditum, rotundum, ardentem, [21] volubilem deum, portenta & miracula non differentium philosophorum, sed somniantium.

m commentitiasque *alii.*

19 Quibus enim oculis animi intueri potuit vester Plato fabricam illam tanti operis, quâ construi à deo atque ædificari mundum facit? quæ molitio? quæ ferramenta? qui vectes? quæ machinæ? qui ministri tanti muneris fuerunt? quemadmodum autem obedire & parere voluntati architecti aer, ignis, aqua, terra potuerunt?

P. VI. Unde verò ortæ illæ quinque formæ, ex quibus reliqua formantur, aptè cadentes ad animum efficiendum pariendosque sensus? [22] longum est omnia. quæ talia sunt, ut optata magis quàm inventa videantur.

20 Sed illa palmaris quidem, quòd, qui non modò [23] na-

autem melius Diogenes potuit rationem illam & decreta explicare quàm autoris ipsius verbis ac commentariis? quod sanè studiose ille fecit, ut qui ab ea ratione, quantum suspicari licet, non valde abhorrebat. *Victor.* *Ex Epicuri internunciis.*] Ven. & alii, *Intermundiis:* ut & in II. de Finib. *Individua & Intermundia quæ nec sunt ulla, nec possunt esse, intelligimus.* Et hoc verum puto. Dicit autem quædam interjecta spatia inanitatis inter mundos innumerabiles, quos a Democrito acceptos Epicurus constituit: de quo copiose Victorius. *Camer.* *Et Epicuri intermundiis.*] Μετακοσμίοις. hac enim voce utitur ipse Epicurus in epistola Pythocli scripta: exponitque, τὸ μετακόσμιον εἶναι διάστημα μεταξὺ κόσμων. de Finib. II. *Individua quum dicitis & intermundia, quæ nec sunt ulla, nec possunt esse, intelligimus.* Nihil addo iis, quæ Camerarius & Victorius hic annotarunt. *Betul.*

21. *Volubilem Deum.*] Plato mundum Deum facit, in eodem Timæo, quem Virgilius quoque secutus est. Aliquando mundo Deum admiscuerunt, ut Virg.

Totumque infusa per artus
Mens agitat molem, & magno se corpore miscet.

De quo apud Lactantium à nobis dictum est, cùm alibi, tum lib. VII. cap. 3. Nisi secundum Stoicos hoc intelligere malis, qui Deum definiunt, πνεῦμα νοερὸν καὶ πυροειδές. Nam Democritus quoque τὸν θεὸν, νοῦν πυροειδῆ facit, καὶ τὴν τοῦ κόσμου ψυχήν. Plutarch. *Betuleius.*

22. *Longum est iter ad omnia.*] Ven. verius, *Longum est ad omnia;* ut intelligamus, afferre seu dicere aliquid, ut Terent. *Longum est*

[23] natum mundum introduxerit, sed etiam manu pænè factum, is eum dixerit [24] fore sempiternum. Hunc censes primis, ut dicitur, labris gustasse [25] physiologiam, qui quidquam, quod ortum sit, putet æternum esse posse? quæ est enim coagmentatio non dissolubilis? aut quid est, cujus principium aliquod sit, [n] nihil sit extremum? [26] Pronœa verò [o] si vestra est, Lucili; eadem, requiro, quæ paullo antè, ministros, machinas, [27] omnem totius operis designationem atque apparatum: sin alia est, cur mortalem fecerit mundum, non, quemadmodum Platonicus deus, sempiternum?

IX. Ab utroque autem scíscitor, cur mundi 21 ædificatores repente exstiterint: innumerabilia antè [p] sæcula dormierint. Non enim si mundus nullus erat, [q] sæcula non erant. Sæcula nunc dico, non ea, [28] quæ die-

n nullum conj. Lamb.
o vestra si ead. est Lucili Lamb.
p secla MS.
q secla MS.

si tibi narrem, quam ob rem id faciam. Camer. *Longum est omnia.*] Est à Victoriana, confirmatque uterque Palatinus. prius vulgati. *longum est, iter ad omnia.* ex quo molitur Gulielmius, cap. v. in Stichum Plauti. *longum est iterare omnia.* sed quid opus conjecturis, vero prodeunte libris Plutcariis? *Gruter.*

23. *Natum mundum.*] Hoc est, originem accepisse: quod non Plato mòdò, sed etiam Pythagoras & Stoici confitentur. Plur. Ceterùm an natus sit mundus disputat Aristot. de Cœlo lib. I. cap. 10. de Nat. auscul. lib. VIII. cap. 2. *Betuleius.*

24. *Fore sempiternum.*] Ἀΐδιον. Ratio Platonica est, ut ex Timæo in lib. de Universitate Cic. transtulit: quod artifex Deus in exemplar & speciem æternitatis imitari voluerit: Εἰ μὲν δὴ καλός ἐστιν ὅδε ὁ κόσμος, ὅτε δημιουργὸς ἀγαθὸς, δῆλον ὡς πρὸς τὸ ἀΐδιον ἔβλεπεν, τὸ ἀΐδιον παράδειγμα. id est, Exemplar mundi fabrefacti statuens. de quo nobis etiam apud Lactantium de Ira Dei cap. II. dictum est. Ceterùm si τὸ ἀϊδίου definitionem desideras, ex Speusippicis apponam: Ἀΐδιον, inquit, τὸ κατὰ πάντα χρόνον καὶ πρότερον ὂν, καὶ νῦν μὴ διεφθαρμένον. *Idem.*

25. *Physiologiam.*] Post hanc vocem sequebatur, *id est naturæ rationem*, quod induximus, videntes glossam esse ab aliquo adjectam, qui *physiologiam* interpretaretur. *P. Manut.*

26. *Pronoea verò si vestra est; Lucili, &c.*] Locus ita videtur interpungendus: *Pronœa vero si vestra est, Lucili, eadem requiro, quæ, &c.* Bouhier.

27. *Omnem totius orbis designationem.*] *Operis*, pro *orbis*, habent manuscripti aliquot libri: quæ mihi lectio magis placet, ob ea quæ præcedunt *ministros, machinas &c.* Ursin.

28. *Quæ dierum noctiumque numero annuis cursibus conficiuntur.*] Nihil quidquam mutant codices: persuadere tamen mihi non possum, quin vox desit, ad explendam, uti videtur, orationem necessaria; non enim res memoratur, cujus annui cursus ista sæcu-

dierum noctiumque numero annuis cursibus conficiuntur. nam fateor ea sine mundi conversione effici non potuisse. Sed fuit quædam ab infinito tempore æternitas, quam nulla temporum circumscriptio metiebatur, [29] spatio tamen, qualis ea fuerit, intelligi [r] potest: quod ne in cogitationem quidem cadit, ut fuerit tempus aliquod, nullum cùm tempus esset.

r non potest *alii.*

22 Isto igitur tam immenso spatio quæro, Balbe, cur Pronœa vestra cessaverit. Laboremne fugiebat? At iste nec attingit deum, nec erat ullus, cùm omnes naturæ numini divino, cælum, ignes, [s] terræ, maria parerent. Quid autem erat, quòd concupisceret deus mundum signis & luminibus, tamquam ædilis, ornare? [30] si, ut deus ipse meliùs habitaret: antea videlicet tempore infinito in tenebris, tamquam in gurgustio, habitaverat. Pòst autem varietatene eum delectari putamus, quâ cælum & terras exornatas videmus? quæ ista potest esse oblectatio deo? quæ si esset, non eâ tamdiu carere potuisset.

s terra *MS.* P. B.

nisi.

23 An hæc, ut ferè dicitis, hominum causâ à deo constituta sunt? Sapientumne? propter paucos ergo tanta est facta rerum molitio. An stultorum? at primùm causa non fuit, cur de improbis bene mereretur. deinde quid est assecutus, cùm omnes stulti sint sine dubio miserrimi; maximè quòd stulti sunt: miserius enim stultitiâ quid possumus dicere? deinde [31] quòd ita multa sunt in-

la non conficiunt. Lego: *Quæ dierum noctiumque numero, annuis solis cursibus conficiuntur.* Davis. Correctio Davisii necessaria non est: *annui cursus* sunt anni. Lib. II. de Leg. cap. 8. Cicero eodem modo dixit: *Cursus annuos sacerdotes finiunt.* Credo solum legendum *& annuis cursibus.* Bouhier.

29. *Spatio tamen, qualis ea fuerit, intelligi non potest.*] Correctio Gruteri & editoris Anglici, qui legunt: *intelligi potest*, mihi non placet. Tò *tamen* enim, quod præcedit, satis ostendit, secundum Vellejum, facilius esse credere istam æternitatem, præ præcessit mundum, quam intelligere. *Idem.*

30. *Si, ut deus ipse melius habitaret.*] Walker delet *si* absque causa. positum est pro *an*, ut Cicero aliquoties posuit, verum ita est distinguendum: *Si, ut deus ipse melius habitaret?* Quod convenit cum codice msto. ab eodem viro docto prolato. *Idem.*

31. *Quod ita multa sunt incommoda &c.*] Probat omnes stultos esse miseros, primò quòd stulti sunt; deinde quòd permulta sunt incommoda in vita, quæ stulti nec vitare possunt, nec ferre. Hæc planè hujus loci sententia est, quam tamen non facile ex his verbis

incommoda in vita, ut ea sapientes commodorum compensatione leniant, stulti nec vitare venientia possint, nec ferre præsentia.

X. Qui verò mundum ipsum animantem sapientemque esse dixerunt, 32 nullo modo viderunt animi naturam, t intelligentes in quam figuram cadere posset: de quo dicam v equidem paullo pòst. Nunc autem hactenus admirabor eorum tarditatem, qui animantem, immortalem & eundem beatum, rotundum esse velint, quòd eâ formâ ullam neget esse pulcriorem Plato. At mihi vel cylindri, vel quadrati, vel coni, vel pyramidis videtur esse formosior. Quæ verò x tribuitur vita isti 33 rotundo deo? nempe ut ea celeritate contorqueatur, cui par nulla ne cogitari quidem possit. In qua non video, ubinam mens constans & vita beata possit insistere. quodque in nostro corpore si minima ex parte significetur, molestum sit: cur hoc idem non habeatur molestum in deo? terra enim profectò, quoniam pars mundi est, pars est etiam dei. Atqui terræ maximas regiones inhabitabiles atque incultas videmus, quòd pars earum appulsu solis exarserit, pars obriguerit nive pruinaque, longinquo solis abscessu. quæ, si mundus est deus, quoniam partes mundi sunt, dei membra partim ardentia, partim refrigerata y dicenda sunt.

t intelligentis *Gul.* 24
v equidem *non habet Grut.*
x vita attribuitur *alii.*
P. VII.
y ducenda *MS.*

At-

bis elicies. Edit. Veneta & MS. Oxonii dant *possunt*. Rescribe igitur mecum, nisi si quid melius occurrat, levi immutatione: *In vita, qua ut sapientes — venientia possunt*, *&c.* Corrupit credo hunc locum eorum nimia diligentia, qui non intelligebant *ita multa*, *ita magna* & similia, apud Nostrum aliosque absolutè poni. *Walker.* Mendâ non caret hic locus. Correctio Walkeri potest ferri. Ecce tamen aliam, quæ propius ad editionum lectionem accedit: *Deinde, quæ ita sunt incommoda in vitâ, ut ea sapientes commodorum compensatione leniant, stulti nec vitare venientia possunt, nec ferre præsentia.* Ubi *ut* positum est pro *licet*. Davisius in additionibus legit etiam *possunt*, sed aliter distinguit. *Bouhier.*

32. *Nullo modo viderunt animi naturam intelligentes.*] *Videntur* si legas, ut est in manuscripto, sensus patebit apertius. *Ursin.* Gruteri lectionem: *Nullo modo viderunt animi naturam intelligentis, in quam figuram cadere posset*, ampliss. Bouhierius longè præfert Davisii & aliorum lectionibus.

33. *Rotundo Deo.*] Ridiculè de forma Dei disserit, decorum personæ servans. neque enim ex sua sententia de figura Dei quicquam dicturus est, quod suprà professus est. *Betuleius.*

34. Thæ-

25 Atque hæc quidem vestra, Lucili. [z] qualia verò sint, ab ultimo repetam superiorum. [34] Thales enim Milesius, [35] qui primus [36] de talibus rebus quæsivit, aquam dixit esse initium rerum: deum autem eam mentem, [37] quæ ex aquâ cuncta fingeret. [38] Si dii possunt esse sine sensu & mente, cur [a] aquæ adjunxit, si ipsa mens constare potest vacans corpore? Anaximandri autem opinio est, nativos esse deos, longis intervallis orientes occidentesque, [39] [b] eosque innumerabiles esse mundos. Sed nos deum, nisi sempiternum, intelligere quî possumus?

z vero alia *MS.*

a mentem aquæ adj. cur aquam menti, si. *Lamb.*

b eoque *MSS.* idemque *Lamb.*

26 Pòst Anaximenes aëra deum statuit, eumque gigni esseque immensum, & infinitum, & semper in motu: quasi aut aër sine ulla forma deus esse possit, cùm præsertim deum non modò aliqua, sed pulcerrima specie esse

34. *Thales enim Milesius.*] Essem hic verbosior, nisi apud Lactantium de hoc dixissem, lib. I. cap. 5. Hoc unum addemus, quod hoc ex Homero hausisse doctis videtur, apud quem sic legitur:

Ὠκεανὸς, ὅσπερ γένεσις πάντεσσι τέτυκται.

Quæ altius licebit repetere ex Plutar. cùm in vita Homeri, tum Placitorum lib. I. cap. 3. unde quidam credunt, Pindarum τὸ ὕδωρ ἄριστον dixisse. *Betuleius.*

35. *Qui primus.*] Lege de hoc quæ sunt apud Lactantium lib. III. cap. 16. *Idem.*

36. *De talibus rebus.*] Gulielmius conjicit *naturalibus.* neque aliter laudat hunc Tullii locum Lactantius, ut monuit Paullus Merula ad notas in lib. I. Annalium Ennii. *Gruterus.* Imò & Wouwerius ad Minucium Felicem sic veteres libros scribere annotavit. *Gronov.*

37. *Ex aqua cuncta gigneret.*] Ven. *Fingeret*; ut fingit enim natura prius nos intus. sed *gigneret* nequaquam improbare possum. *Camer.*

38. *Si Dii possunt esse sine sensu & mente, &c.*] Locus corruptus, nec sine ope alicujus MSti restituendus. Proponam tamen conjecturam meam, quâ legendum censeo: *Qui, si dii possunt esse sine sensu & mentem cur aqua adjunxit, si ipsa mens constare potest, vacans corpore.* Potest etiam ut Cic[illegible] scripserit, *sine sensu & motu.* Secundum Stobæum enim Eclog. Phys. lib. I. cap. 16. Thales inter alia statuebat primam causam esse sine motu: Τὸ πρῶτον αἴτιον ἀκίνητον. unde pulcerrimus emergeret sensus; verum metuo, ne mutatio sit nimis magna, idque tanto magis, quia necessaria non est. *Bouhier.*

39. *Eosque innumerabiles esse mundos.*] Abest à manuscripto codice vox *mundos*, quam opinor glossema esse. *Ursin.*

40. *Pri-*

esse deceat: aut non omne, quod ortum sit, mortalitas consequatur.

XI. INDE Anaxagoras, qui accepit ab Anaximene disciplinam, 40 primus omnium rerum descriptionem & modum mentis infinitæ vi ac ratione designari & confici voluit: in quo non vidit, neque motum sensui junctum [c] & continentem [d] in infinito [e] ullum esse posse: neque sensum omnino, quo non ipsa natura pulsa sentiret. Deinde si mentem istam quasi animal aliquod esse voluit, erit aliquid interius, ex quo illud animal nominetur. quid autem interius mente? [f] cingatur igitur corpore externo.

[c] & in cont. *MS.* [d] in infin. *deest in eod. MS.* [e] nullum *id. MS.*

P. B. 27

Quod quoniam non placet, aperta simplexque mens, nulla re adjuncta, quæ sentire possit, fugere intelligentiæ nostræ vim & notionem videtur. Crotoniates autem Alcmæo, qui soli & lunæ reliquisque sideribus, animoque præterea, divinitatem dedit, non sensit, sese mortalibus rebus immortalitatem dare. Nam Pythagoras, qui censuit, animum esse per naturam rerum omnem intentum & commeantem, ex quo nostri animi carperentur, non vidit distractione humanorum animorum discerpi & lacerari deum: & cùm miseri animi essent, quòd plerisque contingeret, tum dei partem esse miseram: quod fieri non potest.

[f] cingitur. *alii.*

Cur autem quidquam ignoraret animus hominis, si 28 esset deus? quomodo porrò deus iste, si nihil esset [g] nisi animus, aut infixus, aut infusus esset in mundo? Tum Xenophanes, qui mente adjuncta, omne præterea, quod esset infinitum, deum voluit esse, 41 de ipsa mente item reprehenditur, ut ceteri: de infinitate autem vehementiùs, in qua nihil neque sentiens, neque conjunctum [h] potest esse. Nam Parmenides 42 commenticium

[g] nisi *deest in edd. Lamb.* [h] potest esse. *MS.*

40. *Primus omnium rerum descriptionem & modum &c.*] Totus hic locus, ut quidem nunc legitur, intelligi non potest. Rigaltius & Davisius mutaverunt *modum* in *motum*, verum *modum* optimè sensui convenit, & adhibetur etiam ab Augustino Epist. CXVIII. n. 24. & seq. ubi locum hunc profert. Mihi quidem hic locus librariorum inscitiâ videtur mirè corruptus & ita restituendus: *Anaxagoræ rerum descriptio & modus infinitæ mentis opus dicitur.* Bouhier.

41. *De ipsa quidem mente.*] Ita legitur in antiquis codicibus, & recte: sequitur enim adverbium, *autem.* Ursin.

42. *Commenticium quiddam coronæ similitudine efficit.*] In manu-

cium quiddam coronæ similitudine efficit: Stephanen appellat, continentem ardore lucis orbem, qui cingit cælum; quem appellat deum. in quo neque figuram divinam, neque sensum quisquam suspicari potest. multa ejusdem monstra; [43] quippe qui bellum, qui discordiam, qui cupiditatem ceteraque generis ejusdem ad deum revocat: quæ vel morbo, vel somno, vel oblivione, vel vetustate delentur. eademque de sideribus; quæ reprehensa jam in alio, in hoc omittantur.

29 XII. EMPEDOCLES autem multa alia peccans, in deorum opinione turpissimè labitur. quattuor enim naturas, ex quibus omnia constare vult, divinas esse censet? quas & nasci, & exstingui perspicuum est, & sensu omni carere. [44] Nec verò Protagoras, [45] qui sese negat omnino de diis habere [i] quod liqueat, sint, non sint, qualesve sint, quidquàm videtur de natura deorum suspicari. [k] Quid Democritus, qui tum imagines earumque circuitus in deorum [l] numero refert: tum illam naturam, quæ imagines fundat ac mittat: [46] tum [m] scien-

P. VIII.

i quo *MSS.*

k Quid? *Lamb.*

l numerum *Idem.*

scripto est, *commenticium quiddam corona simile efficit*, Ursin. *Commenticium quiddam.*] Certe & quæ præcedunt omnia sunt commenticia, & quæ sequuntur: & dum ait *efficit*, satis innuit tale esse. Mihi quantivis pretii videtur, quod ex Buslidiano observavi, *conventicium*. Intelligit enim undecunque scilicet coiens lumen candoremque cohærentem ad formam coronæ. Vocabulum rarum, sed similitudine similium derivationum satis tutum. *Gronov.*

43. *Quippe qui bellum, qui discordiam, &c.*] Commentatores non dicunt, unde Cicero nactus sit hanc Parmenidis sententiam; & Diogenes Laërtius & alii, qui fragmenta antiquorum philosophorum nobis servarunt, nullam ejus mentionem faciunt. Verum patet è Platonis Symposio, Tom. III. pag. 195. edit. Steph. Parmenidem exemplo Hesiodi scripsisse Theogoniam, ubi forte bellum, discordia, &c. erant relata inter Deos. *Bouhier.*

44. *Nec verò Protagoras &c.*] Tota hæc periodus non exstat in P. Gulielmii; habent tamen Pall. tres. *Gruterus.*

45. *Qui se negat omnino de Diis quid liqueat scire.*] Ven. *de Diis habere quod liqueat*; ut illius verba mox interpretatur Cic. *De Diis neque ut sint, neque ut non sint, habeo dicere.* Quod ita retulit Laërtius: Περὶ μὲν Θεῶν οὐκ ἔχω εἰδέναι οὐθ' ὡς εἰσὶν οὐθ' ὡς οὐκ εἰσίν. πολλὰ γὰρ τὰ κωλύοντα εἰδέναι, ἥτε ἀδηλότης καὶ βραχὺς ὢν ὁ βίος τοῦ ἀνθρώπου. διὰ ταύτην δὲ τὴν ἀρχὴν τοῦ συγγράμματος ἐξεβλήθη πρὸς Ἀθηναίων, καὶ τὰ βιβλία αὐτοῦ κατέκαυσαν ἐν τῇ ἀγορᾷ ὑπὸ κήρυκι ἀναλεξάμενοι ἑκάστου τῶν κεκτημένων. *Camer.*

46. *Tum scientiam intelligentiamque nostram &c.*] Nostramne vero scientiam intelligentiamque in deorum numerum retulit Democritus

m scientiam intelligentiamque nostram, nonne in maximo errore versatur? cùm idem omnino, quia nihil semper suo statu maneat, neget esse quidquam sempiternum: nonne deum omnino ita tollit, ut nullam opinionem ejus reliquam faciat? Quid aër, quo Diogenes Apolloniates utitur deo, quem sensum habere potest, aut quam formam dei?

m sententiam MSS.

Jam de 47 Platonis inconstantia longum est dicere; qui in Timæo patrem hujus mundi nominari neget posse: 48 in legum autem libris, quid sit omnino deus, n anquiri oportere non censeat. Quòd verò sine corpore ullo deum vult esse, ut Græci dicunt, 49 ἀσώματον id

n inquiri alii anquereri MS.

mocritus? Ridiculè profectò eum Minucius (quod tamen in nonnullis aliis fecit) inter eos philosophos recensuisset, qui in unum patrem divûm atque hominum, & in unitatem providentiæ, etsi variis sermonibus, tamen rebus ipsis conspirarent, si intelligentiam nostram deum censuisset; quæ quam incerta quam nulla fuit ei, qui veritatem in profundo demersam existimavit! audiamus ipsum Minucium, cap. 19. *Quid* Democritus? *quamvis atomorum primus inventor, nonne plerumque naturam, quæ imagines fundat & intelligentiam deum loquitur?* Hinc apud Nostrum rescribo: *Intelligentiamque, nonne in &c. nostram* scilicet, malè natum ex *nonne*, librarii nobis obtrusere. *Walker.*

47. *Platonis inconstantia.*] Callidum hoc est: nam quomodo cum aliis conveniet, aut communi sensui subscribet, qui secum ipse dissidet? Notatur ejus inconstantia etiam ab Eusebio lib. XIII. cap. 8. de Præparatione Euangelica. Verba Platonis in Timæo hæc sunt: Τὸν μὲν οὖν ποιητὴν καὶ πατέρα τοῦδε τοῦ παντὸς εὑρεῖν τε ἔργον, καὶ εὑρόντα εἰς πάντας ἀδύνατον λέγειν. Cicero hæc in libro de Universitate sic transtulit: *Atque illum quidem quasi parentem hujus universitatis invenire difficile, & cum jam inveneris, indicare in vulgus nefas.* De hoc diximus apud Lactant. lib. 1. cap. 8. de Ira Dei, cap. 11. *Betuleius.*

48. *In legum autem libris.*] Libro nimirum VII. Verba sunt Atheniensis hospitis: Τὸν μέγιστον θεὸν, καὶ ὅλον τὸν κόσμον, φαμὲν οὔτε ζητεῖν δεῖν, οὔτε πολυπραγμονεῖν τὰς αἰτίας ἐρευνῶντας, οὐ γὰρ οὐδ' ὅσιον εἶναι, τὸ δὲ ἔοικε πᾶν τοῦτο τοὐναντίον γιγνόμενον, ὀρθῶς ἂν γίγνεσθαι. Meminit Lact. lib. de Ira Dei, cap. 11. *Idem.*

49. Ἀσώματον.] Ex Trismegisti doctrina hoc dogma, sicut pleraque hausit. Est autem Platoni θεὸς ἀσώματος, καὶ ἄῤῥητος, καὶ ἀνωνύματος· id est, Apulejo interprete, *incorporeus, indicibilis & innominabilis.* Apud Laërtium sic est, δοκεῖ δ' αὐτῷ τὸν θεὸν, ὡς καὶ τὴν ψυχὴν (materiam perperam apud interpretem legitur) ἀσώματον εἶναι. Icaromenippus Lucianicus hoc dogma Platonicum irridet his verbis: Ἔτι δὲ οἱ μὲν ἀσώματόν τι καὶ ἄμορφον ἡγοῦνται εἶναι τὸ θεῖον, οἱ δὲ περὶ σώματος αὐτὸ διενοοῦντο.

id quale esse possit intelligi non potest. careat enim sensu necesse est, careat etiam prudentia, careat voluptate: quæ omnia unà cum deorum notione comprehendimus. Idem & in Timæo dicit & in Legibus, & mundum deum esse, & cælum, & astra, & terram, [50] & animos, [51] & eos, quos majorum institutis accepimus: quæ & per se sunt falsa perspicuè, & inter sese vehementer repugnantia.

31 Atque etiam Xenophon paucioribus verbis eadem ferè peccat. facit enim in iis, quæ à Socrate dicta retulit, Socratem disputantem, formam dei quæri non oportere: eundemque & solem & animum deum dicere: & modò unum, tum autem plures deos. quæ sunt iisdem in erratis ferè, quibus ea, [52] quæ de Platone dicimus.

P. B.

32 XIII. ATQUE ETIAM Antisthenes in eo libro, qui o Physicus inscribitur, populares deos multos, naturalem unum esse dicens, tollit vim & naturam deorum. Nec multo secus [53] Speusippus, Platonem avunculum sub-

o Physiognomonicus *Lamb. è conj.*

το. Consonat hoc cum sacra Scriptura, quæ dicit Deum spiritum esse, sicut plurimi philosophorum cum Platone sentientes, νοῦν. *Betuleius.*

50. *Et animos.*] In decimo de Legibus his verbis animam mentis participem Deum facit: *Καὶ πᾶσιν οἷς ψυχὴ χρωμένη νοῦν μὲν προσλαμβάνουσα ἀεὶ θεὸν, θεὸς οὖσα, ὀρθὰ καὶ εὐδαίμονα παιδαγωγεῖ πάντα.* Contrarium statuit in amentia. Videtur etiam hoc loco Marsilius aliam sequutus lectionem. sed illam curam otioso alicui philologo relinquemus. In sequentibus porrò Atheniensis hospes similia quædam argumenta profert, quæ nos brevitatis studio intermittimus: atque rursus in 12. θειότατον dicit. Sunt in hanc sententiam quædam in Alcibiade priore, in Axiocho, quem alii ad Xenocratem autorem referunt. Nam ipse, teste Laërtio, de morte scripsit: atque rursus apud Timæum, cujus opusculum de Anima, Mundo & Natura Doricè exstat. *Idem.*

51. *Et eos, quos majorum institutis accepimus.*] Leve est, quod dicturus sum; sed tamen quidquid est lectorem non celabo. Tres libri veteres, uno consensu, habent hoc loco, *& eos, quos malorum institutis accepimus.* quod eo adscripsi, ut meminerit lector, scriptores illos librarios indoctos sæpe scripsisse *i* pro *l*, & contra *l*, pro *i*. Lambin.

52. *Quæ de Platone dicimus.*] Videtur commodior futura lectio, si abjiceretur *dicimus.* non celo tamen lectorem esse in Palat. prim. & utroque Wouweriano, *Deos quæsivit. iisdem &c.* at alter Wouwerianus præterea sic divertit à vulgato, *idem inerrans, quibus fere Platonem errare dicimus* Gruter.

53. *Speusippus.*] Hujus loci vestigia nulla dum scrutatus sum; præbet mihi tamen occasionem controvertendi. Sunt qui credunt de-

ſubſequens, & vim quandam dicens, quâ omnia regantur, eamque animalem, evellere ex animis conatur cognitionem deorum.

[54] [p] Ariſtoteles quoque in tertio de Philoſophia libro 33
multa turbat, [55] à magiſtro Platone uno diſſentiens. modò enim menti tribuit omnem divinitatem: modò mundum ipſum deum dicit eſſe: modò quendam alium præficit mundo, eique eas partes tribuit, ut replicatione quadam mundi motum regat atque tueatur: tum cæli ardorem deum dicit eſſe, non intelligens cælum mundi eſſe partem: quem alio loco ipſe deſignarit deum. Quomodo autem cæli divinus ille ſenſus in celeritate tanta conſervari poteſt? ubi deinde illi tot dii, ſi numeramus etiam cælum deum? Cùm autem ſine corpore idem vult eſſe deum, omni illum ſenſu privat, etiam prudentiâ. Quo porrò modo mundus moveri [q] carens corpore; aut quomodo ſemper ſe movens, eſſe quietus & beatus poteſt?

[p] Ariſtotelesque in *MSS.*

[q] poteſt carens *alii.*

Nec verò ejus condiſcipulus Xenocrates in hoc gene- 34
re

definitiones, quæ inter opera Platonica feruntur, Speuſippi eſſe: ducti fortaſſis conjecturâ, quod apud Laërtium inter Speuſippi lucubrationes etiam ὅροι numerantur. Sed definitio illa, quæ inter illas Deus deſcribit, utrum cum hoc Ciceronis loco conveniat, docti viderint. Eam, ut conferatur, adferemus. Θεὸς, ζῶον ἀθάνατον, αὐταρκὲς πρὸς εὐδαιμονίαν, οὐσία ἀΐδιος, τῆς τἀγαθοῦ φύσεως αἰτία. Laërtius Speuſippi patrem Eurymedontem facit: matrem Platonis ſororem Potonen. Platonis genealogiam altius petitam reperies apud eundem Laërtium. *Betuleius.*

54. *Ariſtoteles quoque in tertio de Philoſophia libro.*] Ariſtotelem tres de Philoſophia libros ſcripſiſſe tradit Diogenes, de quibus ἐν τῷ περὶ ψυχῆς fit etiam ab ipſo Ariſtotele mentio. *Urſin.*

55. *A magiſtro Platone uno diſſentiens.*] Primùm non ab uno, ſed à multis diſſentiebat: nam philoſophi de diis variè ſentiebant; deinde ab aliis potius quàm à Platone, cujus eandem ferè de diis fuiſſe ſententiam paulo ante oſtendit, quam ejus diſcipuli, Ariſtoteles & Ponticus Heraclides ſunt ſecuti: itaque videndum, num ita legi poſſit: *A magiſtro Platone non diſſentiens.* P. Manut. *A magiſtro Platone uno diſſentiens.*] Manutius ex *uno* fecit *non.* in manuſcripto eſt, *ſuo.* at fortaſſe legendum ſit, *à magiſtro ſuo Platone diſſentiens.* Urſin. *A magiſtro Platone uno diſſentiens.*] Sic Pall. tres, ſic Wouwerianus & P. nec non omnes editi ante Lambinum; qui admiſit, *non diſſ.* conjecturam P. Manutii; quam tamen non dignatus eſt textu filius Aldus. videatur Muretus lib. VII. cap. 21. Lectionum Variar. *Gruterus.* Samuel Petitus lib. IV. Miſcellan. cap. 9. ſubjiciebat, *una diſſentiens.* Gronovius.

 56. Et

re prudentior: in cujus libris, qui sunt de Natura deorum, nulla species divina describitur. deos enim octo esse dicit: quinque eos, qui in stellis vagis [r] nominantur: unum, qui ex omnibus sideribus, quæ infixa cælo sunt, ex dispersis quasi membris simplex sit putandus deus: septimum, Solem adjungit: octavamque, Lunam: qui quo sensu beati esse possint intelligi non potest. Ex eadem Platonis schola Ponticus Heraclides puerilibus fabulis refersit libros: [56] & tamen modò mundum, tum mentem divinam esse putat: errantibus etiam stellis divinitatem tribuit, sensuque deum privat, & ejus formam mutabilem esse vult: eodemque in libro rursus terram & cælum refert in deos.

r numerantur *conj. Lamb.*

P. IX.

35 Nec verò Theophrasti inconstantia ferenda est. modo enim menti divinum tribuit principatum; modò cælo: tum autem signis sideribusque cælestibus. Nec audiendus ejus auditor Strato, is qui physicus appellatur: qui omnem vim divinam in natura sitam esse censet, quæ [57] causas gignendi, augendi, minuendi habeat: sed careat omni sensu & figura.

36 XIV. ZENO autem (ut jam ad vestros, Balbe, veniam) naturalem legem divinam esse censet, eamque vim obtinere recta imperantem prohibentemque contraria. quam legem quomodo efficiat animantem, intel-

56. *Et tamen non modo mundum, tum etiam divinum esse putat.*] Corrigo, *& tum mundum, tum mentem deum esse putat:* itaque plane est in Maffæi libro, nisi quod habet, *& cùm mundum.* P. Manut. *Et tamen modo mundum.*] Sic lectio vulgata, firmatque Palat. prim. nam secund. *tum.* tert. *tantum.* P. *dum.* Lambinus, *& tum mundum, tum mentem Deum esse putat.* præter scriptos sanè nostros. *Gruter.* Crediderim Ciceronem scripsisse, *& amens modò mundum.* Ita Vellejus paulo post de Cleanthe loquens eum vocat *quasi delirantem*, & sequenti cap. 16. opiniones plerorumque philosophorum nominat *delirantium somnia.* Quare ei Cotta exprobrat cap. 34 *Tu ipse paulo ante summos viros desipere, delirare, dementes esse dicebas.* Bouhier.

57. *Causas gignendi, augendi, minuendi habeat.*] Non de nihilo est, quod Eliensis unus hoc in loco sit auctior; in eo enim legitur, *quæ causas gignendi, augendi, minuendi, immittendi habeat*; & idem verbum adnexa conjunctione repræsentat Bononiensis anni 1494. At, qui res auget, novam iis materiam immittit, quapropter ista vox meritò censeri queat incommoda. Hoc tamen non obstat, quo minus ad veram lectionem quasi manu ducat; nam omnino rescribendum crediderim: *quæ causas gignendi, augendi, minuendi immutandique habeat*; & tum demum omnes naturæ vires exprimun-

telligere non possumus. Deum autem animantem certè volumus esse. Atque hic idem alio loco æthera, deum dicit esse, si intelligi potest nihil sentiens deus qui numquam nobis occurrit neque in precibus, neque in optatis, neque in votis. Aliis autem libris [s] rationem quandam, per [t] omnium naturam rerum pertinentem, ut [v] divinam esse affectam putat. Idem astris hoc idem tribuit, tum annis, mensibus annorumque mutationibus. Cùm verò Hesiodi [58] Theogoniam interpretatur, tollit omnino [59] usitatas perceptasque cognitiones deorum. neque enim Jovem, neque Junonem, neque Vestam, neque quemquam, qui ita appelletur, in deorum habet numero, sed rebus [x] inanimis atque mutis per quandam significationem hæc docet tributa nomina.

s spiritum *conj. Lamb.*
t omnem pert. nat. *alii.*
v divina *MS.* vi div. aff. *conj. Grut.*
x inanimatis *edd. mult.*

37 Cujus discipuli Aristonis non minùs magno in errore sententia est: qui neque formam dei intelligi posse censeat, neque in diis sensum esse dicat: dubitetque omnino, deus animans, necne sit. Cleanthes autem, qui Zenonem audivit unà cum eo, quem proximè nominavi, tum ipsum [y] mundum deum dicit esse, tum totius naturæ menti atque animo [60] tribuit hoc nomen: tum ultimum, & altissimum, atque undique circumfu-

P. B.

y deum, mundum *MSS.*

muntur. Stratonis sententiam, verbis ex hoc loco sumptis, refert Lactantius de Ira Dei, cap. x. Vid. & Acad. Quæst. lib. IV. c. 38. & Augustinum Civ. Dei lib. VI. cap. 10. *Davis.* Amplissimus Bouhierius pro *immutandi*, sive *immittendi*, legit *immiscendi*, sensu haud paulo meliore.

58. *Theogoniam, id est originem deorum.*] Hic quoque glossa fuit: nam illud, *id est originem deorum*, quis non videt adscriptum fuisse, ut *Theogoniæ* significatio ostenderetur? qua ratione adducti delevimus, eo libentius, quòd quibusdam in antiquis libris expositio illa non est. *P. Manut.*

59. *Usitatas perceptasque cognitiones.*] Rectius, opinor, *insitas perceptásque cognitiones*: nam & in Maffæi libro ita scriptum legitur; & antea etiam dixit, *Insitas deorum cognitiones habemus.* & alibi non semel. atque etiam Lucretius hac locutione usus est: *Unde*, inquit libro v. *insita notities est utilitatis.* Idem.

60. *Tribuit hoc nomen.*] Perplexa hæc planè sunt. Apud Epiphanium legitur hoc modo: Καὶ ἄνθρωπον ἐκάλει μόνην τὴν ψυχήν. Unde sic expeditius legi posse arbitror: *Tum totius naturæ humanæ, menti atque animo tribuit hominis nomen. quod etiam Platonicum est.* Ex hoc dogmate manat etiam illud Cleanthis apophthegma, quod à Joanne Stobæo refertur: Ἔφη γὰρ τοὺς ἀπαιδεύτους μόνῃ τῇ μορφῇ τῶν θηρίων διαφέρειν. *Betuleius.*

 61. Com-

fusum, & extremum omnia cingentem atque complexum ardorem, qui æther [z] nominetur, certissimum deum judicat. [a] Idemque quasi delirans in iis libris, quos scripsit contra [b] voluptatem, tum fingit formam quandam & speciem deorum, tum divinitatem omnem tribuit astris, tum nihil ratione censet esse divinius. Ita fit, ut deus ille, quem mente noscimus, atque in animi notione, tamquam in vestigio, [c] volumus reponere, nusquam prorsus appareat.

z nominatur *MS.*
a Idem *alii.*
b voluntatem *MSS.*
c voluit is *Bouh.*

38 XV. At Perseus, ejusdem Zenonis auditor, eos [d] dicit esse habitos deos, à quibus magna utilitas ad vitæ cultum esset inventa: ipsasque res utiles & salutares deorum esse vocabulis nuncupatas; ut ne hoc quidem diceret, illa inventa esse deorum, sed ipsa divina. [e] Quo quid absurdius quàm aut res sordidas atque deformes deorum honore afficere, aut homines jam morte deletos reponere in deos, quorum omnis cultus esset futurus in luctu?

d dicit *non est in MSS.*
e Quæso quid *Lamb. è conj.*

39 Jam verò Chrysippus, qui Stoicorum somniorum vaferrimus habetur interpres, magnam turbam congregat ignotorum deorum, atque ita ignotorum, ut eos ne conjecturâ quidem informare possimus, cùm mens nostra quidvis videatur cogitatione posse depingere. ait enim, vim divinam in ratione esse positam, & universæ naturæ animo atque mente: ipsumque mundum deum dicit esse, & ejus animi fusionem universam: tum ejus ipsius principatum, qui in mente & ratione versetur, [61] communemque rerum naturam, universa atque omnia continentem: tum fatalem umbram & necessitatem rerum futurarum: [62] ignem præterea & eum,

P. X.

61. *Communemque rerum naturam, universa atque omnia continentem.*] Interpretes, qui viderunt duas istas voces *universa atque omnia*, tanquam fere ejusdem significationis vocabula, non posse ferri, explicuerunt *omnia* per *cuncta sigillatim accepta*, quod multò minus est ferendum; quæ enim magis opposita sunt quàm *omnia* & *singula?* Non dubito quin corrigendum sit: *Universam atque omnia continentem.* Ita paulo post Cicero dicit: *Universitatem rerum, quâ omnia continentur.* Bouhier.

62. *Ignem præterea.*] Sine dubio respicit præcedens caput, ubi Deum istum nominavit: *Ultimum, altissimum atque undique circumfusum, & extremum omnia cingentem atque complexum ardorem, qui æther nominatur.* Itidem post lib. II. cap. 15. dicit, *In ardore cœlesti, qui æther sive cœlum nominatur.* & cap. 26. clarè distinguit inter

eum, quem antea dixi, æthera: 63 tum ea, quæ naturâ fluerent atque manarent, ut & aquam, & terram, & aëra; solem, lunam, sidera universitatemque rerum,

inter aërem & æthera; & cap. 36. rursum inquit, *Immensus æther, qui constat ex altissimis ignibus.* Vide etiam lib. II. cap. 33, 40, & 45. Æther igitur non differt ab igne, ut hic locus innuit: nec dici potest Ciceronem hic distinguere inter ignem magis & minus purum, aut potius inter ignem cœlestem & terrestrem, ut lib. II. cap 15. Stoici enim non ignem in deos retulerant, velut unum è quatuor elementis, ut patet ex iis, quæ sunt apud Sextum Empiricum adversf. Math. p. 367. Numenium in Euseb. Præpar. Euang. lib. XV. cap. 17 & multos alios, & quemadmodum videmus aperte ex eo quod sequitur apud Ciceronem; neque ignis potest esse elementum, nisi sit purissimus, qualis est ignis cœlestis: *Æther suum retinet ardorem tenuem & nulla admistione concretum*, inquit Cicero postea, lib. II. cap. 45. *Et* illud igitur, tamquam abundans, est delendum, & legendum: *Ignem præterea eum, quem, &c.* Bouhier.

63. *Tum ea, quæ naturâ fluerent atque manarent, ut & aquam, & terram, & aëra.*] A mala manu est conjunctio, quæ præcedit *aquam*; & eam recte prætermittit Bonon. 1494. nam earum, *quæ naturâ fluunt atque manant*, exempla daturus est Cicero. sed hoc leviusculum; illud vero prorsus mirandum, quomodo contigit, ut in rebus fluentibus atque manantibus numeraretur terra. hæc enim, pro philosophorum illorum sententiis, nullo fuit motu prædita. Aut fallor, aut Noster hoc vel simili modo scripsit, *tum ea, quæ naturâ fluerent atque manarent, ut aquam & aëra; tum terram, solem, &c.* Pet. quidem Lescaloperius, vulgatam lectionem servans, hæc omnia *fluere* & *manare* dici putavit, quod in horas mutarentur & aliquid detrimenti facerent. Pari sane modo Heraclius dixit ῥεῖν τὰ ὅλα ποταμοῦ δίκην. Vide Diog. Laërtium lib. IX. §. 8. Hac tamen interpretatione nihil est magis insubidum; ita enim non hominum tantùm, sed & contemtissimarum bestiarum corpora, ne de plantis & arboribus loquar, in Diis ponerentur. *Davisius.* Locus hic videtur difficilis intellectu. non patet enim Chrysippum dixisse, aut potuisse dicere, terram suâ ipsius naturâ esse liquidam. Quid igitur Davisius voluerit ex ejus verbis palam est, verum istâ mutatione non opus est. Rectè feceris, si cum Manutio legeris *manerent*, pro *manarent*. Ad omnem dubitationem tollendam legenda tantum sunt quæ habet Stobæus Eclog. Phys. lib. I. cap. 25. de sententia Chrysippi circa mundi fabricam: Τοῦ κόσμου, τὸ μὲν περιφερόμενον περὶ τὸ μέσον, τὸ δ' ὑπομένον. Περιφερόμενον μὲν τὸν αἰθέρα, ὑπομένον δὲ τὴν γῆν, καὶ τὰ ἐπ' αὐτὴν ὑγρὰ, καὶ τὸν ἀέρα. Id est: *Mundi partem alteram circa medium ferri, alteram permanere. Ferri quidem æthera, subsistere autem terram, aquam & aërem.* Quod non differt ab eo quod hic ille apud Ciceronem dicit. *Bouhier.*

rum, quâ omnia continerentur; [64] atque homines etiam eos, qui immortalitatem essent consecuti.

40 Idemque disputat, æthera esse eum, quem homines Jovem appellarent: [65] quique aër per maria manaret, eum

64. *Atque homines etiam eos, qui immortalitatem essent consecuti.*] Si credendum est Plutarcho de Iside & Osiride p. 360. Chrysippus è contrario sentiebat, heroës, qui in deos essent relati, esse neque deos neque homines, sed genios, *Δαίμονες, τὸ θεῖον οὐκ ἀμιγὲς, οὐδ' ἄκρατον ἔχοντες.* Verum notandum est, eum, qui loquitur apud Ciceronem, esse Epicureum, qui Stoïcos odiosos vult reddere, affingendo iis sententias, quas non habebant. Christiani erant æquiores judices secundùm Athenagoram Legat. pag. 7. Edit. 1636. nam fatebantur Stoïcos proprie non agnovisse, nisi deum unum; scilicet ignem istum divinum, & naturam istam ætheream, quæ penetrabat & animabat omnia alia elementa, & quæ, secundum res diversas, quas formabat per concursum suum, accipiebat varia nomina. Ita in igne vulgari vocabatur Jupiter, in aëre Juno, in aqua Neptunus, in terra Ceres, in astro diurno Sol, in nocturno Luna, in hominibus egregiis Genius, & ita in omnibus aliis rebus, quæ quam maxime divinitatis erant participes: verum hæc omnia non erant nisi una & eadem res. Vide plura apud Lipsium Physiol. Stoïc. lib. I. Diss. 9. licet ille argumentum illud præ dignitate materiæ non tractaverit. Melius ergo est consulere ipsum Ciceronem infra lib. II. cap. 28. ubi Balbum Stoïcum hoc modo loquentem inducit: *His fabulis spretis ac repudiatis, Deus pertinens per naturam cujusque rei, per terras Ceres, per maria Neptunus, alii per alia poterunt intelligi, qui qualesque sint.* Bouhier.

65. *Quique aër per maria manaret, eum esse Neptunum.*] Certum est Ciceronem voluisse hic idem dicere, quod dixit in loco, quem præcedenti nota adduxi; sed vox *aër* non convenit isti Stoïcorum Deo, qui erat velut principium vivificans omnium rerum. Ignis solus, ex eorum sententia, gaudebat istâ prærogativâ præ omnibus aliis elementis. Id Cicero confirmat aliis locis, & præsertim infra lib. II. cap. 22. Et quod ad Chrysippi sententiam attinet, eam reperies apud Diog. Laërtium, VII. 138, 139. & Stobæum Eclog. Phys. lib. I. cap. 13. &c. Ignis iste appellabatur *æther*, ut supra vidimus. Non dubito igitur, quin legendum sit: *Quique æther per maria, &c.* nisi potius *aër* sit delendum, & legendum: *Quique per maria manaret, &c.* Vide locum similem huic apud Minucium Felicem cap. 19. ubi de Zenone, & alium apud Stobæum Eclog. Phys. lib. I cap. 3. de Xenocrate. Vide etiam Varronem apud Augustinum de Civ. Dei lib. VII. cap. 23. cujus verba meam conjecturam confirmant. *Æthera porro animum ejus* (mundi) *ex ejus vi, qua pervenit* (lego *qua*) *ad astra, ipsam quoque facere Deos; & per ea* (lego *ex ea*) *quod in terram permeat, Deam Tellurem; quod autem inde permeat in mare atque oceanum, Deum esse Neptunum.* Ceterùm voces *aër* & *æther* interdum confunduntur in MSctis, ut videbimus infra cap. 37. *Bouhier.*

66. Ean-

eum esse Neptunum: terramque eam esse, quæ Ceres diceretur. similique ratione persequitur vocabula reliquorum deorum. Idemque etiam legis perpetuæ & æternæ vim, quæ quasi dux vitæ & magistra officiorum sit, Jovem dicit esse, [66] eandemque fatalem necessitatem appellat, sempiternam rerum futurarum veritatem: quorum nihil tale est, ut in eo vis divina inesse videatur.

Et hæc quidem in primo libro de Natura deorum: in 41
secundo autem vult Orphei, Musæi, Hesiodi, Homerique fabellas accommodare ad ea, quæ ipse primo libro de diis immortalibus dixerit: ut etiam veterrimi poëtæ, qui hæc ne suspicati quidem sint, Stoici fuisse videantur. Quem Diogenes Babylonius consequens in eo libro, qui inscribitur [67] de Minerva, partum Jovis ortumque virginis ad physiologiam traducens, dejungit à fabula.

XVI. EXPOSUI ferè non philosophorum judicia, 42
sed delirantium somnia. nec enim multo absurdiora sunt ea, quæ, poëtarum vocibus fusa, ipsa suavitate nocuerunt: qui & irâ inflammatos & libidine furentes induxerunt deos: feceruntque, ut eorum bella, pugnas, P. B.
prœlia, vulnera videremus; [68] odia præterea, dissidia, discordias, ortus, interitus, querelas, lamentationes, effusas in omni intemperantiâ libidines, adulteria, vincula, cum humano genere concubitus, [f] mortalesque ex immortali procreatos.

f mortalisque *MS.*

Cum poëtarum autem errore conjungere licet por- 43
tenta magorum Ægyptiorumque in eodem genere dementiam: tum etiam vulgi opiniones, quæ in maxima in-

66. *Eandemque fatalem necessitatem appellat, sempiternam, &c.*] Sunt varia nomina rei ejusdem. *Et* est igitur addendum post *appellat*. Vide Stobæum Eclog. Phys. lib. 1. cap. 9. p. 12. *Bouhier.*

67. *De Minerva.*] In libro de Divinat. primo, citatur ejus opus de insomniis. citantur ab Athenæo *νόμοι*, & *περὶ εὐγενείας*. Tatianus tradit similia de Metrodoro Lampsaceno, sicut Phavorinus de Anaxagora. *Betulejus.*

68. *Odia præterea, discidia, discordia.*] Fecit hoc etiam loco Gruterus, sed tacitus, quod in Lælio cap. 7. propterea ab patre non laudatus in notis ad Livium xxv. 18. ut pro eo, quod video esse in editionibus priscis Victorii Lambinique & Gothofredi *dissidia*, sic mutaret, quod ferendum non judicavi, quum odia & discordiæ dissidiis conveniant. *Gronov.*

inconſtantia veritatis ignoratione verſantur. Ea qui conſideret, quàm inconſultè ac temerè dicantur, venerari Epicurum, & in eorum ipſorum numero, de quibus hæc quæſtio eſt, habere debeat. ſolus enim vidit, primùm eſſe deos, quòd in omnium animis eorum notionem impreſſiſſet ipſa natura. Quæ eſt enim gens, aut quod genus hominum, quod non habeat ſine doctrina anticipationem quandam deorum? quam appellat πρόληψιν Epicurus, id eſt, anteceptam animo rei quandam informationem, ſine qua nec intelligi quidquam, nec quæri, nec diſputari poteſt. Cujus rationis vim atque utilitatem ex illo cæleſti Epicuri, de regula & judicio, volumine accepimus.

XVII. Quod igitur fundamentum hujus quæſtionis
44 eſt, id præclarè jactum videtis. Cùm enim non inſtituto aliquo, aut more, aut lege ſit opinio conſtituta, maneatque ad unum omnium firma conſenſio: intelligi neceſſe eſt, eſſe deos, quoniam inſitas eorum, vel potiùs innatas cognitiones habemus. De quo autem omnium natura conſentit, id verum eſſe neceſſe eſt. Eſſe igitur deos confitendum eſt. Quod quoniam ferè conſtat inter omnes non philoſophos ſolùm, ſed etiam indoctos: fateamur conſtare illud etiam, hanc nos ha-
P. XI. bere ſive anticipationem, ut antè dixi, ſive prænotionem deorum. ſunt enim rebus novis nova ponenda nomina, ut Epicurus ipſe πρόληψιν appellavit, quam antea nemo eo verbo nominarat.

45 Hanc igitur habemus, ut deos beatos & immortales putemus. Quæ enim nobis natura informationem deorum ipſorum dedit, eadem inſculpſit in mentibus, ut eos æternos & beatos haberemus. Quòd ſi ita eſt, verè expoſita illa ſententia eſt ab Epicuro, Quod æternum beatumque ſit, id nec habere ipſum negotii quidquam, nec exhibere alteri. itaque neque g irâ, neque gratiâ teneri, quòd, quæ talia eſſent, imbecilla eſſent omnia. Si nihil aliud quæreremus, niſi ut deos piè coleremus, & ut ſuperſtitione liberaremur, ſatis erat dictum. nam & præſtans deorum natura hominum pietate coleretur, cùm & æterna eſſet & beatiſſima. habet enim venerationem juſtam quidquid excellit: & metus omnis à vi atque ira deorum pulſus eſſet. intelligitur enim, à beata immortalique natura & iram & gratiam ſegregari: qui-

g irâ tangi conj. Lamb.

quibus remotis, nullos à superis impendere metus. Sed ad hanc confirmandam opinionem [h] anquirit animus & formam, & vitam, & actionem mentis atque agitationem in deo.

[h] *ita Vict. alii* inquirit.

XVIII. AC DE forma quidem partim natura nos admonet, partim ratio docet. nam à natura habemus 46 omnes omnium gentium [i] speciem nullam aliam, nisi humanam, deorum. quæ enim alia forma occurrit umquam aut vigilanti cuiquam, aut dormienti? Sed, ne omnia revocentur ad primas notiones, ratio hoc idem ipsa declarat.

[i] homines spec. *conj. Lamb.*

69 Nam cùm præstantissimam naturam, vel quia beata 47 est, vel quia sempiterna, convenire videatur eandem esse pulcerrimam, quæ compositio membrorum, quæ [k] conformatio lineamentorum, quæ figura, quæ species humanâ potest esse pulcrior? vos quidem, Lucili, soletis (nam Cotta meus modò hoc, modò illud) cùm artificium effingitis, fabricamque divinam, quàm sint omnia in hominis figura non modò ad usum, verùm etiam ad venustatem apta, describere.

P. B.

[k] confirmatio *aliis*

Quòd si omnium animantium formam vincit hominis 48 figura, deus autem animans est: ea figura profectò est, quæ pulcerrima sit omnium: quoniamque deos beatissimos esse constat, beatus autem esse sine virtute nemo potest, nec virtus sine ratione constare, nec ratio usquam inesse, nisi in hominis figura: hominis esse specie deos confitendum est.

Nec tamen ea species corpus est, sed quasi corpus: 49 nec habet sanguinem, sed quasi sanguinem. Hæc quamquam & inventa sunt acutiùs, & dicta subtiliùs ab Epicuro quàm ut quivis ea possit agnoscere: tamen fretus intelligentiâ vestrâ dissero breviùs quàm causa desiderat. Epicurus autem, qui res occultas & penitùs

69. *Nam cum præstantissimam naturam — convenire videatur eandem esse pulcherrimam.*] Hanc lectionem omnes, quos equidem vidi, codd. exhibent; nihilo tamen minus eam parum Latinam censeo. Rescripserim, *nam cum præstantissima natura — convenire videatur, eandem esse pulcherrimam:* quæ cùm plena, tum lenis est medicina. *Davis. Cum præstantissimam naturam convenire videatur eandem esse pulcherrimam.*] Valde miror Davisium voluisse mutare phrasin, tanquam minus Latinam. *Convenire* positum est pro *decere*, & vox *eandem* abundat, ut sexcentis aliis apud Ciceronem locis. *Bouhier.*

70. Non

tùs abditas [70] non modò viderit animo, [71] sed etiam sic tractet, ut manu, doceat eam esse vim & naturam deorum, ut primùm [72] non sensu, sed mente cernatur: nec soliditate quadam, nec ad numerum, ut ea, quæ ille propter firmitatem στερέμνια appellat, sed imaginibus, similitudine & transitione perceptis: [l] cùm infinita simillimarum imaginum species ex innumerabilibus individuis [73] existat & ad [m] deos [n] affluat, cum maximis

l deinde cum *Lamb.*
m nos *alii.*
n effluat *alii.*

70. *Non modo viderat animo, sed etiam sic tractat, ut manu, doceat.*] Hujus loci correctionem sensus ipse videtur ostendere: tollet enim omne mendum, si quis ita legat, *non modo viderat animo, sed etiam sic tractarat, ut manu, docet.* P. Manut. Critici hunc locum multis modis emendaverunt, quorum nulla emendatio mihi arridet. Nonne simpliciter ita legere præstaret: *Non modo viderat animo, sed etiam sic tractat, ut manu, docet eam &c.* Hoc planum est & omnino conveniens quorundam MSctorum lectioni, si exceperis *docet* pro *doceat*, quod exigui est momenti. Hæc fere est sententia Lescaloperii. *Bouhier.*

71. *Sed etiam sic tractat, ut manu ducat, docet, &c.*] Sic restituit hunc locum Adr. Turnebus, vir omni doctrinæ genere præstantissimus: quamquam hæc editio nonnihil ab ejus conjectura discrepat. ille enim verbum *docet* omittit; nos ex *doceat* fecimus *docet.* quod item Jo. Passeratio venit in mentem. Sic autem legendum esse, ut & olim & nunc edidimus, ratio ipsa clamat. hæc enim sententia est, Epicurus, qui res ita tractat, quasi manu ducat, docet &c. Cùm autem sic jam olim ediderim, tamen nebulo ille ausus est ementiri me retinuisse, *doceat*, & addidisse, *docet*: hoc est, sic edidisse, *ut manu doceat, docet &c.* cùm ita ediderim, *ut manu ducat, docet &c.* quomodo & nunc sine ulla dissimilitudine edidi. *Lambin. Sed etiam sic tractet, ut manu, doceat eam &c.*] Ita editi à Victorio, neque aliter Pall. haud male Turnebus ac Puteanus, *ducat eam:* quod non solùm retinuit Lambinus, sed adjecit adhuc *docet*, planè superfluè. *Gruterus.*

72. *Non sensu, sed mente cernatur.*] Legendum credo *cernantur*; est enim quæstio de diis, de quibus loquitur, sed non de eorum natura. Vide tamen Davisium ad cap. 38. hujus libri. Paulo post cum P. Manutio lego, *à Deo affluat.* Illud est, quod Epicurus, secundum Diogenem Laërtium, dicebat Ἀπορροίας. unde Hesychius: Ἀπορροίας, εἴδωλα, καὶ σκιάς, ita enim est legendum. *Bouhier.*

73. *Existat & ad deos affluat.*] Legendum puto, *à deo affluat*, sententia ita postulante: de quo dubitandum eo minus est, quia inquit: *Cum ex ipso imagines semper affluant.* & Lucretius nostram conjecturam lib. IV. plane confirmat. *P. Manut. Et ad nos affluat.*] Sic emendavi ex simili loco, qui est infra paucis post paginis, ibi, *cùmque ex ipso imagines semper ad nos affluant.* Sic autem omninò legendum est, neque cuiquam dubitandi locus relictus est. nam Epicurus dicebat, nos & videre & cogitare per imagines, &

mis voluptatibus in eas imagines mentem intentam infixamque nostram intelligentiam capere, quæ sit & beata natura & æterna.

XIX. SUMMA verò vis infinitatis o & magna ac 50 diligenti contemplatione dignissima est: in qua intelligi necesse est, eam esse naturam, ut omnia omnibus paribus paria respondeant. hanc ἰσονομίαν appellat Epicurus, id est, æquabilem tributionem. Ex hac igitur illud efficitur; si mortalium tanta multitudo sit, esse immortalium non minorem: & si, quæ interimant, innumerabilia sint, etiam ea, quæ conservent, infinita esse debere.

P. XII.

o & delet Lamb.

Et quærere à nobis, Balbe, soletis, quæ vita deorum 51 sit, quæque ab iis degatur ætas. Ea videlicet, quâ nihil beatius, 74 nihil omnibus bonis affluentius cogitari potest. nihil enim p agit: nullis occupationibus est implicatus: nulla opera molitur: suâ sapientiâ & virtute gaudet: habet exploratum fore se semper cùm in maximis, tum in æternis voluptatibus.

p agit deus MS.

XX. HUNC DEUM ritè beatum dixerimus; vestrum 52 verò laboriosissimum. sive enim ipse mundus deus est, quid potest esse minùs quietum quàm nullo puncto temporis intermisso versari circùm axem cæli admirabili celeritate? nisi quietum autem, nihil beatum est. sive in ipso mundo deus inest aliquis, qui regat, qui gubernet, qui cursus astrorum, mutationes temporum, rerum vicissitudines ordinesque conservet, terras & maria contemplans, hominum commoda vitasque tueatur: 75 næ ille est implicatus molestiis negotiis & operosis.

Nos autem beatam vitam in animi securitate & in 53 omnium vacatione munerum ponimus. docuit enim nos idem, qui cetera, naturâ effectum esse mundum: nihil opus fuisse fabricâ; q tamque eam rem esse facilem, quàm

q eamque rem ei esse tam alii.

& accursu imaginum ad nos, hoc est ad oculos & ad mentem. *Lambin.*

74. *Nihil omnibus bonis affluentius cogitari.*] Est rursus à Victoriana & nostris Pall. duobusque Wouwerian. editi passim, *nihilo omnino bonis omnibus affluentius excogitari.* Gruter.

75. *Nec ille est beatus, implicatus molestis laboriosisque negotiis.*] Ven. ita, *Na ille est implicatus molestis laboriosisque &c.* ut mihi videtur multò elegantius. *Camer.*

76. Ut

quàm vos effici negetis sine divina posse sollertia, ut innumerabiles natura mundos effectura sit, efficiat, effecerit. Quod quia quemadmodum natura efficere sine
P. B. aliqua mente possit non videtis: [76] ut tragici poëtæ, [77] cùm explicare argumenti exitum non potestis, confugitis ad deum.

54 Cujus operam profectò non desideraretis; si immensam & interminatam in [r] omnes partes magnitudinem regionum videretis: in quam se injiciens animus & intendens ita latè longéque peregrinatur, [78] ut nullam tamen oram ultimi videat, in qua possit insistere. In hac igitur immensitate latitudinum, longitudinum, altitudinum, infinita vis innumerabilium volitat atomorum: quæ, interjecto inani, cohærescunt tamen inter se, & aliæ alias apprehendentes continuantur: ex quo efficiuntur hæ rerum formæ atque figuræ: quas vos effici posse sine follibus & incudibus non putatis. Itaque [79] imposuistis [s] in cervicibus nostris sempiternum dominum, quem dies & noctes timeremus. Quis enim non

r omnis partes *MS.*

s In *multæ edd. non habent.*

76. *Ut Tragici Poëtæ.*] Sumpsit hanc comparationem à Platone, cujus verba sunt ex Cratylo: Εἰ μὴ ἄρα δεῖ ὥσπερ οἱ τραγῳδοποιοὶ ἐπειδὰν τι ἀπορῶσιν, ἐπὶ τὰς μηχανὰς ἀποφεύγουσιν. *Ursin.*

77. *Cum explicare argumenti exitum non potestis.*] Walker legendum censet, *non possunt*, quod necessarium non est. *argumenti exitus* non minus philosopho quàm poëtæ convenit. *Bouhier.*

78. *Ut nullam tamen oram ultimi videat, in qua possit insistere.*] Ad quod referri possit vox *ultimi* plane non intelligo. Eliens. & Bonon. 1494. *ulterius*; sed hoc nihil fert adjumenti. Lego, *ut nullam tamen oram ultimam videat, in qua possit consistere*; sic enim; non *insistere*, dat Eliensium unus. *Davis. Ut nullam tamen oram ultimi videat, &c.*] Davisius corrigit *ultimam*, quia non intelligit ad quod referri possit vox *ultimi*. Aliud egit vir doctus. *Ora ultimi* est extremum rei ultimæ, quæ est in rerum natura. Mutat etiam absque satis magna causa, ut mihi videtur, *insistere* in *consistere*, fide unius MSti, quum omnes alii stent pro vulgata lectione. Cicero eodem significatu utroque verbo utitur. Sic supra cap 10. dixit: *Non video, ubinam mens constans & vita beata possit insistere.* Bouhier.

79. *Imposuistis in cervicibus nostris sempiternum dominum.*] Apud alios auctores exempla hujusmodi loquendi generis possunt reperiri, verum dubito an vel unicum è Cicerone possit citari. E contrario lib. I. ad Attic. ep. 18. *Consul*, inquit, *est impositus is nobis, quem &c.* non solet aliter loqui. Legamus igitur, ut est in editione anni 1494. *imposuistis cervicibus nostris*, cui lectioni calculum suum addidit Lambinus. *Idem.*

80. *His*

non timeat omnia providentem, & cogitantem, & animadvertentem, & omnia ad se pertinere putantem, curiosum & plenum negotii deum?

Hinc vobis exstitit primùm illa fatalis necessitas, quam 55
εἱμαρμένην dicitis: ut, quidquid accidat, id ex æterna veritate causarumque continuatione fluxisse dicatis. Quanti autem hæc philosophia æstimanda est, cui, tamquam aniculis, & iis quidem indoctis, fato fieri videantur omnia? Sequitur μαντικὴ vestra, quæ Latinè divinatio dicitur: quâ tanta imbueremur superstitione, si vos audire vellemus, ut haruspices, augures, harioli, vates & conjectores nobis essent colendi.

80 His terroribus ab Epicuro soluti & in libertatem 56
vindicati, nec metuimus eos, quos intelligimus nec sibi fingere ullam molestiam, nec alteri quærere: & piè sanctéque colimus naturam excellentem atque præstan- P. XIII.
tem. Sed elatus studio, vereor, ne longior fuerim. Erat autem difficile, rem tantam tamque præclaram inchoatam relinquere. quamquam non tam dicendi ratio mihi habenda fuit quàm audiendi.

XXI. TUM COTTA comiter, ut solebat, Atqui, 57
inquit, Vellei, nisi tu aliquid dixisses, nihil sanè ex me quidem audire potuisses. mihi enim non tam facilè in mentem venire solet, quare verum sit aliquid, quàm quare falsum. Idque cùm sæpe, tum, cùm te audirem paullo antè, contingit. Roges me, qualem deorum naturam esse ducam: nihil fortasse respondeam. Quære, putemne talem esse, qualis modò à te sit exposita: nihil dicam mihi videri minus. sed antequàm aggrediar ad ea, quæ à te disputata sunt, de te ipso dicam quid sentiam.

Sæpe enim de L. Crasso, t familiare illo tuo, videor 58
audisse, cùm te togatis omnibus sine dubio anteferret, & t familiari
paucos tecum Epicureos è Græcia compararet. sed, alii.
quòd ab eo te mirificè diligi intelligebam, arbitrabar illum

80. *His terroribus ab Epicuro soluti.*] Quantivis pretii videtur lectio, quam suppeditat MS. Eliensis; is enim habet, *his rectoribus ab Epicuro soluti.* Respicit Cicero ad haruspices, augures aliosque, quos colendos dixerat, si modo Stoici de divinatione garrientes audirentur. *Daviss.* Davisius legendum proponit, *his rectoribus*, quod reperit in MSto quodam; verum è sequentibus patet nihil esse mutandum. *Bouhier.*

v benevol. *alii.* lum propter v benivolentiam id uberiùs dicere. Ego autem, etsi x vereor laudare præsentem, judico tamen de re obscura atque difficili à te dictum esse dilucidè: neque sententiis solùm copiosè, sed verbis etiam ornatiùs quàm solent vestri.

x vereor præstitem *MS.*

59 Zenonem, quem Philo noster [81] coryphæum appellare Epicureorum solebat; cùm Athenis essem, audiebam frequenter, & quidem ipso auctore Philone: credo, ut faciliùs judicarem quàm illa benè refellerentur, cùm à principe Epicureorum accepissem quemadmodum dicerentur. Non igitur ille, ut plerique; sed isto modo, ut tu, distinctè, graviter, ornatè. Sed quod in illo mihi usu sæpe venit, idem modò, cùm te audirem, P. B. acciderat, ut molestè ferrem, tantum ingenium (bonâ veniâ me audies) in tam leves, ne dicam in tam in-

60 eptas, sententias incidisse. Nec ego nunc ipse aliquid afferam melius. ut enim modò dixi, omnibus ferè in rebus, & maximè in physicis, quid non sit citiùs quàm quid sit dixerim.

XXII. ROGES ME, quid aut quale sit deus; auctore utar Simonide: de quo cùm quæsivisset hoc idem tyrannus Hiero, deliberandi causâ sibi unum diem postulavit. cùm idem ex eo postridie quæreret, biduum petivit. cùm sæpius duplicaret numerum dierum, admiransque Hiero y requireret, cur ita faceret: Quia, quanto, inquit, diutiùs considero, tanto mihi z spes videtur obscurior. Sed Simonidem arbitror (non enim poëta solùm suavis, verùm etiam [82] ceteroqui doctus sapiensque traditur) quia multa venirent a in mentem acuta atque subtilia, dubitantem, quid eorum esset verissimum, desperasse omnem veritatem.

y quæreret *alii.*
z res *alii.*
a ei in *conj. Lamb.*

61 Epicurus verò tuus (nam cum illo malo disserere quàm tecum) quid dicit, [83] quod non modò philosophiâ

81. *Coryphæum appellare Epicureorum solebat.*] Κορυφαῖον est in vetustissimo eodemque optimo libro: atque ita legendum puto. *Ursin.*

82. *Cetera quam doctus.*] *Ceteroqui* Veneta exempla. Quo quidem & alibi Ciceronem volunt esse usum, neque ego aliter sentio. *Camer.*

83. *Quod non modo Philosophiâ dignum esset.*] *Sit* pro *esset* legendum ex antiquo libro. *Ursin.* Lambinus monet rescribendum videri *dixit*, aut *sit* pro *esset*. Gulielmius maluerat *est*, aut legendum

phiâ dignum eſſet, ſed mediocri prudentia? Quæritur primùm in ea quæſtione, quæ eſt de natura deorum, ſintne dii, necne ſint. Difficile eſt negare. credo, ſi in concione quæratur; ſed in ejusmodi ſermone [b]& in conſeſſu facillimum. Itaque ego ipſe pontifex, qui cæremonias religionesque publicas ſanctiſſimè tuendas arbitror, is hoc, quod primum eſt, eſſe deos, perſuaderi mihi non opinione [c]ſolùm, ſed etiam ad veritatem planè velim. multa enim occurrunt, quæ conturbent, ut interdum nulli eſſe videantur. Sed vide, quàm tecum 62
agam liberaliter. quæ communia ſunt vobis cum ceteris philoſophis non attingam, ut hoc ipſum: placet enim omnibus ferè, mihique ipſi in primis, deos eſſe. itaque non pugno. rationem tamen eam, quæ à te affertur, non ſatis firmam puto. P. XIV.

b & conſ. *Grut.*

c ſolum *deeſt in multis MS.*

XXIII. QUOD ENIM omnium gentium generumque hominibus ita videretur, id ſatis magnum eſſe argumentum dixiſti, cur eſſe deos confiteremur. quod cùm leve per ſe, tum etiam falſum eſt: primùm enim unde notæ tibi ſunt opiniones [84]nationum? equidem arbitror multas eſſe gentes ſic immanitate efferatas, ut apud eas nulla ſuſpicio deorum ſit. Quid? Diagoras, 63
atheos qui dictus eſt, poſteaque Theodorus, nonne apertè deorum naturam ſuſtulerunt? nam Abderites quidem Protagoras, cujus à te modò mentio facta eſt, ſophiſtes [85]temporibus illis vel maximus, cùm in principio libri ſic poſuiſſet, *De divis neque ut ſint, neque ut non ſint*, [d]*habeo dicere*, Athenienſium juſſu urbe atque agro eſt exterminatus, librique ejus in concione combuſti. Ex quo equidem exiſtimo, tardiores ad hanc ſententiam profitendam multos eſſe factos, quippe cùm pœ-

d *aveo ſcire* conj. Lamb.

dum ſupra *didicit*. ergo habuerim vocem controverſam pro ſpuria, unaque *quod*. Groter.

84. *Nationum.*] Lego, *nationum omnium*. propter ὁμοιοτέλευτον & compendiariam ſcribendi rationem vox *omnium* videtur excidiſſe. *Daviſ.* Daviſius legit, *nationum omnium*, quæ mutatio non ſolum inutilis, ſed etiam ingrata auribus eſt, quum Cicero modò dixerit *omnium gentium*. Bouhier.

85. *Temporibus illis.*] Circa quartam & ſeptuageſimam Olympiadem, ut Laërtius refert, quanquam Euſebius librorum exuſtionem in Olympiadis LXXXV. annum quartum ponit. Lege de hoc Quintilianum libro tertio, capite primo. *Berneins.*

pœnam ne dubitatio quidem effugere potuisset. Quid de sacrilegis, quid de impiis perjurisque dicemus?

— Tubulus si Lucius umquam,
Si Lupus, aut Carbo, [86] *aut Neptuni filius,*

64 Ut ait Lucilius, putasset esse deos, tam perjurus, aut tam impurus fuisset? Non est igitur tam explorata ista ratio ad id, quod vultis, confirmandum quàm videtur. Sed quia commune est hoc argumentum aliorum etiam philosophorum, omittam hoc tempore: ad vestra propria venire malo.

65 Concedo esse deos, doce me igitur, unde sint, ubi sint, quales sint corpore, animo, vitâ. Hæc enim scire desidero. Abuteris ad omnia atomorum regno & licentiâ: hinc, quodcunque in solum venit, ut dicitur, effingis atque efficis. [87] quæ primùm nullæ sunt. nihil [e] est enim, quod vacet corpore: corporibus autem omnis obsidetur locus: ita nullum inane, nihil esse individuum potest.

P. B. e enim est *alii.*

XXIV. HÆC EGO nunc physicorum oracula fun-
66 do. vera, an falsa, nescio: sed veri tamen similiora quàm

86. *Aut Neptuni filius.*] Jos. Scaliger primam vocem delendam censuit, ut *Neptuni filius* esset Carbonis epitheton. Hoc certe nomine sævos & immanes homines denotari monet Gellius N. A. lib. xv. cap. 21. Hinc Busiris aut Amycus & Antæus ξενοκτόνοι Neptuno nati dicebantur. Vide Sextum Empiricum adv. Mathem. pag. 82. B. Nimirum οἱ πάλαι ἔβλεπον εἰς τὴν ψυχὴν αὐτὴν καὶ τὰς πράξεις, ut in re simili loquitur Julianus Orat. II. pag. 62. Viro summo adsentitur Fr. Douza ad Lucilii Fragm. III. nec vero absimilis videtur conjectura. *Davis.* Jos. Scaliger, & post eum Fr. Douza & Davisius, censent *aut* ante *Neptuni* esse delendum: verum non me habent ut ὁμόψηφον. adjectivum enim illud æque Tubulo & Lupo ac Carboni convenit. *Aut Neptuni filius* significat, *aut alius quidam scelestus ejusdem farinæ.* Ceterum Douzam falsum puto, quando credidit sequentes voces, *putasset esse deos, tam perjurus, aut tam impurus fuisset*, esse Lucilii, & ita quidem, ut ad versus inde faciendos quædam in iis mutaverit. Si versus fuissent, credibile non est Ciceronem eos fuisse disjecturum. *Bouhier.*

87. *Quæ primùm nullæ sunt. nihil enim est minimum &c.*] Hic locus non erat integer; prætermissa enim fuerant nonnulla à scriptore librario, quæ sic restitui: *Quæ primùm nullæ sunt. nihil enim minimum deinde non est inane. nihil enim est, quod vacet corpore, &c.* ita hoc totum, *nihil est enim minimum*, deinde, *non est inane*, desiderabatur, quo detracto sententia hujus loci est inexplicabilis atque obscura. *Lambin.*

88. *Ista*

quàm vestra. [88] ista enim flagitia Democriti, sive etiam antè Leucippi, esse corpuscula quædam lævia, [89] alia aspera, rotunda alia, partim autem [90] angulata, curvata quædam & quasi adunca: ex his effectum esse cælum atque terram, nulla cogente natura, sed concursu quodam fortuito. Hanc tu opinionem, C. Vellei, usque ad hanc ætatem perduxisti, priusque te quis de omni vitæ statu quàm de ista auctoritate dejecerit. antè enim judicasti, Epicureum te esse oportere, quàm ista cognovisti. Ita necesse fuit aut hæc flagitia concipere animo, [91] aut susceptæ philosophiæ nomen amittere.

Quid enim mereas, ut Epicureus esse desinas? Nihil equidem, inquis, ut rationem vitæ beatæ veritatemque deseram. Ista igitur est veritas? Nam de vita beata nihil repugno, quam tu ne in deo quidem esse censes, nisi planè otio langueat. Sed ubi est veritas? In mundis, credo, innumerabilibus, omnibus minimis temporum punctis, aliis nascentibus, aliis cadentibus: [f] an in- 67

f aut *Lamb.*

88. *Ista enim flagitia Democriti, &c.*] Sunt sane hic quædam observanda, ut Walker recte observavit; nam illud *enim* significaret Vellejum esse Democriti discipulum, quod non est. Ceterum locus hic, ut in omnibus editis habetur, valde intricatus est. Walker. legendum proponit: *Quam vestra ista flagitia Democriti; sive etiam ante Leucippi, esse corpuscula, &c.*. Mihi videtur *enim* non tam delendum quàm quidem mutandum in *etiam*, totusque locus ita scribendus: *Sed veri tamen similiora, quam vestra (ista enim flagitia Democriti, sive etiam Leucippi) esse corpuscula, &c.* aut hoc modo: *quam vestra ista, imo flagitia Democriti, &c.* Bouhier.

89. *Alia aspera, alia rotunda, alia autem partim angulata & pyramidata, quædam curvata & quædam quasi adunca.*] Ita legitur hic locus in manuscriptis, cùm in vulgatis desit vox *pyramidata*. *Ursin.*

90. *Angulata, curvata quædam.*] Vox media non est boni commatis. nam ejus loco est in Palat. prim. *firmata*. in secund. *hamata*. in tert. *pyramata*. media lectio verior videtur. *Gruterus*. In Cantabrig. erat *pyramidata*, Hervag. *angulata & quædam pyramidata, curvata q.* Gronovius.

91. *Aut susceptæ philosophiæ nomen amittere.*] Verba hæc non sunt tam clara quàm initio videri possint. Cicero alludit ad militiæ Romanæ morem, ubi dicebantur ii *nomen dare*, qui in numerum militum recipiebantur; & è contrario *nomen* aut *sacramentum amittere* est relinquere militiam, aut exauctorari. Ita apud Ciceronem lib. I. de Offic. cap. 11. Cato prohibet filium, qui à duce erat exauctoratus, in hostem pugnarè, nisi denuo sacramentum dixisset, *quia, priore amisso, jure cum hostibus pugnare non poterat.* Bouhier.

individuis corpuſculis, tam præclara opera, nulla mo-
derante natura, nulla ratione, fingentibus? Sed oblitus
liberalitatis meæ, qua tecum paullo antè uti cœperam,
plura complector. Concedam igitur, ex individuis
conſtare omnia. Quid ad rem? deorum enim natura
quæritur.

68 Sint ſanè ex atomis. non igitur æterni. [92] quia enim
ex atomis ſit, id natum aliquando ſit. Si natum, nulli
dii antè quàm nati. & ſi ortus eſt deorum, interitus
P. XV. ſit neceſſe eſt, ut tu paullo antè de Platonis mundo
diſputabas. Ubi igitur illud veſtrum beatum & æter-
num? quibus duobus verbis ſignificatis Deum. Quod
cùm efficere vultis, in dumeta correpitis. ita enim di-
cebas, non corpus eſſe in deo, ſed quaſi corpus; nec
ſanguinem, ſed quaſi ſanguinem.

69 XXV. Hoc perſæpe facitis, ut, cùm aliquid non
veriſimile dicatis, & effugere reprehenſionem velitis,
efferatis aliquid, quod omnino ne fieri quidem poſſit:
ut ſatius fuerit illud ipſum, de quo ambigebatur, con-
cedere quàm tam impudenter reſiſtere: velut Epicu-
rus, cùm videret, ſi atomi ferrentur in locum inferio-
rem ſuopte pondere, nihil fore in noſtra poteſtate,
quòd eſſet earum motus certus & neceſſarius; invenit
quo modo neceſſitatem effugeret, quod videlicet De-
g deorſus mocritum fugerat. ait atomum, cùm pondere & gra-
MSS. vitate directò [g] deorſùm feratur, declinare paullulum.

70 Hoc dicere turpius eſt quàm illud, quod vult, non
poſſe defendere. Idem facit contra dialecticos; à qui-
bus cùm traditum ſit, in omnibus disjunctionibus, in
quibus, *aut etiam*, *aut non*, poneretur, [93] alterutrum
verum eſſe, pertimuit, ne, ſi conceſſum eſſet hujus-
modi aliquid, Aut vivet cras, aut non vivet Epicurus,
al-

92. *Quia enim ex atomis ſit, id natum aliquando ſit.*] Sic editi à Victorio. nam antea cuſi, *quod enim.* Lambinus adtexuit, *aliquando ſit neceſſe eſt.* at ego potius ſuſtulerim utrumque *ſit.* nam in Palat. primo aut ſecund. non exſtat prius. habetque prim. *renatum* pro *id natum*, quod & in P. Gulielmiano. *Gruterus.*

93. *Alterutrum verum eſſe.*] Sic quidem Gruterus poſt Lambinum & Gothofredum, ut mox *alterutrum fieret*, quum Hervagiana illic *alterum fieret.* Sed in priori parte Victorianæ tum apud Juntam, tum apud Stephanum, tum membrana Buslidiana clare *alterum utrum*, quod non eſſe otioſe prætereundum patuit vel ex lib. VIII. ad Cœlium epiſt. 6. *Gronov.*

94. *Mi-*

alterutrum fieret necessarium: totum hoc, aut etiam aut non, negavit esse necessarium. Quo quid dici potest obtusius? Urgebat Arcesilas Zenonem, cùm ipse falsa omnia diceret, quæ sensibus viderentur: Zeno autem nonnulla visa esse falsa, non omnia. Timuit Epicurus, ne, si unum visum esset falsum, nullum esset verum; omnes sensus veri nuntios dixit esse. nihil horum, nisi [h] callidè. graviorem enim plagam accipiebat, ut leviorem repelleret. Idem facit in natura deorum. 71
dum individuorum corporum concretionem fugit, ne P. B.
interitus & dissipatio consequatur, negat esse corpus deorum, sed tamquam corpus; nec sanguinem, sed tamquam sanguinem.

[h] caldè *aut* valde *MSS.*

XXVI. 94 MIRABILE videtur, quòd non rideat haruspex, cùm haruspicem viderit. hoc mirabilius, quòd vos inter vos risum tenere possitis. non est corpus, sed quasi corpus. hoc intelligerem, quale esset, si id in ceris fingeretur, aut [i] fictilibus figuris. 95 in deo quid sit quasi corpus, aut quasi sanguis, intelligere non possum. ne tu quidem, Vellei: sed non vis fateri. ista enim à vobis quasi dictata redduntur: quæ Epicurus 72
oscitans [k] hallucinatus est, cùm quidem gloriaretur, ut videmus in scriptis, se magistrum habuisse nullum. 96 quod & non prædicanti 97 tamen facilè quidem crederem: sicut mali 98 ædificii domino glorianti, se architectum

[i] in fict. *alii.*

[k] allucinatus *Lamb.*

94. *Mirabile videtur.*] In secundo de Divinatione indicat hoc Catonis esse dictum, quod proverbium redolere videtur: *Vetus, inquit, illud Catonis admodum scitum est, qui mirari se ajebat, quod non rideret aruspex, aruspicem cùm vidisset. Quota enim quaque res evenit, prædicta ab istis? aut si evenit quippiam, quid afferri potest, cur non casu id evenerit?* Betuleius.

95. *In deo quid sit.*] Bussld. *In deo quale vel quid sit quasi corpus, aut quid sit quasi sanguis.* Gronov.

96. *Quod & non prædicanti tam facile quidem credam, sicut.*] *Tam & sicut* particulæ non sunt sibi invicem respondentes: itaque & locutione magis usitata, & sensu aliquanto aptiore legetur: *Quod & non prædicanti, tamen facile quidem crederem, sicut mali ædificii &c.* quam lectionem habet Maffæi liber MS. *P. Manut.*

97. *Tam facilè quidem crederem; sicut &c.*] Sic tota cohors librorum nostrorum Pall. Wouwerian. item editio Victorii; indicavitque ita exstare in Maffæano P. Manutius; quem ne quidem sequitur Lambinus, dum sequi se jactat. publicavit enim, *equidem credam.* quomodo nullus è nostris codd. sex. *Gruter.*

98. *Mali ædificii domino.*] Nihil sollicito; tantum prodo habere Palat. prim. *domo*; lectione haud usquequaque absurda. *Idem.*

tectum non habuisse. nihil enim olet ex Academia, nihil ex Lyceo, nihil ne è puerilibus quidem disciplinis. Xenocratem audire potuit: quem virum? dii immortales! & sunt qui [l] putent audivisse: ipse non vult. credo plus nemini. Pamphilum quendam, Platonis auditorem, ait à se Sami auditum. ibi enim adolescens habitabat cum patre & fratribus, quòd in eam pater ejus Neocles agripeta venerat.

[l] putant *alii.*

73 Sed, cùm agellus eum non satis aleret, ut opinor, ludimagister fuit. 99 Sed hunc Platonicum mirificè contemnit Epicurus: ita metuit, ne quid umquam didicisse videatur. In Nausiphane Democriteo tenetur: quem cùm à se non neget auditum, vexat tamen omnibus contumeliis. Atqui si hæc Democritea non audisset, quid [m] audierat? quid est in physicis Epicuri non à Democrito? nam etsi quædam commutavit, ut, quod paullo antè de [n] inclinatione atomorum dixi; tamen pleraque dicit eadem; atomos, [o] inane, imagines, infinitatem locorum, innumerabilitatemque mundorum, eorum ortus, interitus, omnia ferè, quibus naturæ ratio continetur. Nunc istud quasi corpus & quasi sanguinem, quid intelligis?

[m] de eo fieret. Quid enim in *Walker.* P. XVI.

[n] declin. *Lamb. conj.*

[o] inanes *Grut. è MSS.*

74 Ego enim scire te ista meliùs quàm me non fateor solùm, sed etiam facilè patior. Cùm quidem semel dicta sunt, quid est, quòd Vellejus intelligere possit, Cotta non possit? Itaque corpus quid sit, sanguis quid sit, intelligo: quasi corpus, & quasi sanguis, quid sit, nullo prorsus modo intelligo. Neque tu me celas, ut Pythagoras solebat alienos: nec consultò dicis occultè, tamquam [p] Heraclitus: sed (quod inter nos liceat) ne tu quidem intelligis.

[p] Herac. cui cognomen σκοτεινοῦ *Lamb.*

75 XXVII. ILLUD video pugnare te, species ut quædam sit deorum, quæ nihil concreti habeat, nihil solidi, nihil expressi, nihil eminentis, sitque pura, levis, perlucida. Dicemus ergo idem, quod in [1] Venere Coa: cor-

99. *Sed hunc Platonicum mirifice contemnit Epicurus.*] *Sed hunc & Platonem* habent libri manuscripti. *Ursin.*

1. *Venere Coa.*] Nihil habeo quod addam iis, quæ Marsus ex Strabone, Plinio & Ovidio de Venere Coa annotavit: nisi fortè illud quis addi volet, quod Athenæus in Dipnosoph. lib. XIII. scribit, quod Apelles in ea pingenda Phrynnes Atticæ meretricis exemplo fuerit usus: Τῇ δὲ τῶν ἐλευσινίων πανηγύρει, καὶ τῇ τῶν [illegible]

corpus illud non est, sed simile corpori: nec ille fusus & candore mixtus rubor sanguis est, sed quædam sanguinis similitudo: sic in Epicureo deo non res, sed similitudines rerum esse. Fac, id, quod ne intelligi quidem potest, mihi esse persuasum. cedo mihi istorum adumbratorum deorum lineamenta atque formas.

Non deest hoc loco copia rationum, quibus docere 76
velitis, humanas esse formas deorum: primùm quòd ita sit [2]informatum anticipatumque mentibus nostris, ut homini, cùm de deo cogitet, forma occurrat humana: deinde, ut, quoniam rebus omnibus excellat natura divina, forma quoque esse pulcerrima debeat: nec esse humanâ ullam pulcriorem. Tertiam rationem affertis, quòd nulla in alia figura domicilium mentis esse possit.

Primum igitur [q]quidque consideremus quale sit. ar- 77
ripere enim mihi videmini quasi vestro jure rem nullo modo probabilem omnium. Quis tam cæcus in contemplandis rebus umquam fuit, ut non videret species istas hominum collatas in deos aut consilio quodam sapientum, quo faciliùs animos imperitorum ad deorum cultum à vitæ pravitate converterent: aut superstitione, ut essent simulacra, quæ venerantes, deos ipsos se adire crederent? Auxerunt autem hæc eadem poëtæ, pictores, opifices. Erat [r]enim non facile, agentes aliquid & molientes deos in aliarum formarum imitatione servare. Accessit etiam ista opinio fortasse, quòd homini homine nihil pulcrius videatur. Sed tu hoc, physice, non vides, quàm blanda conciliatrix, & [s]quasi sui sit lena natura? An putas ullam esse terra marique beluam, quæ non sui generis beluâ maximè delectetur? quod ni ita esset, cur non gestiret taurus equæ

P. B.

q quidquid *MS.*

r enim facile *MSS.*

s quam sui *MSS.*

ποτειδανίων ἐν ὄψει τῶν πανελλήνων πάντων ἀποτιθεμένη θοἰμάτια, καὶ λύσασα τὰς κόμας, ἐνέβαινε τῇ θαλάττῃ, καὶ ἀπ' αὐτῆς Ἀπελλῆς τὴν Ἀναδυομένην ἀπεγράψατο. Plinius tamen scribit, Venerem ἀναδυομένην exemplo Campsaces, pellicis Alexandri, pictam esse. Nec possum ex Plinianis scriptis colligere, Coam Venerem & Anadyomenem eandem esse. Coam siquidem ut non absolvit, ita maximam gloriam meruit. *Betuleius.*

2. *Informatum anticipatumque.*] Copula ista non est in editionibus Victorii, nec in Hervagiana. Gothofredus notat [q. v. c.] *& anticipatum:* qui illi sint, viderit. In Buslidiano etiam reperi, *informatum, anticipatum mentibus*, quod ego cum prioribus verum puto, sæpe Tullio ista asyndeta amante. *Gronov.*

equæ contrectatione, equus vaccæ? An tu aquilam, aut leonem, aut delphinum ullam anteferre censes figuram suæ? quid igitur mirum, si hoc eodem modo homini natura præscripsit, ut nihil pulcrius quàm hominem putaret, [3] eam esse causam, cur deos hominum si-
78 miles putaremus? Quid censes, si ratio esset in beluis? non suo quasque generi plurimùm tributuras fuisse?

XXVIII. At mehercule ego (dicam enim, ut sentio) quamvis amem ipse me, tamen non audeo dicere, pulcriorem esse me quàm ille [t] fuerit taurus, qui vexit Europam. Non enim hoc loco de ingeniis, aut de orationibus nostris, sed de specie figuraque quæritur. [4] Quòd si fingere nobis & jungere formas velimus: qualis ille maritimus Triton pingitur, [5] natantibus invehens beluis, adjunctis humano corpori; nolis esse? Difficili in loco versor. Est enim vis tanta naturæ, ut homo nemo velit nisi hominis similis esse. Et quidem formica formicæ.

t fuerit *deest in MS.* fuit *alii.*

P. XVII.

79 Sed tamen cujus hominis? quotus enim quisque formosus est? Athenis cùm essem, è gregibus epheborum vix singuli reperiebantur. Video, quid arriseris. sed tamen ita res se habet. Deinde nobis, qui concedentibus philosophis antiquis, adolescentulis delectamur, etiam vitia sæpe jucunda sunt. Nævus in articulo pueri delectat Alcæum. at est corporis macula nævus. illi tamen hoc lumen videbatur. Q. Catulus, hujus collegæ & familiaris nostri pater, dilexit municipem tuum Ros-

3. *Eam esse causam &c.*] *Eam*, ut videtur, hic est positum pro *eamne.* Alioqui totus locus est insulsus. Puto eum ita distinguendum: *Quid igitur mirum, si hoc eodem modo homini natura præscripsit, ut nihil pulcrius quàm hominem putaret? Eam* (aut potius *eamne*) *esse causam, cum Deos hominum similes putaremus? Quid! censes, si ratio esset in bestiis, non suo quasque generi plurimum tributuras fuisse?* Bouhier.

4. *Quod si fingere nobis.*] Ἀφομοιοῦν Græci dicunt. Aristoteles lib. 1. Pol. Ὥσπερ καὶ τὰ εἴδη ἑαυτοῖς ἀφομοιοῦσιν οἱ ἄνθρωποι, οὕτω καὶ τοὺς βίους τῶν θεῶν, &c. *Ursin.*

5. *Natantibus invehens beluis.*] Putanti aliquando aliquid hoc loco subesse mendi in participio *invehens*, & legendum, vel *natantibus invectus beluis &c.* vel, *natantibus insidens beluis &c.* sed libb. omnium vett. consensus extorsit mihi, ut nihil mutandum existimem. sic Corn. Nepos in Timotheo: *Idem classi præfectus circumvehens Peloponnesum, Laconicam populatus, classem eorum fugavit.* Lamb.

6. *Mor-*

oscium: in quem etiam illud est ejus:

Constiteram, exorientem auroram fortè salutans,
Cùm subitò à læva Roscius exoritur.
Pace mihi liceat, cœlestes, dicere vestra,
[6] *Mortalis visus pulcrior esse deo.*

Huic, deo pulcrior. at erat, sicut hodie est, perversissimis oculis. quid refert, si hoc ipsum salsum illi & enustum videbatur?

XXIX. REDEO ad deos, [8] ecquos si non tam strabones, at pætulos esse arbitramur? ecquos nævum habere? ecquos silos, flaccos, frontones, capitones, quæ sunt in nobis? [v] an omnia emendata in illis? detur id vobis. Num etiam est una omnium facies? nam si plures: aliam esse aliâ pulcriorem necesse est. Igitur aliquis non pulcerrimus deus. Si una omnium facies est, florere in cælo Academiam necesse est. Si enim nihil inter deum & deum differt, nulla est apud deos cognitio, nulla perceptio. 80

v at Bouhier.

Quid, si etiam, Vellei, falsum illud omnino est, nullam aliam nobis de deo cogitantibus speciem, nisi hominis occurrere? tamenne ista jam absurda defendes? Nobis fortasse [9] si occurrit, ut dicis: Jovem, Junonem, Minervam, Neptunum, Vulcanum, Apollinem, reliquos 81

P. B.

6. *Mortalis visus.*] *Visust*, manuscriptus habet liber, quod placet. *Ursin.*

7. *Huic pulchrior deo?*] Concinnior erit sententia, si legatur, *Hui, pulchrior deo?* P. Manut. *Huic, Deo pulcrior. at erat &c.*] Retinui lectionem vulgatam, concordantem cum mss. nostris; solummodò iisdem membranis auctoribus transposui vocem, sustulique interrogationem. quomodo item visitur in Victoriana. oculus inquit hujus pulcrior videbatur Deo, non etiam nostris, utpote perversissimis oculis. Gul. Canterus malebat, *Hic pulcrior Deo?* lib. IV. Nov. Lect. cap. 14. P. Manutius conjiciebat, *hui! pulcrior Deo!* quod, ut ambrosiam, statim libris suis credidit Lambinus. *Gruter.*

8. *Insigni nota strabones aut pætulos.*] Ven. *si non tam strabones, at pætulos*, & sane sunt strabonum oculi plane distorti, pæti autem fracto & instabili lumine. Sed non possum tamen nostratem scripturam omnino adhuc improbare. *Camer.* *Ecquos si non tam strabones, at pætulos.*] Haud aliter Victoriana editio, imò & Aldi vetus, & accedunt ferè membranæ nostræ. Cameraria, *ecquos insigni nota strabones aut pætulos &c.* quæ tamen videntur usurpata fuisse vulgo longè prius. *Gruter.*

9. *Si occurrit, ut dicis: Jovem &c.*] Sic Aldus avus, obtinetque passim

quos deos, ea facie novimus, quâ pictores fictoresqu voluerunt: neque solùm facie, sed etiam ornatu, ætat atque vestitu. at non Ægyptii, nec Syri, nec fer cuncta barbaria. firmiores enim videas apud eos opinio nes esse de bestiis quibusdam quàm apud nos de sa ctissimis templis & simulacris deorum.

82 Etenim fana multa exspoliata & simulacra deoru de locis sanctissimis ablata videmus à nostris. at ver ne fando quidem auditum est, crocodilum, aut ibim aut felem violatum ab Ægyptio. Quid igitur censes Apim illum, sanctum Ægyptiorum bovem, nonne deu videri Ægyptiis? [10] tam hercle, quam tibi illam [x] no stram Sospitam, quam tu numquam ne in somnis qui dem vides, nisi cum pelle caprina, cum hasta, cun scutulo, [11] cum calceolis repandis. At non est talis Ar giva, nec Romana Juno. [12] Ergo alia species Junoni Ar

x vestram *alii*,

passim hodie. sed enim Victoriana, *ut dicis apparuisse Jovem*, qu modo duo Pall. & duo Wouw. *Gruter.*

10. *Tam Hercle quàm tibi illam nostram Sospitam.*] Legendum *illa nostra Sospita.* Nam plena oratio hæc esset: *Apis tam vide Ægyptiis deus quàm tibi nostra Sospita videtur dea.* Davis. Correcti Davisii Grammaticæ regulis nititur; verum *aliud est Latinè, alit Grammaticè loqui.* Subintelligendum est, *videri censemus.* No caret loquendi ista ratio exemplis, vel apud Ciceronem exstanti bus, ut Grammatici docent, quibus exemplis adde hunc locum qui eos fugit, & alium similem, infra cap. 31. *Non animadvertu hic eum ambiguè locutum esse .... tam apertè, quam paulo antè n* & lib. II. cap. 30. *Aliquid profecto sit necesse est melius, quam deo* Quibus locis Davisii correctiones mihi non placent. Possis istius modi locutiones vocare Hellenismos, ut apud Homer. Iliad. I ℣s. 260.

'Εγὼ καὶ ἀρείοσιν, ἠέπερ ὑμῖν
'Ανδράσι ὡμίλησα.

Si hoc loco igitur quid est mutandum, *nostram* scribe, pro *vestram* quum templum istud Junonis Sospitæ fuerit Lanuvii patriâ Vellei Dubitandum enim non est, quin Cotta, ridens credulitatem istiu Epicurei, per ironiam adjecerit illud *vestram*, idque meliori jur quàm quo paullo ante, loquens de Roscio Comœdo, dixerat *municipem tuum Roscium.* Idque tanto magis fit verisimile, quo paulo post Junonem illam distinguit ab altera illa, quæ erat Ro mæ, & addit: *Ergo alia species Junonis Lanuvinis, alia nobis.* it enim est legendum, ut Davisius post Ursinum nos docuit. *Bouhier*

11. *Cum calceolis repandis.*] Pighius noster ad annum urbis DXCII arbitratur melius *caligulis*: utique si sequamur nummorum indici *Gruter.*

12. *Ergo alia species Junonis Argivis, alia Lanuvinis, alia nobi*

Argivis, [13] alia Lanuinis. Et quidem alia nobis Capitolini, alia Afris Ammonis Jovis.

XXX. [14] NON PUDET igitur physicum, id est 83 spe-

Ita legendus hic locus ex auctoritate vetustissimi libri, cùm in vulgatis desint duo postrema verba, *alia nobis*; & pro *Lanuvinis* scriptum sit, *Latinis*. colebatur autem Lanuvii Juno Sospita cum pelle caprina, cum hasta, cum scutulo, cum calceolis repandis, cujusmodi in denariis L. Roscii Fabati & L. Thorii Balbi, qui Lanuvini fuerunt, signata reperitur. *Ursin.*

13. *Alia Lanuinis.*] Inepte omnium libros obsidet *Latinis*. alterum eruerat quidem Victorius, sed nemò ferè sequi voluit. sic tamen Pall. nostri & Wouw. nisi quod in iis etiam, *Lavinis* & *Laviniis*. quid mirum? adhud nondum consenserunt Critici, *Lanuvium* ne dicendum an *Lavinium*. at ibidem eximiè cultam Sospitam notum satis vel ex Livio. *Gruter.* Nunc sane non dubitatur, quin in cultu Junonis Sospitæ semper Lanuvium significetur. *Gronov.*

14. *Non pudet igitur Physicum, id est speculatorem venatoremque natura ab animis consuetudine imbutis, petere testimonium veritatis?*] Non leviter nec semel hic peccatum est. Nam, ut concedam cetera rectè se habere, interpungendum certe fuit hoc modo: —— *venatoremque natura, ab animis &c.* sed longe alia res est, & nollem profecto tam putidum glossema Nostrum tam diu fœdasse. MS. Reg. *ventilatorem* habet, non *venatorem*, ejusdem commatis utrumque. Quid enim est *speculator & venator naturæ?* aut quî necesse fuit notum verbum tam minute explicare, ubi non ea res agitur? Qui hæc aut Ciceroniana aut Latina putat, haud mecum sentit. Ego totum hoc, ut à mala manu profectum, recido & sic lego, *Non pudet igitur Physicum, ab animis &c.* De Div. II. pag. 4865. *Nonne pudet Physicos hæc dicere?* & pag. 4867. *Quis hoc Physicus dixit unquam?* in principio lib. III. de Fin. *Itaque & Dialectici & Physici verbis utuntur iis, quæ ipsi Græciæ nota sunt.* Lege vero mecum: —— *Græciæ nova sunt.* Quinct. lib. II. cap. 14. *Nam certe si & Physicos, & Musicos, & Geometras dicam, nec vim offeram his nominibus indecora in Latinum sermonem mutatione.* Legebam, *nam certe & Physicos &c.* quomodo olim Raph. Regius. Multæ hujusmodi glossæ à viris doctis in Cicerone sunt deletæ, ut hoc libro cap. 8. à Manutio; lib. II. cap. 29. ab Ursino, à Lambino aliisque multis in locis: restant tamen multæ adhuc delendæ. En tibi paucas, de Div. I. pag. 4896. *Demosthenes quidem, qui annos abhinc prope 300. fuit, jam tum φιλιππίζειν Pythiam dicebat, id est, quasi cum Philippo facere. Hoc autem eo spectabat, ut eam à Philippo corruptam diceret.* Deleo hoc totum, *id est, quasi cum Philippo facere* De Fin. III. 5. *Jam membrorum, id est partium corporis, alia videntur propter eorum usum à natura esse donata.* Deleo, *id est partium corporis.* In Lucullo pag. 4195. *Cum hoc igitur Dialectici pugnant, id est Antiochus & Stoici: totam enim evertit Dialecticam.* Deleo, *id est Antiochus & Stoici.* Ita male etiamnum est Ciceroni, quod merito indigneris. *Walker. Physicum, id est* spe-

quos deos, ea facie novimus, quâ pictores fictor voluerunt: neque solùm facie, sed etiam ornatu, atque vestitu. . at non Ægyptii, nec Syri, nec cuncta barbaria. firmiores enim videas apud eos o nes esse de bestiis quibusdam quàm apud nos d ctissimis templis & simulacris deorum.

82 Etenim fana multa exspoliata & simulacra de de locis sanctissimis ablata videmus à nostris. at ne fando quidem auditum est, crocodilum, aut aut felem violatum ab Ægyptio. Quid igitur ce Apim illum, sanctum Ægyptiorum bovem, nonne vestram videri Ægyptiis? [10] tam hercle, quam tibi illam ii, stram Sospitam, quam tu numquam ne in somni dem vides, nisi cum pelle caprina, cum hasta, scutulo, [11] cum calceolis repandis. At non est tal giva, nec Romana Juno. [12] Ergo alia species Ju

passim hodie. sed enim Victoriana, *ut dicis apparuisse Jovem* modo duo Fall. & duo Wouw. *Gruter.*

10. *Tam Hercle quàm tibi illam nostram Sospitam.*] Lege *illa nostra Sospita.* Nam plena oratio hæc esset: *Apis tam Ægyptiis deus quàm tibi nostra Sospita videtur dea.* Davis. Co Davisii Grammaticæ regulis nititur; verum *aliud est Latinè, Grammaticè loqui.* Subintelligendum est, *videri censemus* caret loquendi ista ratio exemplis, vel apud Ciceronem ex bus, ut Grammatici docent, quibus exemplis adde hunc l qui eos fugit, & alium similem, infra cap. 31. *Non animadv hic eum ambiguè locutum esse . . . . tam apertè, quam paulo a* & lib. II. cap. 30. *Aliquid profectò sit necesse est melius, quam* Quibus locis Davisii correctiones mihi non placent. Possis modi locutiones vocare Hellenismos, ut apud Homer. Il *Ψ*. 260.

Ἐγὼ καὶ ἀρείοσιν, ἠέπερ ὑμῖν
Ἀνδράσιν ὡμίλησα.

Si hoc loco igitur quid est mutandum, *nostram* scribe, pro *ve* quum templum istud Junonis Sospitæ fuerit Lanuvii patriâ V Dubitandum enim non est, quin Cotta, ridens credulitatem Epicurei, per ironiam adjecerit illud *vestram*, idque melior quàm quo paullo ante, loquens de Roscio Comœdo, di *municipem tuum Roscium.* Idque tanto magis fit verisimile, paulo post Junonem istam distinguit ab altera illa, quæ erat mæ, & addit: *Ergo alia species Junonis Lanuvinis, alia nobis* enim est legendum, ut Davisius post Ursinum nos docuit. *Bo*

11. *Cum calceolis repandis.*] Pighius noster ad annum urbis D arbitratur melius *caligulis*: utique si sequamur nummorum in *Gruter.*

12. *Ergo alia species Junonis Argivis, alia Lanuvinis, alia*

Argivis, [13] alia Lanuinis. Et quidem alia nobis Capitolini, alia Afris Ammonis Jovis.

XXX. [14] NON PUDET igitur physicum, id est 83 spe-

Ita legendus hic locus ex auctoritate vetustissimi libri, cùm in vulgatis desint duo postrema verba, *alia nobis*; & pro *Lanuvinis* scriptum sit, *Latinis*. colebatur autem Lanuvii Juno Sospita cum pelle caprina, cum hasta, cum scutulo, cum calceolis repandis, cujusmodi in denariis L. Roscii Fabati & L. Thorii Balbi, qui Lanuvini fuerunt, signata reperitur. *Ursin.*

13. *Alia Lanuinis.*] Inepte omnium libros obsidet *Latinis*. alterum eruerat quidem Victorius, sed nemò ferè sequi voluit. sic tamen Pall. nostri & Wouw. nisi quod in iis etiam, *Lavinis* & *Laviniis*. quid mirum? adhud nondum consenserunt Critici, *Lanuvium* ne dicendum an *Lavinium*. at ibidem eximiè cultam Sospitam notum satis vel ex Livio. *Gruter.* Nunc sane non dubitatur, quin in cultu Junonis Sospitæ semper Lanuvium significetur. *Gronov.*

14. *Non pudet igitur Physicum, id est speculatorem venatoremque natura ab animis consuetudine imbutis, petere testimonium veritatis?*] Non leviter nec semel hic peccatum est. Nam, ut concedam cetera rectè se habere, interpungendum certe fuit hoc modo: —— *venatoremque natura, ab animis &c.* sed longe alia res est, & nollem profectò tam putidum glossema Nostrum tam diu fœdasse. MS. Reg. *ventilatorem* habet, non *venatorem*, ejusdem commatis utrumque. Quid enim est *speculator & venator natura?* aut quî necesse fuit notum verbum tam minute explicare, ubi non ea res agitur? Qui hæc aut Ciceroniana aut Latina putat, haud mecum sentit. Ego totum hoc, ut à mala manu profectum, recido & sic lego, *Non pudet igitur Physicum, ab animis &c.* De Div. II. pag. 4865. *Nonne pudet Physicos hæc dicere?* & pag. 4867. *Quis hoc Physicus dixit unquam?* in principio lib. III. de Fin. *Itaque & Dialectici & Physici verbis utuntur iis, quæ ipsi Græciæ nota sunt.* Lege vero mecum: —— *Græciæ nova sunt.* Quinct. lib. II. cap. 14. *Nam certe si & Physicos, & Musicos, & Geometras dicam, nec vim offeram his nominibus indecora in Latinum sermonem mutatione.* Legebam, *nam certe & Physicos &c.* quomodo olim Raph. Regius. Multæ hujusmodi glossæ à viris doctis in Cicerone sunt deletæ, ut hoc libro cap. 8. à Manutio; lib. II. cap. 29. ab Ursino, à Lambino aliisque multis in locis: restant tamen multæ adhuc delendæ. En tibi paucas, de Div. I. pag. 4896. *Demosthenes quidem, qui annos abhinc prope 300. fuit, jam tum φιλιππίζειν Pythiam dicebat, id est, quasi cum Philippo facere. Hoc autem eo spectabat, ut eam à Philippo corruptam diceret.* Deleo hoc totum, *id est, quasi cum Philippo facere* De Fin. III. 5. *Jam membrorum, id est partium corporis, alia videntur propter eorum usum à natura esse donata.* Deleo, *id est partium corporis.* In Lucullo pag. 4195. *Cum hoc igitur Dialectici pugnant, id est Antiochus & Stoici: totam enim evertit Dialecticam.* Deleo, *id est Antiochus & Stoici.* Ita male etiamnum est Ciceroni, quod merito indigneris. *Walker. Physicum, id est spe-*

ſpeculatorem venatoremque naturæ, ab animis conſuetudine imbutis, petere teſtimonium veritatis? iſto enim modo dicere licebit, [15] Jovem ſemper barbatum, Apollinem ſemper [y] imberbem, cæſios oculos Minervæ, cæruleos eſſe Neptuni. Et quidem [16] Athenis [17] laudamus Vulcanum eum, quem fecit Alcamenes: in quo ſtante atque veſtito leviter apparet claudicatio non deformis. Clau-

y imberbum *Ald.* è *Chariſ.*

ſpeculatorem venatoremque naturæ.] Reg. habet, *ventilatoremque*; Elienſ. autem unus, *veneratoremque*: ſed præſtat lectio vulgata. Stobæus Serm. LXXVIII. pag. 465. Τῶν φιλοσοφησάντων ἔνιοι ἐυρεῖν φασὶ τὸ θήραμα τῆς σοφίας. Platone Phædone pag. 379. Ἐμποδίζουσιν ἡμῶν τὴν τοῦ ὄντος θήραν. Hæc adducit etiam Plutarchus Conſ. ad Apoll. pag. 108. A. Sane frequens eſt metaphoricus hic venandi ſenſus, nec voces eas pro gloſſa habendas cenſeo, cùm non ſit otioſa & frigida *Phyſici* interpretatio, ſed quid ea vox complectatur explicent & evolvant. *Daviſ.* *Id eſt ſpeculatorem venatoremque naturæ.*] Walker hæc omnia delet, tanquam gloſſam, quæ in contextum irrepſit. Verum ſi gloſſa eſt, quare librarius, qui addidit, huic loco potius eam deſtinavit quàm capiti 27. aut ſexcentis aliis locis, quibus Cicero loquitur de Phyſicis? Ceterùm voces iſtæ mihi videntur majorem habere elegantiam quàm ut à gloſſatore potuerint proficiſci, & miror Walkerum aliter ſenſiſſe. Forte τὸ *venatorum* illi viſum fuit nimis durum; verum ſi Cicero Tuſc. V. cap. 2. de philoſophia morali potuit dicere, *virtutis indagatrix*, quæ locutio eſt ſumta de venatione, quare de Phyſica non diceret, *venatrix naturæ?* Explicatio iſta tantum abeſt, ut eam credam abundare, videtur mihi magnum pondus addere ironiæ, quæ in tota oratione Cottæ perſpicitur. Daviſius hanc opinionem confirmat. *Bouhier.*

15. *Jovem barbatum.*] Πωγωνίτην. Jupiter tamen Anxurus imberbis & ſine novacula fingitur, quaſi ἄνευ ξύρου, ut Servius ait in VII. *Nam circa Circæum Jupiter imberbis, adhuc puer colitur, & Juno puella.* Adeò invaluit opinio, Jovem barbatum eſſe, ut arbor apud Plin. ſit, quæ Jovis barba appellatur. *Betuleius.*

16. *Athenis laudamus Vulcanum eum &c.*] Victorii editio, *laudamus eſſe Athenis Vulcanum eum.* quæ vox item in P. & duobus Pall. *Gruter.*

17. *Laudamus Vulcanum.*] Penè omnes MSti, & vetuſtiſſimi quidem, habent, *Laudamus Athenis eſſe Vulcanum, &c.* Quam lectionem Critici non debuerant negligere, quia ea ad emendationem hujus loci digitum quaſi intendit: *Et quidem laudant ecce Athenis Vulcanum eum, quem &c.* Illud *ecce* omnino eſt neceſſarium, nam videtur Cotta Vulcanum quaſi digito monſtrare, ut poſtea Vellejo dicat: *Claudium igitur habebimus Deum, &c.* Cum Cicero dicit, Athenis Alcamenis laudari, ſignificare vult Athenienſes ſe eo jactare. Is eſt omnium linguarum loquendi genius. Ceterum Val. Max. VIII. 11. eleganter eandem hanc ſtatuam deſcribit, quod miror neminem Commentatorum annotaſſe. *Bouhier.*

18. *Ag*

:laudum igitur habebimus deum, quoniam de Vulcano ic accepimus. [18] Age & his vocabulis deos esse facinus, quibus à nobis nominantur.

At primùm quot hominum linguæ, tot nomina deo- P. XVIII.
um. Non enim, ut tu Vellejus, quocumque veneris, 84
ic idem in Italia Vulcanus, idem in Africa, idem in Hispania. Deinde nominum non magnus numerus ne n pontificiis quidem nostris: deorum autem innumera-›ilis. An sine nominibus sunt? istud quidem ita vobis licere necesse est. quid enim attinet, cùm una facies it, plura esse nomina? quàm bellum erat, Vellei, :onfiteri potiùs nescire, quod nescires, quàm ista effu-:ientem nauseare, atque [19] ipsum sibi displicere? At tu nei similem putas esse, aut tui deum? profectò non utas. Quid ergo? solem dicam, aut lunam, aut cæ-um, deum? ergo etiam beatum. Quibus fruentem voluptatibus? & sapientem. Quî potest esse in ejusmodi trunco sapientia? Hæc vestra sunt.

Si igitur nec humano visu, quod docui, nec tali ali- 85
quo, quod tibi persuasum est, quid dubitas negare deos esse? Non audes. sapienter id quidem. etsi hoc loco non populum metuis, sed ipsos deos. novi ego Epicureos omnia [20] sigilla [z] numerantes: quamquam video nonnullis videri, Epicurum, ne in offensionem Athe-niensium caderet, verbis reliquisse deos, re sustulisse. Itaque in illis selectis ejus brevibusque sententiis, quas appellatis κυρίας δόξας, hæc, ut opinor, [a] prima sententia est: Quod beatum & immortale est, id nec habet, nec exhibet cuiquam negotium.

XXXI. In hac ita expósita sententia sunt qui existiment, quod ille [b] inscitiâ planè loquendi fecerit, fecisse consultò. de homine minimè vafro malè existimant.

z munerantes *Gull.* venerantes *Lamb.*

a prior *alii.*

b inscientia *Lamb.*

18. *Age & his vocabulis Deos esse facimus.*] Walker in quodam MSˢᵗᵒ reperit *faciamus*, unde corrigit *faciemus*. Verum *faciamus* eundem sensum facit. Quid, inquit, debemus credere Vulcanum esse claudum, quia talem in statuis videmus? Illud si ita est, statuamus etiam nomina ista deorum, quæ nos iis damus, esse vera. *Bouhier.*

19. *Ipsum sibi displicere.*] Sic libb. MSS. à quibus non dissentio: videndum tamen est, num rectius ita legi possit, *ipsum tibi displicere.* P. Manut.

20. *Sigilla numerantes.*] Sensu, ut opinor, meliore, clariore quidem certe legetur, *Sigilla venerantes.* Idem.

21. *Aut

mant. Dubium est enim, utrùm dicat aliquid iste beatum & [c] immortale, an, si quod [d] sit, id esse immortale. Non animadvertunt, hîc eum ambiguè locutum
86 esse: sed multis aliis locis, & illum, & Metrodorum tam apertè quàm paullo antè te. ille verò deos esse putat: nec quemquam vidi, qui magis ea, quæ timenda esse negaret, timeret, mortem, dico, & deos: quibus mediocres homines non ita valde moventur. his ille clamat omnium mortalium mentes esse perterritas. Tot millia latrocinantur, morte proposita. Alii omnia, quæ possunt, fana compilant. Credo, aut illos mortis timor terret, aut hos religionis.

87 Sed, quoniam non audes (jam enim cum ipso Epicuro loquar) negare esse deos: quid est, quod te impediat aut solem, aut lunam, aut mundum, aut mentem aliquam sempiternam in deorum natura ponere? Numquam vidi, inquit, animam rationis consiliique participem in ulla alia nisi humana figura. Quid? solis numquidnam, aut lunæ, aut quinque errantium siderum simile vidisti? sol, duabus unius orbis ultimis partibus definiens motum, cursus annuos conficit. [e] Hujus hanc [f] illustrationem ejusdem incensa radiis menstruo spatio luna complet. Quinque autem stellæ, eundem orbem tenentes, aliæ propiùs à terris, aliæ remotiùs, ab iisdem principiis, disparibus temporibus eadem spatia conficiunt.

88 Numquid tale, Epicure, vidisti? Ne sit igitur sol, ne luna, ne stellæ: quoniam nihil esse potest, nisi quod attigimus, aut vidimus. Quid? deum ipsum [g] numne vidisti? cur igitur credis esse? tollamus ergo omnia, quæ [21] aut historia nobis, aut ratio nova affert. Ita [h] sit, ut mediterranei mare esse non credant. Quæ sunt tantæ animi angustiæ, [22] ut, si Seriphi natus esses, nec um-

c mortale *MS.*

P. B.

d sit beatum *alii.*

e cujus *Bouhier.*

f lustrationem *Lamb.*

g numnam *Lamb.*

h sit *MSS.*

21. *Aut historia nobis, aut ratio nova affert.*] Palat. tert. *nova.* Gulielmius legebat, *nobis nova, aut ratio affert.* acquiesco vulgatæ, nostrâ quidem positurâ, quæ & in Victoriana & in Pall. *Gruter.*

22. *Ut, si Seriphi natus esses.*] Non hic de lepusculis aut vulpeculis Seriphiis dicendum est, sicut *ranæ Seriphiæ* in proverbium abierunt. Video Seriphum per antonomasiam pro ignobili, & obscura, & contempta, propter sterilitatem & asperitatem, insula usurpari, non tamen sine comparatione. Nam sicut in exemplo Themistoclis (quod in Catone Majore habuimus) Seriphius ob-

umquam egressus ex insula, in qua lepusculos vulpeculasque sæpe vidisses, non crederes leones & pantheras esse, cùm tibi, quales essent, diceretur? si verò de P. XIX.
elephanto quis diceret, etiam [i] rideri te putares? i irrideri *alii.*

XXXII. ET TU quidem, Vellei, [23] non vestro more, sed dialecticorum ([24] quæ funditus gens vestra non 89
novit) [k] argumenti sententiam conclusisti: Beatos esse k argumento *Lamb.*
deos sumpsisti. Concedimus. Beatum autem sine virtute neminem esse posse. Id quoque damus, & libenter quidem. Virtutem autem sine ratione constare non posse. Conveniat id quoque necesse est. Adjungis, Nec rationem esse, nisi in hominis figura. Quem tibi hoc daturum putas? si enim ita esset, quid opus erat te gradatim istuc pervenire? [25] quid autem est istuc gra-

obscurus cum Atheniense nobilissimo confertur: ita hoc loco *Seriphius*, hoc est homo simplex & rerum imperitus, cum homine polytropo & probè exercitato, & ut Homerus de Ulysse prædicat, qui multas terras multorumque hominum mores viderit, comparatur, neque id sine proverbiali quadam ratione. Nam huc respexisse arbitror etiam Aristophanem in Acarnanibus:

> Φερ' εἰ Λακεδαιμονίων τις ἐκπλεύσας σκάφει
> Ἀπέδοτο φήνας κυνίδιον σεριφίων.

Quo loco (id quod ex interprete clarius est) Lacedæmonio Seriphius opponitur, sicut Atheniensibus Megarenses. Simili modo hic lepusculos & vulpeculas minorum gentium animalcula, cum regiis illis & heroicis animalibus, leonibus & pantheris, imò elephantibus quoque, pari agnominatione conferri, observare licet. *Betulejus.*

23. *Non vestro more, sed dialecticorum, quos funditus gens nostra non novit.*] Ven. *Quæ funditus gens vestra.* Nam Epicurus Dialecticam certe repudiavit, ut ait Torquatus primo de Finib. *In dialectica autem vestra nullam vim existimat esse, nec ad melius vivendum, nec ad commodius disserendum.* Quod autem in Venetis, *Quæ infertur quod referat τὰ διαλεκτικά·* est illud quidem minus simplicius orationis, sed haud scio an verum. *Camer.*

24. *Quæ funditus gens vestra non novit.*] Puto legendum esse, *quem*, ut subaudiatur, morem: & deinde, *argumentis sententiam*, non, *argumenti sententiam.* P. Manut.

25. *Quod autem est istuc gradatim, sumsisses tuo jure.*] Sic reposui, jubentibus Eliens. uno & Bonon. 1494. & Victor. Vulg. *quid autem est istuc gradatim? Sumpsisses tuo jure.* Perperam, ne dicam absurde contraque rem ipsam. *Davis.* *Quid opus erat, te gradatim istuc pervenire? Quid autem est istuc gradatim.*] Ita MS. Reg. Edit. vero Ven. *Quod autem est istuc: gradatim sumpsisses tuo jure.* quæ non intelligo. Suspecta mihi hæc verba, quæ sententia ipsa argumentatioque respuunt. Adjungis, inquit, nec rationem

 esse,

gradatim? sumpsisses tuo jure. Nam à beatis ad virtutem, à virtute ad rationem video te venisse gradibus. A ratione ad humanam figuram quo modo accedis? præcipitare istuc quidem est, non descendere.

90 Nec verò intelligo, cur maluerit Epicurus deos hominum similes dicere quàm homines deorum. Quæres, quid intersit. Si enim hoc illi simile sit, esse illud huic video. Sed hoc dico, non ab hominibus formæ figuram venisse ad deos. dii enim semper fuerunt, & nati numquam sunt, si quidem æterni sunt futuri. at homines nati. antè igitur humana forma quàm homines, ea, qua erant forma dii immortales. Non ergo illorum humana forma sed nostra divina dicenda est. Verùm hoc quidem, ut voletis. illud quæro, quæ fuerit tanta fortuna. nihil enim in rerum natura

91 ratione factum esse vultis. Sed tamen quis iste tantus casus? unde tam felix concursus atomorum, ut repentè homines deorum forma nascerentur? semina deorum decidisse de cælo in terras putamus, & sic homines patrum similes exstitisse? vellem diceretis: deorum cognationem agnoscerem non invitus. Nihil tale dicitis: sed casu esse factum, ut deorum similes essemus. Et nunc argumenta quærenda sunt, quibus hoc refellatur? utinam tam facilè vera invenire [1]possim quàm falsa convincere.

P. B.

1 possem *alii.*

XXXIII. ETENIM enumerasti memoriter & copiosè (ut mihi quidem admirari liberet, in homine esse Romano tantam scientiam) usque à Thale Milesio de

92 natura deorum philosophorum sententias. Omnesne tibi illi delirare visi sunt, qui sine manibus & pedibus con-

esse, nisi in hominis figura. Quem tibi hoc daturum putas? Si enim ita esset, quid opus erat, te gradatim istuc pervenire? sumpsisses tuo jure. Ita bene jam procedit sententia, ut libeat à librariis quærere, quid opus erat illud, *quid autem est istuc gradatim*, tam inficetum nobis obtrudere? Hoc igitur totum, *quid autem est istuc gradatim*, ut alienum à Tullio, è medio prorsus tollo. Quis non videt è margine erepsisse? *Walker. Quid autem est istuc gradatim.*] Vix intelligo quid sibi velint ista verba, & nullus fere est dubitandi locus, quin sint repetitio præcedentium. Itaque quamprimum hunc locum inspexi, persuasi mihi ista esse tollenda; nunc autem, lectâ postea Walkeri notâ, in sententia ista me confirmavi. Davisius corrigit, *quid autem*, sed frustra. *Bouhier.*

26. *Cot*,

constare deum posse decreverunt? [m] ne hoc quidem vos movet, considerantes, quæ sit utilitas quæque opportunitas in homine membrorum, ut judicetis, membris humanis deos non egere? quid enim pedibus opus est sine ingressu? quid manibus, si nihil comprehendendum? quid reliqua descriptione omnium corporis partium, in qua nihil inane, nihil sine causa, nihil supervacaneum est? Itaque nulla ars imitari sollertiam naturæ potest. Habebit igitur linguam deus, & non loquetur. dentes, palatum, fauces nullum ad usum: quæque procreationis causâ natura corpori affinxit, ea frustra habebit deus: nec externa magis quàm interiora.

m nec hoc alii.

93 [26] Cor, pulmones, jecur, cetera; quæ, detracta utilitate, quid habent venustatis? quandoquidem hæc esse in deo propter pulcritudinem vultis. [27] Istisne fidentes somniis non modò Epicurus, & Metrodorus, & Hermachus contra Pythagoram, Platonem Empedoclemque dixerunt, sed meretricula etiam Leontium contra Theophrastum scribere [28] ausa sit? [29] scito illa quidem sermone & Attico: [30] sed tamen. tantum Epicuri hortus

26. *Cor, pulmones, jecur, ceteraque, detracta utilitate, quid habent venustatis?*] Corrigo, *cor, pulmones, jecur, cetera: quæ, detracta utilitate, quid habent venustatis?* ut à præcedentibus tenui distinctionis notâ sejungantur & ad verbum *habebit* referantur. *P. Manut.*

27. *Istisne fidentes somniis.*] *Videntes* pro *fidentes* habet antiquus liber, non male: ut EIDENTES videatur scriptum fuisse in antiquioribus, antiqua scribendi ratione, quâ TERMINÆIT DIEI F. & alia similia in veterum monumentis reperiuntur. *Ursin.*

28. *Ausa sit.*] Scribendum *ausit*, ex manuscripto. *Idem.* Lambinus conjecit *ausa est?*

29. *Scito quidem illa &c.*] Secutus sum P. Victorii sententiam, quæ nihil discrepat ab antiqua scriptura. sic enim habent nostri libb. vett. docet autem ille lib. Var. Lect. XXIV, 18. esse hîc ἀποσιώπησιν, bonis scriptoribus usitatam. Quod si nulla hîc esset reticentia, sed integra & libera locutio, hic esset quasi orationis tenor & cursus: *scito illa quidem sermone Attico: sed tamen meretricula, quod indignum est.* Sequitur acclamatio, seu epiphonema, *tantum Epicuri hortus habuit licentia.* Lambin.

30. *Sed tamen cur tantum Epicuri, &c.*] Legendum, *Cum tantum*, & mox: *soletis quæri*, non *quærere.* Camer. *Sed tamen tantum Epicuri &c.*] Secutus sum lectionem à Petro Victorio examinatam interpunctamque lib. XXIV. Variar. cap. 18. respondentque eidem Pall. *Gruter.* *Sed tamen, &c.*] Locus hic est vexatissimus, quo enim referes illud *sed tamen?* Victorius pro aposiopesi habet.

tus habuit licentiæ. & ſoletis queri: Zeno quidem eti
litigabat. quid dicam Albutium ? nam Phædro nil
P. XX. elegantius, nihil humanius. ſed ſtomachabatur ſene
ſi quid aſperiùs dixeram ? cùm Epicurus contumelioſ
n vexarit ſimè Ariſtotelem [n] vexaverit: [31] Phædoni Socratico t
MSS. & piſſimè maledixerit: Metrodori, ſodalis ſui, fratren
edd. vett. Timocratem, quia neſcio quid in philoſophia diſſen
ret, totis voluminibus conciderit: in Democritu
ipſum, quem ſecutus eſt, fuerit ingratus: [32] Nauſiph
nen

Lambinus ſubaudiendum cenſet, *ſed tamen meretricula, quod in*
gnum eſt. Manutius legit, *ſed cum tantum*, & *ſoletis queri* vide
ei poſitum pro ſoletis indignari, ſi quis vobis contradixerit. Q
hæc omnia! meâ ſententiâ levi mutatione legendum & diſti
guendum eſt hoc modo: *Meretricula etiam Leontium contra Th*
phraſtum ſcribere auſa eſt. Scito illa quidem ſermone & Attico; ſ
tamen (tantum Epicuri hortus habuit licentia) ut ſoletis ferè. Z
quidem, &c. Cicero aliquoties *fere* poſuit, pro *fere ſemper*, ut e.
de Invent. lib. 1. cap. 29. *Probabile eſt id, quod fere fieri ſol*
Bouhier.

31. *Phadoni.*] Fortaſſis ſervitutem illi objecit, de qua præ
Laërt. Gell. lib. ſecundo, cap. 18. vel, quòd captâ patriâ conſ
fuerit ςῆναι ἐπ' οἰκήματος. quo loco interpres neſcio quem t
pem quæſtum illi affingit. niſi fortaſſis τὸ οἴκημα pro lupan
Atticè intellexerit, quod tamen non expreſſit. *Betulejus.*

32. *Nauſiphanem magiſtrum ſuum, à quo nihil didicerat, tam m*
le acceperit.] Ita [a] MS. Reg. Edit. Ven. Ald. Lamb. Gronov. pl
mendoſè & contra rem ipſam. Quid enim tam mirum, Epic
rum, qui nemini pepercerit, malè accepiſſe illum magiſtellum
apud quem operam inutiliter poſuiſſet, à quo plane nihil didic
rat. Atqui omnino falſum eſt, Epicurum à Nauſiphane ni
didiciſſe; teſtis ſit ipſe Cotta cap. 26. *In Nauſiphane Democriteo*
netur (Epicurus) *quem cùm à ſe non neget auditum, vexat tam*
omnibus contumeliis. Atqui ſi hac Democritea non audiſſet, quid
dierat (forte, *quid de eo fieret ?*) *Quid eſt* (leg. cum Ed. V
Quid enim) *in Phyſicis Epicuri non à Democrito ?* Cùm igitur h
omnino ſint contraria & ineptiſſime iis, quos immerentes E
curus laceraverit, annumeretur Nauſiphanes, quem, ſi ab eo
hil didicit, merito vexaret: quiſquamne adhuc exiſtimabat
Tullium dediſſe ? Periclitanda igitur alea eſt, ut hanc etiam m
culam eluamus. Lego, *à quo illa didicerat. Nihil* & *nil* in ve
libb. nunc hoc, nunc illud, promiſcuè leguntur. Atque ut in
pra citato loco *hac Democritea* reſpondent *Nauſiphane Democrite*
ita hìc *illa didicerat* referuntur ad *Democritum ipſum.* Vid. Sextu
Empiricum adv. Mathem. p. 1. 2. appoſitiſſimè ad hæc confirma
da. De Fin. 1. *Qui aut ſaperet aliquid, aut iſta didiciſſet*, de E
curi ratione dictum eſt; & paulo poſt, *Quid enim me prohibe*
Epicurum eſſe, ſi probarem, qua ille diceret ? cum præſertim illa
di

nem, magistrum suum, à quo nihil didicerat, tam malè acceperit.

XXXIV. Zeno quidem non eos solùm, qui tum erant, Apollodorum, 33 Syllum, ceteros figebat maledictis; sed Socratem ipsum, parentem philosophiæ, La-

discere ludus esset. De Leg. III. 6. *Ab hac familia magis ista manarunt, Platone principe.* Lego, *ab alia familia &c.* Dein cap. 34. lego, *cum ceteris rebus inferiores sumus, formá pares sumus?* res ipsa videtur id postulare. *Walker.* *A quo nihil didicerant.*] Walker rectè ostendit hic aliquid vitii latere. Corrigit, *à quo illa didicerat*, verum non patet quò illud *illa* sit referendum. mallem, *nihil non didicerat*, nam dicunt Nausiphanem excelluisse in multis scientiis, & Epicurus sine dubio pauca ista, quæ novit, ab illo didicerat. *Bouhier.*

33. *Syllum, ceteros &c.*] Victorius libro XXIV. Var. cap. 19. locum habet suspectum de macula. libri enim calamo exarati scribunt, *sine ceteros.* & verò Pal. sec. quoque exhibet *sive ceteros.* tert. tamen *Sillum ceteros.* Gruter. In Cantabrig. erat *Lyllum.* Is. Vossius in Codice, quem designat litera V, notaverat *Sillim*, sed Buslidianus conveniebat cum Pal. sec. Jonsius ex hoc loco incertum an & ex aliis (quod negabat se scire Victorius) Syllum recenset inter Pythagoricos. Mox miror omnes silere, quum & in Cantabrig. & in Buslid. clare legerim, *Chrysippum nunquam nisi Chrysippam vocabat*, quod notissimum convitiandi apud antiquos genus, & Epicurea mollitia dignum, quum quod ipse convitiator admittebat, alii impingeret. An id eredimus nuspiam occurrisse Grutero? *Gronov.* *Apollodorum, Syllum, &c.*] Vox ista *Syllum* est admodum suspecta Victorio, qui neminem philosophum isto nomine noverat. Jonsius Hist. Philosoph. II. cap. 15. Reines. Var. Lect. III, 2. & post eos Davisius ostenderunt, nomen istud apud Græcos ignotum non fuisse, quum reperiatur philosophus quidam Pythagoræ sectator eo nomine apud Jamblichum in Vita Pythagoræ cap. XXVIII. verum Syllus iste jam obierat tempore Zenonis Epicurei Ciceronis æqualis, qui initio Timæi adfirmat, Pythagoricam sectam jam desiisse à longo tempore. De illo igitur non est sermo, & isto nomine alius non reperitur. Th. Aldobrandinus existimat ideo in notis ad Diogen. Laërtium VII, 39. hîc agi de isto Apollodoro, qui per Diogenem ὁ Ἔφιλλος vocatur, quam vocem mutatum it in ὁ Σύλλος, ita ut apud Ciceronem, illius quidem sententiâ, sit legendum sine distinctione intermedia, *Apollodorum Syllum.* Verum Σύλλος, quum nomen loci non sit, atque adeo ne vox quidem Græca, non magis quam Ἔφιλλος, palam est, neutram earum vocum huic loco convenire. Forte corrigendum est ὁ Σιλλός. Hesychius Σιλλὸς, [illegible]; atque ita in Cicerone quoque esset legendum *Apollodorum Sillum.* Quando vixerit certum non est, sed Stoïcus erat, quantum e Diogene Laërtio conjicere licet, & nota est Epicureorum vehementia contra istam sectam. Omittendum non est, Lambinum reperisse *Sylleum* in quodam MSto.

 unde

tus habuit licentiæ. & soletis queri: Zeno quidem etiai litigabat. quid dicam Albutium? nam Phædro nih
P. XX. elegantius, nihil humanius. sed stomachabatur senei si quid asperiùs dixeram? cùm Epicurus contumeliosi
vexarit fimè Aristotelem [n] vexaverit: [31] Phædoni Socratico tu
ISS. & id. vett. pissimè maledixerit: Metrodori, sodalis sui, fratrem Timocratem, quia nescio quid in philosophia dissent ret, totis voluminibus conciderit: in Democritur ipsum, quem secutus est, fuerit ingratus: [32] Nausiph nem

Lambinus subaudiendum censet, *sed tamen meretricula, quod indi gnum est.* Manutius legit, *sed cum tantum*, & *soletis queri* viden ei positum pro soletis indignari, si quis vobis contradixerit. Qu hæc omnia! meâ sententiâ levi mutatione legendum & distin guendum est hoc modo: *Meretricula etiam Leontium contra The ophrastum scribere ausa est. Scito illa quidem sermone & Attico; se tamen (tantum Epicuri hortus habuit licentiæ) ut soletis fere. Zen quidem, &c.* Cicero aliquoties *fere* posuit, pro *fere semper*, ut e.g de Invent. lib. I. cap. 29. *Probabile est id, quod fere fieri sole* Bouhier.

31. *Phædoni.*] Fortassis servitutem illi objecit, de qua prate Laërt. Gell. lib. secundo, cap. 18. vel, quòd captâ patriâ coactu fuerit στῆναι ἐπ' οἰκήματ☉. quo loco interpres nescio quem tur pem quæstum illi affingit. nisi fortassis τὸ οἴκημα pro lupanai Atticè intellexerit, quod tamen non expressit. *Betulejus.*

32. *Nausiphanem magistrum suum, à quo nihil didicerat, tam ma le acceperit.*] Ita MS. Reg. Edit. Ven. Ald. Lamb. Gronov. plan mendosè & contra rem ipsam. Quid enim tam mirum, Epicu rum, qui nemini pepercerit, malè accepisse illum magistellum apud quem operam inutiliter posuisset, à quo plane nihil didice rat. Atqui omnino falsum est, Epicurum à Nausiphane nihi didicisse; testis sit ipse Cotta cap. 26. *In Nausiphane Democriteo te netur* (Epicurus) *quem cùm à se non neget auditum, vexat tame omnibus contumeliis. Atqui si hæc Democritea non audisset, quid au dierat* (forte, *quid de eo fieret?*) *Quid est* (leg. cum Ed. Ven *Quid enim*) *in Physicis Epicuri non à Democrito?* Cùm igitur hæ omnino sint contraria & ineptissime iis, quos immerentes Epi curus laceraverit, annumeretur Nausiphanes, quem, si ab eo ni hil didicit, merito vexaret: quisquamne adhuc existimabat it Tullium dedisse? Periclitanda igitur alea est, ut hanc etiam ma culam eluamus. Lego, *à quo illa didicerat. Nihil* & *nil* in vett libb. nunc hoc, nunc illud, promiscuè leguntur. Atque ut in su pra citato loco *hæc Democritea* respondent *Nausiphane Democriteo* ita hîc *illa didicerat* referuntur ad *Democritum ipsum.* Vid. Sextum Empiricum adv. Mathem. p. 1. 2. appositissimè ad hæc confirman da. De Fin. I. *Qui aut saperet aliquid, aut ista didicisset,* de Epi curi ratione dictum est; & paulo post, *Quid enim me prohiberet Epicurum esse, si probarem, quæ ille diceret? cum præsertim illa pe* disc

nem, magistrum suum, à quo nihil didicerat, tam malè acceperit.

XXXIV. ZENO quidem non eos solùm, qui tum erant, Apollodorum, 33 Syllum, ceteros figebat maledictis; sed Socratem ipsum, parentem philosophiæ, La-

discere ludus esset. De Leg. III. 6. *Ab hac familia magis ista manarunt, Platone principe.* Lego, *ab alia familia &c.* Dein cap. 34. lego, *cum ceteris rebus inferiores sumus, formá pares sumus?* res ipsa videtur id postulare. *Walker.* *A quo nihil didicerant.*] Walker rectè ostendit hic aliquid vitii latere. Corrigit, *à quo illa didicerat*, verum non patet quò illud *illa* sit referendum. mallem, *nihil non didicerat*, nam dicunt Nausiphanem excelluisse in multis scientiis, & Epicurus sine dubio pauca ista, quæ novit, ab illo didicerat. *Bouhier.*

33. *Syllum, ceteros &c.*] Victorius libro XXIV. Var. cap. 19. locum habet suspectum de macula. libri enim calamo exarati scribunt, *sine ceteros.* & verò Pal. sec. quoque exhibet *sive ceteros.* tert. tamen *Sillum ceteros.* Gruter. In Cantabrig. erat *Lyllum.* If. Vossius in Codice, quem designat litera V, notaverat *Sillim*, sed Buslidianus conveniebat cum Pal. sec. Jonsius ex hoc loco incertum an & ex aliis (quod negabat se scire Victorius) Syllum recenset inter Pythagoricos. Mox miror omnes silere, quum & in Cantabrig. & in Buslid. clare legerim, *Chrysippum nunquam nisi Chrysippam vocabat*, quod notissimum convitiandi apud antiquos genus, & Epicurea mollitia dignum, quum quod ipse convitiator admittebat, alii impingeret. An id credimus nuspiam occurrisse Grutero? *Gronov.* *Apollodorum, Syllum, &c.*] Vox ista *Syllum* est admodum suspecta Victorio, qui neminem philosophum isto nomine noverat. Jonsius Hist. Philosoph. II. cap. 15. Reines. Var. Lect. III, 2. & post eos Davisius ostenderunt, nomen istud apud Græcos ignotum non fuisse, quum reperiatur philosophus quidam Pythagoræ sectator eo nominè apud Jamblichum in Vita Pythagoræ cap. XXVIII. verum Syllus iste jam obierat tempore Zenonis Epicurei Ciceronis æqualis, qui initio Timæi adfirmat, Pythagoricam sectam jam desiisse à longo tempore. De illo igitur non est sermo, & isto nomine alius non reperitur. Th. Aldobrandinus existimat ideo in notis ad Diogen. Laërtium VII, 39. hîc agi de isto Apollodoro, qui per Diogenem ὁ Ἔφιλλος vocatur, quam vocem mutatum it in ὁ Σύλλος, ita ut apud Ciceronem, illius quidem sententiâ, sit legendum sine distinctione intermedia, *Apollodorum Syllum.* Verum Σύλλος, quum nomen loci non sit, atque adeo ne vox quidem Græca, non magis quam Ἔφιλος, palam est, neutram earum vocum huic loco convenire. Forte corrigendum est ὁ Σιλλός. Hesychius Σιλλὸς, ἀναφαλαντος; atque ita in Cicerone quoque esset legendum *Apollodorum Sillum.* Quando vixerit certum non est, sed Stoïcus erat, quantum e Diogene Laërtio conjicere licet, & nota est Epicureorum vehementia contra istam sectam. Omittendum non est, Lambinum reperisse *Sylleum* in quodam MSto.

 unde

Latino verbo utens, 34 scurram Atticum fuisse dicebat:
94 Chrysippum numquam nisi 35 Chesippum vocabat. Tu ipse paullo antè, cùm tamquam senatum philosophorum recitares, summos viros desipere, delirare, dementes esse dicebas. Quorum si nemo verum videt de natura deorum, verendum est, ne nulla sit omnino. Nam ista, quæ vos dicitis, sunt tota commenticia, vix digna lucubratione anicularum. non enim sentitis, quàm multa vobis suscipienda sint, si o impetraritis, ut concedamus eandem esse hominum & deorum figuram. Omnis cultus & curatio corporis erit eadem adhibenda deo, quæ adhibetur homini: ingressus, cursus, p accubitio, inclinatio, sessio, comprehensio; ad extremum etiam sermo & oratio.

o impetraveritis *alii.*

p accubatio *alii.*

95 Nam quòd & mares deos & fœminas esse dicitis, quid sequatur videtis. Equidem mirari satis non possum, unde ad istas opiniones vester ille princeps venerit. Sed clamare non desinitis, retinendum hoc esse, deus ut beatus immortalisque sit. Quid autem obstat, quo mi-

unde cui videri possit legendum *Apollodorum Cittieum.* Idem error maculavit Plin. Hist. Nat. lib. XX. cap. 4. ubi Apollodorus iste in omnibus MSctis. & vetustis editionibus per errorem dictus erat *Scilleus*, pro *Cittieus.* Erat medicus celeberrimus, qui forsan acriter contra Zenonem disputavit. *Bouhier.*

34. *Scurram Atticum.*] Idem Arnobius lib. VIII. Lactant. lib. III. cap. 20. Aliud & honestius est, εἴρωνα eum dici. *Betuleius.*

35. *Cisippam.*] Ven. *Chesippum*, à verbo obscœnioris significationis, Χίσαι, facto nomine. *Camer.* *Chisippam.*] Si post Camerarium divinare liberet, *Cisippum* legerem, ut qui ἰλιγγίασε Βάκχον ἀκπιὼν χανδὸν, quod Laërtii epigramma de eo prædicat. κίσσον autem Bacchicam significat. Sed hoc etjam coactius & longius petitum est quàm ut eruditorum aures ferre queant. Certum vel ex ipso Laërtio est, Κρύσιππον eum à Carneade fuisse cognominatum, quòd tenuis ejus imago, quæ in Ceramico erat, à vicino equite ferè tegebatur. Quintilianus in capite de Risu hoc jocandi genus frigidum censet, quod ex fictione nominis, quæ adjectis, detractis, vel etiam mutatis literis fieri solet, ducitur, ut *Tollius*, pro *Tullius.* Ego ex prosonomasia hujusmodi deducta magis crediderim: qualia etiam illa superiora fuerunt, Ληρόκριτος pro Democrito, Σκαννίδωρος pro Antidoro: & illud Gentilium adversus Christianos, quos testibus Theophilo, Tertulliano & Lactantio Chriftianos nominabant: & nostri seculi conviciatores, *fratres in Christo*, *fratres in cista* nominant, phrasin scripturæ in odium vocantes. Ex hoc genere nascuntur, σπανορθώσεις dissimulatæ: ut, *concionatores, conviciatores dicere debebam.* Betuleius.

36. *Sive*

minùs sit beatus, si non sit bipes? aut ista [36] sive beatitas, sive beatitudo dicenda est (utrumque omnino durum, sed usu mollienda nobis verba sunt) verùm ea, quæcumque est, cur aut in solem illum, aut in hunc mundum, aut in aliquam mentem æternam, figurâ membrisque corporis vacuam, cadere non potest? P. B.

Nihil aliud dicis, nisi, numquam vidi solem aut 96
mundum beatum. Quid? mundum, præter hunc, umquamne vidisti? negabis. Cur igitur non sexcenta millia esse mundorum, sed innumerabilia ausus es dicere? Ratio [q] docuit. Ergo hoc te ratio non docebit, cùm præstantissima natura [r] quæratur, eaque beata & æterna, [37] quæ [s] sola [t] divina natura sunt, [v] ut immortalitate vincamur ab ea natura, sic animi præstantiâ vinci: atque ut animi, item corporis? [38] cur igitur, cùm ceteris rebus inferiores simus, formâ pares sumus? [39] ad si-

q inquis docuit *edd. quad.*
r quæritur *Lamb.*
s solæ divinæ sunt *MSS.*
t in divina *alii.*
v nos ut *Lamb.*

36. *Sive beatitas, sive beatitudo.*] Quintilianus lib. VIII. de Ornatu, de fingendis novis & formandis verbis disputans, hoc exemplum ex Cic. repetit. *Betuleius.*

37. *Quæ sola divina natura sunt.*] Omnes edd. ante Victorium exhibent, *in divina natura*, quod præstat lectioni posteriorum editionum; verùm omnes ferri non possunt propter multiplicem repetitionem vocis *natura*, quæ ter in eadem phrasi & eadem terminatione occurrit. Miror, quum unus Gruteri codex MStus exhibeat, *quæ sola divinæ naturæ sunt*, neminem vidisse legendum, *quæ sola divina natura sunt.* Davisius in additionibus tollens vocem *natura* scribit, *quæ sola divina sunt*, quod eodem redit, sed correctio mea propius accedit ad vulgatam. *Bouhier.*

38. *Cur igitur, cum ceteris in rebus inferiores simus, formâ pares sumus?*] Nescio cur Walker dicat sententiam postulare ut legatur, *inferiores sumus.* Mihi è contrario videretur reponendum *simus*, si *sumus* in textu legeretur. Significaret enim Cottam putavisse deorum figuram nostræ esse similem, quod ejus menti planè est contrarium. Certus sum, Ciceronem scripsisse *essemus*, verum ultima syllaba vocis præcedentis absorpsit primam istius, quod sæpe in vetustis codicibus fit, ut norunt critici. *Bouhier.*

39. *Ad similitudinem enim Deo propius accedebat humana virtus quàm figura.*] Lambinus legendum censebat *Dei*, quæ conjectura mihi non videtur rejicienda. Phrasis ista *accedebat Deo ad similitudinem* indigna est Cicerone. Saltem longe alio modo loquitur Epist. ad Att. VII, 2. *Alexidis manum amabam, quod tam prope accedebat ad similitudinem tuæ literæ; non amabam, quia indicabat te non valere.* nam ut hoc in transitu moneam, ita legendum puto locum istum, quem critici magis obscuraverunt quàm illustraverunt. *Bouhier.*

x dei *alii.* similitudinem enim x deo propiùs accedebat humana virtus quàm figura.

XXXV. An quidquam tam puerile dici potest (ut eundem locum diutiùs urgeam) quàm si ea genera beluarum, quæ in rubro mari Indiave gignantur, nulla
97 esse dicamus? Atqui ne curiosissimi quidem homines exquirendo audire tam multa possunt quàm sunt multa, quæ terra, mari, paludibus, fluminibus exsistunt. quæ negemus esse, quia numquam vidimus. Ipsa verò quàm nihil ad rem pertinet, quæ vos delectat maximè, similitudo? Quid? canis nonne similis lupo? atque, ut Ennius,

Simia quàm similis, turpissima bestia, nobis?

at mores in utroque dispares. Elephanto belluarum nulla prudentior. at figura quæ vastior? De bestiis loquor.
98 Quid? inter ipsos homines nonne & simillimis formis y consimilibus fig *alii.* dispares mores, & moribus y figura dissimilis? etenim si semel, Vellei, suscipimus genus hoc argumenti, attende quò serpat. P. XXI. tu enim sumebas, nisi in hominis figura rationem inesse non posse. sumet alius, nisi in terrestri: nisi in eo, qui natus sit: nisi in eo, qui adoleverit: nisi in eo, qui didicerit: nisi in eo, qui ex animo constet, & corpore caduco, & infirmo: postremò nisi in homine atque mortali. Quòd si in omnibus his rebus obsistis, quid est, quòd te una forma conturbet? his enim omnibus, quæ proposui, adjunctis, in homine rationem esse & mentem videbas. Quibus detractis, deum tamen nosse te dicis, modò lineamenta maneant. Hoc est non considerare, sed quasi sortiri, quid loquare.
99 Nisi fortè ne hoc quidem attendis, non modò in homine, sed etiam in arbore, quidquid supervacaneum sit, aut usum non habeat, obstare. Quàm molestum est uno digito plus habere? quid ita? quia [40] nec speciem, nec usum alium quinque desiderant. Tuus autem

40. *Nec speciem, nec usum alium quinque desiderant.*] Non agitur hic de pulchritudine, sed de usû quinque digitorum in manu. Cur enim quisque eorum postularet alium usum, aut formam aliam? Quæstio tantum est, an digito sexto sit opus, sive usûs sive pulchritudinis causâ. Forte Cicero scripserat: *nec specie, nec usu, alium quinque desiderant.* Bouhier.

41. De-

tem deus non digito uno redundat, ſed capite, collo, cervicibus, lateribus, alvo, tergo, poplitibus, manibus, pedibus, feminibus, cruribus. Si ut immortalis ſit, quid hæc ad vitam membra pertinent? quid ipſa facies? magis illa, cerebrum, cor, pulmones, jecur. hæc enim ſunt [41] domicilia vitæ. Oris quidem habitus ad vitæ firmitatem nihil pertinet.

XXXVI. [z] AT EOS vituperabas, qui ex operibus 100
magnificis atque præclaris, cùm ipſum mundum, cùm [z Et eos alii.]
ejus membra, cælum, terras, maria, cúmque horum inſignia, ſolem, lunam ſtellasque vidiſſent, cúmque temporum maturitates, mutationes viciſſitudinesque cognoviſſent, ſuſpicati eſſent aliquam excellentem eſſe præſtantemque naturam, quæ hæc feciſſet, moveret, regeret, gubernaret. Qui, etiam ſi aberrant à conjectura, video tamen quid ſequantur. Tu quod opus tandem magnum & egregium habes, quod effectum divina mente videatur, ex quo eſſe deos ſuſpicere? P. B.
[a] Habebam, inquis, in animo inſitam informationem [a Habeo alii.]
quandam dei; & barbati quidem Jovis, [b] galeatæ Minervæ. [b & gal. conj. Lamb.] Num igitur eſſe tales putas?

Quanto meliùs hæc vulgus imperitorum? qui non 101
membra ſolùm hominis deo tribuunt, ſed uſum etiam membrorum. dant enim arcum, ſagittas, haſtam, clypeum, fuſcinam, fulmen: & ſi, actiones quæ ſint deorum, non vident, nihil agentem tamen deum non queunt cogitare. Ipſi, qui irridentur, Ægyptii, nullam beluam, niſi ob aliquam utilitatem, quam ex ea caperent, conſecraverunt. [42] Velut ibes maximam vim ſer-

41. *Domicilia.*] Sic eleganter Cicero vocat ea, quæ medici membra vitalia nominant, & quæ Græcis μόρια κυριώτατα, partes principales, vel membra principalia dicuntur. In quibus cor non ſanguinis modò, ut Plato inquit, ſed totius vitæ fons eſt. nec magis ideo domicilia vitæ dicuntur, quòd læſa, ſeu, ut medici loquuntur, σφακελιζόμενα, vitam auferunt: quàm quia primùm ex ſemine nata per ſpiritum vitalem ſeu animalem motus voluntarios excitant. Argumenta hæc ſunt a partium enumeratione plus quàm neceſſaria, eaque negantia. *Betuleius.*

42. *Velut ibes maximam &c.*] Cicero & Plinius latinè pariter declinant. Pompon. Mela Græcorum more impariter, Græcis etiam uſus caſibus. Socrates apud Plat. Phædro narrat, hanc alitem dæmoni Theut ſacram in Ægypto eſſe. Plin. lib. x. cap. 28. *Invocant & Ægyptii Ibes ſuas contra ſerpentium adventum, & Cyrenaici Achorem*

serpentium conficiunt, cùm sint aves excelsæ, cruribus rigidis, corneo proceroque rostro: avertunt pestem ab
c volucris anguis *MS.* Ægypto, cùm [c] volucres 43 angues ex vastitate Libyæ vento Africo invectas interficiunt atque consumunt. ex quo fit, ut illæ nec morsu vivæ noceant, nec odore mortuæ. Possum de ichneumonum utilitate, de crocodilorum, de felium dicere: sed nolo esse longus.
e *alii di-sting. post* tamen. ita concludam, [e] tamen beluas à barbaris propter beneficium consecratas: vestrorum deorum non modò beneficium nullum exstare, sed ne factum quidem omnino.
102 Nihil habet, inquit, negotii. Profectò Epicurus, quasi pueri delicati, nihil cessatione melius existimat.

XXXVII. AT IPSI tamen pueri, etiam cùm cessant, exercitatione aliqua ludicra delectantur: deum sic feriatum volumus cessatione torpere, ut, si se commoverit, 44 vereamur ne beatus esse non possit. 45 Hæc oratio

rem deum, muscarum multitudine pestilentiam afferente, quæ protinus intereunt, postquam litatum est illi Deo. Betuleius. Vox prima abest vulgatis. produxit è libris antiquis Victorius; restatque in P. & Pal. tert. nam secund. *u: Ibes.* Wouverianus habet, *velut Ibes quæ max.* Gruter.

43. *Angues ex vastitate Libyæ vento Africo invectas interficiunt atque consumunt. Ex quo fit, ut illæ, &c.*] Lege *invectos*, & in eo quod sequitur: *Ex quo fit ut illi, nec morsu vivi noceant, nec odore mortui.* Licet auctores quidam *anguis* feminino genere scripserint, Cicero semper masculino genere posuit, ut de Divin. lib. II cap. 28. *Anguis vectem circumjectus.* Et de Invent. lib. I. cap. 19. *Angues juncti jugo.* Tantò magis mirandum est, neminem errorem istum animadvertisse, quòd is sensum omnino facit dubium; neque enim primo intuitu patet, an *illæ* sit referendum ad *ibes*, an vero ad *angues.* Bouhier. Animadvertit Betuleius.

44. *Vereamur, ne beatus esse non possit.*] Tantumne sui oblitus est Cotta, ut jam, quod ante redarguerat, defendat? Epicurumne de diis ita sentientem derideat, illius sententiæ adscribens suam? Minime ille quidem; lege igitur cum interrogatione: *Vereamur ne beatus esse non possit?* Walker. *Vereamur ne beatus esse non possit.*] Nescio quare Walker putet, secundum vulgatam interpunctionem Cottam videri mutare sententiam & revera metuere minimo motu fieri posse, ut deus desinat esse beatus; & propterea notam interrogandi vult poni post *possit.* Verum quis non videt, voces istas, *veremur & volumus*, esse per ironiam positas pro *veremini* & *vultis?* Bouhier.

45. *Hæc oratio non tantum deos spoliat motu, &c.*] Vox ista *oratio* mihi valde suspecta est. Non enim *oratio* Epicuri deos motu privat, sed ejus sententia plane ridicula & frivola. Ideo conjicio Ciceronem scripsisse: *Hæc ratio.* Ita paullo post, *ita malè*, inquit, in-

oratio non modò deos spoliat motu & actione divina, sed etiam homines inertes efficit; si quidem agens aliquid, ne deus quidem, esse beatus potest.

Verùm sit sanè, ut vultis, deus, effigies hominis & imago. quod ejus est domicilium? quæ sedes? qui locus? 46 quæ deinde actio vitæ? quibus rebus, id quod vultis, beatus est? utatur [f] enim suis bonis oportet [g] & fruatur, qui beatus futurus est. nam locus quidem iis etiam naturis, quæ sine animis sunt, suus est cuique proprius, ut terra infimum teneat, hanc inundet aqua; 47 superior [h] æther; ignibus altissima ora reddatur. 48 Bestiarum 103 P. XXII.

f sanè MS.
g & deest in MSS.
h alii aër.

institata ratio exitum reperire non potest. Walker in fine Observationum multis exemplis docuit *ratio* & *oratio* sæpe inter se esse commutata à librariis. *Bouhier.*

46. *Quæ deinde actio vitæ?*] An hoc rogare potest, postquam è sententia Epicuri statutum est deos omnino esse sine actione: *ne factum quidem omnino*, & eos privavit *motu & actione divina?* An dicendum est, eum loqui de actione quadam vitali, qualis sit in plantarum vegetatione, aut intus in humano corpore? Verum statutum est etiam secundum principia Epicuri deos habere neque corpus neque sanguinem, sed *quasi corpus*, *quasi sanguinem*. Inde est quod putem scribendum, *ratio vitæ*. Idem.

47. *Superior aër.*] Antiqui libri & *superius aër*, & *supremum aër*, ut subaudiatur, locum teneat; vel, *superior aëri*, ut insequens membrum spectet. *P. Manut.* *Superior ætheri.*] Omnes fere editiones & omnes MSti. P. Manutii habent *aër*. Gruteri è contrario & Davisii exhibent *ætheri*. Davisius *ætheri* dedit, quia poëtæ tam Græci quàm Latini *æther* aliquoties posuerunt pro *aër*. Et quia sine dubio vidit poëtarum auctoritatem propter eorum licentiam hic non esse magni ponderis, addidit locum Lactantii, Instit. lib. 1. cap. 5. ubi dicit: *Cleanthes & Anaximenes æthera dicunt esse summum deum*, pro eo quod Cicero supra cap. 10. & omnes alii scriptores dicunt *aëra*, secundum eundem Anaximenem esse deum summum. Verùm, vix dubium est, quin in istum Lactantii locum *æthera* irrepserit pro *aëra*, quoniam auctor iste respexit ibi locum Ciceronis, aut istum Minucii Felicis cap. 19. in quibus legitur, *Anaximenes aëra deum statuit.* & idem Lactantius magis magisque me in hac sententia confirmat, scribens lib. 1. Instit. cap. 11. *Id quod supra mundum erat, quod æther vocatur, &c.* quod aëri convenire non potest, qui secundum veterum philosophorum placita non occupat superiorem mundi partem. Lactantius igitur cavit, ne usurparet *æthera* pro *aëra* loco isto, ubi timendum erat, ne non videretur haud probè intellexisse mentem philosophorum. Verùm verosimile est librarios esse falsos isto Virgilii versu: *Tum pater omnipotens fœcundis imbribus æther*, qui per Lactantium statim post verba adducta ponitur, & cui hæc illi similia esse voluerunt. Ut ut est, Cicero aërem non potuit *æther* vo-

stiarum autem terrenæ sunt aliæ, partim aquatiles, aliæ quasi ancipites, in utraque sede viventes: sunt quædam etiam, 49 [i] quæ igne [k] nasci putentur, appareantque in ardentibus fornacibus sæpe volitantes.

i quæ ex igne *Lamb.* k enasci *Gul.*

104 Quæro igitur, vester deus primùm ubi habitet: deinde quæ causa eum loco moveat; si modò movetur aliquando: postremò, cùm hoc proprium sit animantium, ut aliquid appetant, quod sit naturæ accommodatum; deus quid appetat: ad quam denique rem motu mentis ac rationis utatur. postremò, quo modo beatus sit, quo modo æternus. quidquid enim horum [l] attigeris ulcus est. ita malè instituta ratio exitum reperire non

l attigerit *Vict. & alii.*

105 potest. Sic enim dicebas, speciem dei percipi cogitatione, non sensu: 50 nec esse in ea ullam soliditatem, ne-

vocare, nisi obliterata & abolita significatione ista, quam dixit huic voci esse, scilicet ut significet substantiam istam igneam, quæ est supra omnia alia elementa. Exempla attuli supra cap. 15. & rem extra omnem dubitationem ponit, quod infra lib. II. cap. 36. Balbus videtur esse inter primos, qui introduxerunt vocem istam in linguam Latinam ad significandum ignem cœlestem: *Mutuemur hoc quoque verbum, dicaturque tam æther Latinè quam dicitur aër.* In Pacuvii versu, quem etiam adfert, *æthera* magis est vox Græca quàm Latina.' Et Varro, cujus verba adduxi supra ad cap. 15. scripsit post id tempus, quo Balbus fingitur hæc dixisse. Quæ igitur ratio potest fingi, ob quam Cicero, postquam tam accuratè inter *aër* & *æther* distinxerat, voces istas hoc loco confuderit? Legamus igitur sine hæsitatione: *Superior aëri, ignibus altissima ora reddatur.* Bouhier.

48. *Bestiarum autem terrenæ sunt aliæ, partim aquatiles.*] Palat. tert. *aliæ, aliæ autem aquatiles:* nec improbaverim admodum, dummodò rescribatur fide P. *Bestiarum quidem terr.* Gruter.

49. *Quæ igni nasci putantur.*] *Pyraustam* & *pyralin* Plin. lib. II. cap. 36. nominat. Nescio an eadem sit, quæ proverbio, *Pyraustæ interitus*, locum fecit & ab Æliano describitur: vel etiam, quæ apud Aristotelem alio nomine κηλὴρος, mellificio officit. *Betuleius.* *Quæ igne nasci putentur.*] Ita est in quibusdam MSctis. in aliis *igni*, unde quidam corrigunt, *ex igne*, aut *in igne*, alii *igni enasci.* Malim, *igni innasci*, ut apud Horat. *Felix innascitur agris*; & infra lib. II. cap. 13. *Quibus innascitur ratio.* Bouhier.

50. *Nec esse in ea ullam soliditatem, neque eandem ad numerum permanere.*] Non facilè hæc intelliges, nisi contuleris cum ipsius Epicuri verbis, quorum hæc sunt interpretatio liberior. Videatur Diog. Laërt. qui habet, X. 139. & ibi tam interpretatio quàm versio clarissimi Gassendi: Ἐν ἄλλοις δέ φησι (Epicurus scilicet) τοὺς θεοὺς λόγῳ θεωρητοὺς εἶναι, οὓς μὲν κατ' ἀριθμὸν ὑφεστῶτας, οὓς δὲ κατὰ ὁμοειδίαν, ἐκ τῆς συνεχοῦς ἐπιῤῥύσεως τῶν ὁμοίων εἰδώλων ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἀποτετελεσμένων, ἀνθρωποειδεῖς. Nemo mei sen-

neque eandem ad numerum permanere, eamque esse ejus visionem, ut similitudine & transitione cernatur, neque deficiat umquam ex infinitis corporibus similium accessio: ex eoque fieri, ut in hæc intenta mens nostra beatam illam naturam & sempiternam putet.

XXXVIII. Hoc, per ipsos deos, de quibus loquimur! quale tandem est? nam si tantummodò ad cogitationem valent, nec ullam habent soliditatem nec eminentiam: quid interest, [m] utrùm de hippocentauro, an de deo cogitemus? omnem enim [51] talem conformationem animi ceteri philosophi motum inanem vocant: vos autem adventum in animos & introitum imaginum dicitis. Ut igitur [52] Ti. Gracchum cùm videor concionantem in Capitolio videre, [53] de M. Octavio deferentem sitellam, tum eum motum animi dico esse inanem: tu autem & Gracchi & Octavii imagines remanere, quæ, in Capitolium cùm pervenerint, tum ad animum meum referantur: hoc idem fieri in deo, cujus crebra facie pellantur animi; ex quo esse beati atque æterni intelligantur.

m utrum *deest in MS.* quid *alius MS.*

P. B. 106

Fac imagines esse, quibus pulsentur animi. species 107 dun-

sententiâ doctrinam istam explicuit quàm Augustinus Epist. 118. n. 27. & seq. *Bouhier.*

51. *Talem conformationem animi.*] Per vulgarem hujus loci interpunctionem videtur vox *animi* jungenda voci præcedenti. Et revera Lescaloperius ita intelligit, & explicat, *cogitationem animi*, quod ridiculum est; nam *conformatio* significat imaginem, quam nos fingimus de iis rebus, quæ nobis non versantur ante oculos: *Conformatio*, inquit Cicero ad Herennium, *est quum aliqua, quæ non adest, persona confingitur, quasi adsit.* Hìc autem non quæritur de imagine animi, ut quum supra cap. 36. dicit, *Habebam in animo informationem quandam Dei.* Etenim *informatio* & *conformatio* eandem rem significant. Ceterum voces istæ *motum inanem* huic loco non convenirent, si τῷ *animi* non jungerentur. Comma igitur est ponendum post *conformationem*, & forsan vox *animi* alienum locum occupavit. *Bouhier.*

52. *Ti. Gracchum quum videor concionantem in Capitolio videre, de M. Octavio deferentem sitellam.*] Conjunctio *&* hoc loco videtur deesse; nam duæ actiones diversæ designantur. *Bouhier.*

53. *De me Octavio deferentem sitellam.*] De sitella, in quam suffragia conjiciebantur, mentio est in lege Servilia, cujus exstant apud me fragmenta quædam: *Eamque. sortem. ex. hace. lege. apertam. bracioque. aperto litteram. digiteis. opertam. palam. . . undai causa. ad. sitellam. sorti. veniet is. in. eam. sitellam. manum. demittito. tam. devexam. populo. &c.* Ursin.

54. Or-

n obicitur *MS.* duntaxat [n] objicitur quædam. num etiam cur ea beata sit? cur æterna? Quæ autem istæ imagines vestræ, aut unde? à Democrito omnino hæc licentia. Sed & ille reprehensus à multis est, nec vos exitum reperitis: totaque res vacillat & claudicat. Nam quid est, quod minùs probari possit, quàm omnium in me incidere imagines, Homeri, Archilochi, Romuli, Numæ, Pythagoræ, Platonis, nec [o] ex forma, quâ illi fuerunt? (o eâ *Lamb.*) quomodo ergo illi? & quorum imagines? Orpheum poëtam docet Aristoteles numquam fuisse, & hoc 54 Orphicum carmen [p] Pythagorei ferunt cujusdam 55 fuisse Cercopis. (p Pythagorici *alii.*) At Orpheus, id est, imago ejus,
108 ut vos vultis, in animum meum sæpe incurrit. Quid, quòd ejusdem hominis in meum aliæ, aliæ in tuum? quid, quòd earum rerum, quæ numquam omnino fuerunt, neque esse potuerunt, ut Scyllæ, ut Chimæræ? quid, quòd hominum, locorum, urbium earum, quas numquam vidimus? quid, quòd, simulac mihi collibitum est, præstò est imago? quid, quòd etiam ad dormientem veniunt invocatæ?

XXXIX. TOTA res, Vellei, nugatoria est. vos autem non modò oculis imagines, sed etiam animis in-
109 culcatis. tanta est impunitas garriendi. At quàm licen-
P. XXIII. ter, Fluentium frequenter transitio fit visionum, ut è multis una videatur. Puderet me dicere non intelligere, si vos ipsi intelligeretis, qui ista defenditis. Quo modo enim probas, continenter imagines ferri? aut, si continenter, quo modo [q] æternæ? (q æternæ sunt *alii.*) Innumerabilitas, inquis, suppeditat atomorum. Num eadem ergo ista facient, ut sint omnia sempiterna? confugis ad æquilibritatem: sic enim ἰσονομίαν, si placet, appellemus: & ais, quoniam sit natura mortalis, immortalem etiam esse oportere. Isto modo, quoniam homines mortales sunt, sint

54. *Orphicum carmen Pythagorici ferunt cujusdam fuisse cerdonis.*] Postrema hæc dictio in manuscriptis inquinatior est: habent enim meliores *cerconis.* Alii autem adhuc depravatius. Legi apud Suidam in dictione Ὀρφεύς, cùm de his versibus loqueretur, hæc verba: Λέγονται δὲ εἶναι Θεογνίτου τοῦ Τεσσαλοῦ· οἱ δὲ Κέρκωπος τοῦ Πυθαγορείου. Quare & ex antiquis vestigiis & ex Græcorum testimonio *cercopis*, non *cerdonis*, puto esse legendum. *Victor.*

55. *Fuisse Cercopis.*] Ita volebat reponi Parrhasius, notis suis in Claudianum. vulgata, *Cecropis.* at Pal. secun. *certonis.* tertio *Cerconis.* Wouweriani *Cerdonis* exprimunt. *Gruter.*

56. Et

ſint aliqui immortales: [56] & quoniam naſcuntur in terra, naſcantur & in aqua: & quia ſunt quæ interimant, ſint quæ conſervent. Sint ſanè: [57] ſed ea conſervent, quæ ſunt. Deos iſtos eſſe non ſentio. Omnis tamen iſta re- 110
rum effigies ex individuis quo modo [58] corporibus oritur? quæ etiam ſi eſſent, quæ nulla ſunt; pellere ſe ipſa & agitari inter ſe concurſu fortaſſe poſſent: formare, figurare, colorare, animare non poſſent. Nullo igitur modo immortalem deum efficitis.

XL. [59] VIDEAMUS nunc de beato. Sine virtute certè

56. *Et quoniam naſcuntur in terrâ, naſcantur & in aqua; & quia ſunt, quæ interimant, ſint quæ conſervent, &c.*] Sine dubio punctum eſt ponendum poſt *aquæ*; & quod ſequitur eſt objectio Epicureorum, ut dilucidè patebit, ſi contuleris hunc locum cum eo, quod eſt dictum ſupra cap. 19. Ita ſentiebam antequam adnotatio Walkeri mihi erat lecta, & gaudeo eum eſſe in eadem ſententia. Diſtinctione mutata ille legit: *Et quia ſunt quæ interimant, ſint quæ conſervent. Sint ſanè. Sed ea quæ conſervent, quæ ſunt.* Emendationem eam probo tanquam neceſſariam ad hujus loci intellectum. Velim tamen *& quia* mutari in *ſed quia*; alioqui videretur conſequens ejus, quod præcedit. Præterea lego: *Sed ea, quæ conſervant, quæ ſunt?* In ſequentibus quoque videtur mihi legendum, *omnis autem iſta rerum effigies*, pro *omnis tamen.* Bouhier.

57. *Sed ea conſervent quæ ſunt.*] Videtur legendum, *ſed ea quæ conſervent, quæ ſunt.* Urſin. *Sed ea conſervent, quæ ſunt.*] Geminus plane locus ſupra c. 19. huic lucem & opem feret. Ibi Vellejus, *Si, quæ interimant, innumerabilia ſint, etiam ea, quæ conſervent, infinita eſſe debere.* Hinc olim ita reſcribebam, *ſint ſane: ſed ea, quæ conſervent, quæ ſunt?* Jam video, idem videri Urſino, excepto quod ille ſine interrogatione legit, quæ tamen neceſſaria eſt. Recenſet hic Cotta Velleji argumentationem, quam ut illi concedat, negat tamen ſequi quod ille vult. Sint ſane, ut contendis, quæ conſervent: ea tamen quæ ſunt? Deos eſſe (ſcil. quæ conſervent) nec probas, nec ſentio. Propterea in vulgata lectione à quo pendet, cui refertur vox *conſervent?* non invenio. Recte igitur, ſi quid video, reſtituimus locum, aliàs mancum, & nullo alieno ſenſu. *Walker.*

58. *Corporibus oritur? quæ etiamſi eſſent, quæ nulla ſunt &c.*] Palat. ſecund. longè aliter verba diſpoſuit; ſic nempe: *corporibus, quæ nulla ſunt, oritur? quæ etiamſi eſſent, pellere ſe ipſa.* & verò illa, *quæ nulla ſunt*, non viſuntur in Palat. tertio. *Gruter.*

59. *Videamus nunc de beato.*] Tranſitio: quæ tamen mihi videtur manca. Abſolvit confutationem prioris partis, definitionis, qua Stoici definiunt θεὸν ζῶον ἄφθαρτον. Jam accingitur ad alteram partem labefactandam, quâ dixerunt ſuum Deum eſſe μακάριον. Epicurei beatitudinem ponunt in voluptatibus. Quod concederetur, ſi de honeſtis id voluptatibus intelligerent. Argumenti

certè nullo modo. virtus autem actuosa: & deus vester nihil agens: expers virtutis igitur: ita, ne beatus quidem.
111 Quæ ergo vita? Suppeditatio, inquis, bonorum, nullo malorum interventu. Quorum tandem bonorum? voluptatum. Credo: nempe ad corpus pertinentium. nullam enim novistis, nisi profectam à corpore & redeuntem ad corpus, animi voluptatem.
60 Non arbitror te, Vellei, similem esse Epicureorum re-

ti Epicurici forma sic habet: Cui omnia voluptuosa sunt, beatus est: Diis omnia voluptuosa sunt: Ergo dii beati. Κρινόμενον Cotta in dubium vocat, ibique distinguit, & distinctionem copiosè amplificat, voluptates alias esse honestas, alias obscœnas & parum honestas. Deos etiam inhonestis indulgere voluptatibus. Sed ipse Epicurus in epistola ad Menicæum etiam in hominibus voluptatem impudicam & parum sobriam damnat, nedum in diis aut cœlitibus: laudat solam eam, quæ capitur ex rebus honestis. *Betuleius.*

60. *Non arbitror te, Vellei, similem esse Epicureorum, reliquorum, quos non pudeat earundem Epicuri vocum.*] Ven. *Quos pudeat earum Epicuri, &c.* ut intelligendum sit, Vellejum admodum fortem Epicureum fuisse, qui nihil vereretur proloqui omnium, quæ a magistro didicisset. Sed mihi ita hic aliquando locus esse legendus visus, *Quin pudeat earum tandem Epicuri vocum.* Camer. *Non arbitror te, Vellei, similem esse Epicureorum reliquorum, quos pudeat.*] D. Lambinus, particulam negativam deesse ratus, voluit, *quos non pudeat*; & in eandem mentem Joach. Camerarius olim conjecerat, *quin pudeat.* His non assensus est Gruterus; Pall. suis serviliter addictus. Ego vero particulam negantem non adjiciendam, sed ab orationis principio arcessendam censeo; locum enim sic constituo: *Arbitror te, Vellei, similem esse Epicureorum reliquorum, quos non pudeat &c.* Nam reliquorum Epicureorum numero Vellejum eximere non voluit Cotta. Si is esset ejus animus, eum his verbis non alloqueretur, *quem cibum, quos tactus, quos odores adhibebis ad deos, ut eos perfundas voluptatibus.* Illos autem magistri sui non piguit. Hinc cùm Cicero de Fin. II, 3. Torquatum interroget, *An hæc ab eo* (Epicuro) *non dicuntur?* Ille, *Quasi vero me pudeat*, inquit, *istorum, aut non possim, quemadmodum ea dicantur, ostendere.* Videsis Æg. Menagium ad Diog. Laërtii lib. X. §. 2. *Davis.* *Non arbitror te, Vellei, &c.*] Omnes critici viderunt locum hunc esse corruptum, sed de correctione inter eos non convenit. Lambinus legebat, *quos non pudeat*, & Camerarius eodem sensu *quin pudeat.* Davisius *non* antè *arbitror* delet, & eandem particulam ponit ante *pudeat.* Ego vero minori cum mutatione legerem: *Non arbitror te, Vellei, similem esse Epicureorum, quos pudeat.* Licet enim Epicurei omnes in plerisque convenirent, alii tamen aliis erant respectu voluptatum severiores. Id patet vel ex eo quod paulo post dicitur, quosdam scilicet voluptates corporeas vituperavisse. Eos sine dubio pudebat placitorum turpium sui præceptoris,

relliquorum: quos [r] pudeat earum Epicuri voctum, qui- r non pu-
bus ille testatur, se ne intelligere quidem ullum bonum, deat *alii.*
quod sit sejunctum à delicatis & obscœnis voluptatibus:
quas quidem non erubescens persequitur omnes nomi- P. B.
natim.

Quem cibum igitur, aut quas potiones, aut quas vo- 112
cum aut [s] florum varietates, aut quos tactus, quos s colorum
odores adhibebis ad deos, ut eos perfundas voluptati- *Walker.*
bus? [t] At poëtæ quidem [61] nectar, ambrosiam, epu- t Et poëtæ
las comparant, & aut [v] Juventatem, aut Ganymedem *Idem.*
pocula ministrantem. Tu autem, Epicure, quid fa- v Juventu-
cies? neque enim unde habeat ista deus tuus video: tem *alii.* *malè.*
nec quomodo utatur. Locupletior igitur hominum na-
tura ad beatè vivendum est quàm deorum, quod plu-
ribus generibus fruitur voluptatum.

At has leviores ducis voluptates, quibus quasi titilla- 113
tio (Epicuri enim hoc verbum est) sensibus adhibetur. Quousque ludis? nam Philo etiam noster ferre non poterat, aspernari Epicureos, molles & delicatas voluptates. summa enim memoria pronuntiabat plurimas Epicuri sententias, his ipsis verbis, quibus erant scriptæ. Metrodori verò, qui est Epicuri collega sapientiæ, multa impudentiora recitabat: accusat enim Timocratem, fratrem suum, Metrodorus, quòd dubitet omnia, quæ ad beatam vitam pertineant, ventre metiri: neque id semel dicit: sed sæpius. Annuere te video. nota enim tibi sunt. Proferrem libros, si negares. Neque nunc reprehendo, quòd ad voluptatem omnia referantur: alia est ea quæstio: sed doceo, deos vestros esse voluptatis expertes: ita vestro judicio ne beatos quidem. At dolore vacant.

XLI. SATIN' est id ad aliam abundantem bonis vi- 114
tam beatissimam? [62] Cogitat, inquiunt, assiduè beatum esse

ceptoris. Verum Cotta, qui ejus philosophiam vult delere, semper ex eâ pessimum quodque proponit. *Bouhier.*

61. *Nectar, ambrosiam, epulas comparant.*] Lego, *nectar ambrosiamque epulis comparant.* Particulam copulantem suppeditavit Victor. & alteram conjecturam firmant Eliens. uterque cum Bonon. 1494. *Davis.*

62. *Cogitat, inquiunt &c.*] Plurali numero utitur Palat. tertius per omnia; etiam secund. præterquam quod is *cogitant.* & verò ad hanc nostram faciem produxit quoque Victorius. vulgo est, *cogitant, inquam, &c. beatos &c. habent &c. quod agitent.* Gruter. Omnes

 ve-

esse se. habet enim nihil aliud, quod agitet in mente. Comprehende igitur animo & propone ante oculos, deum nihil aliud in omni æternitate, nisi, Mihi pulchrè est: &, Ego beatus sum, cogitantem. Nec tamen

r. XXIV. video, [63] quo modo [x] non vereatur iste deus beatus, ne intereat, cùm sine ulla intermissione pulsetur agiteturque incursione atomorum sempiterna, cúmque ex ipso imagines semper [y] affluant. Ita nec beatus est vester deus, nec æternus.

x sibi videatur iste deus beatus, cum sine *Lamb.*

115 At etiam de sanctitate, de pietate adversus deos, libros scripsit Epicurus. At quo modo in his loquitur? ut [z] Coruncanium, aut Scævolam, pontifices maximos, te audire dicas: non eum, qui sustulerit omnem funditus religionem: nec manibus, ut [64] Xerxes; sed rationibus deorum immortalium templa & aras everterit. Quid est enim, cur deos ab hominibus colendos dicas, [65] cùm dii non modò [66] homines non colant, sed omnino nihil curent, nihil agant?

y ad nos affl. *Idem.* z Coruncanum *alii.*

At veteres editiones ad MSSta. expressæ habebant: *Cogitant, inquiunt, beatos se esse. Habent enim nihil aliud, quod agitent in mente.* Quod non fuerat mutandum. *Bouhier.*

63. *Quomodo non vereatur iste beatus Deus, ne intereat, cùm.*] Expressi lectionem Victorii & Camerarii. nam Aldus uterque, *quomodo videatur iste Deus beatus, cùm &c.* omissis intermediis, quod & in plerisque editionibus. sed vide tamen an non rescribi debeat, *quomodo non moveatur iste Deus, cùm.* ita sanè habet Palat. noster secund. estque huic loco prorsus aptum. tert. isthæc non habet, negligentiâ scribæ, qui lineam totam transiliit, deceptus voce illa *beatus*, quæ & supra erat posita. *Gruter.* Rectè se habet hic locus ut nunc legitur, atque ita profertur ab Augustino Epist. 118. n. 30. quæ videnda. *Bouhier.*

64. *Xerxes.*] Justin. lib. II. Ante navalis prælii congressionem miserat Xerxes quatuor millia armatorum Delphos, ad templum Apollinis diripiendum prorsus, quasi non cum Græcis tantum, sed cum diis immortalibus bellum gereret: quæ manus tota imbribus & fulminibus deleta est, ut intelligeret, quanto gravior offensa deorum esset, tanto nullas esse hominum adversus deos vires. Meminit idem Cicero de Legibus II. Aliter citatur Verrina III. & apud Valer. de Neglecta Religione. Vide adhæc Solin. in Asia, capite 53. *Betuleius.*

65. *Cum Dei non modò homines non colant.*] Sic quoque Pall. ambo. P. Manutius conjicit, *cùm Dei non modo hominibus non consulant*, idque statim libris invexit Lambinus, præter mentem planè auctoris. *Gruter.* Sapienter equidem retenta vetus lectio, in qua idem Tullii acumen agnoscis, quod postea captavit Ovidius VIII. Metam. 724. *Et qui coluere, coluntur.* Dii autem colunt homines, ut parentes liberos apud Pomponium Melam. I, 8. *Gronov.*

66. Ho-

At est eorum eximia quædam præstansque natura, ut ea debeat ipsa per se ad se colendam elicere sapientem. An quidquam eximium potest esse in ea natura, quæ sua voluptate lætans, nihil nec actura sit umquam, neque agat, neque egerit? Quæ porrò pietas ei debetur, à quo nihil acceperis? aut quid omnino, cujus nullum meritum sit, ei deberi potest? est enim pietas justitia adversum deos: cum quibus quid potest nobis esse juris, cùm homini nulla cum deo sit communitas? sanctitas autem est scientia colendorum deorum: qui quamobrem colendi sunt non intelligo, nullo nec accepto ab iis, nec sperato bono. 116

XLII. QUID EST autem, quòd deos veneremur propter admirationem ejus naturæ, in qua egregium nihil videmus? Nam superstitione, quod gloriari soletis, facilè est [a] liberari, cùm sustuleris omnem vim deorum. Nisi fortè Diagoram, aut Theodorum, qui omnino deos esse negabant, censes superstitiosos esse potuisse. Ego ne Protagoram quidem: cui neutrum [b] liquerit, nec esse deos, nec non esse. Horum enim sententiæ omnium non modò superstitionem tollunt; in qua inest timor inanis deorum; sed etiam religionem, quæ deorum cultu pio continetur. 117

a liberare *alii.*

b liquerit *Lamb.* P. B.

Quid? ii, qui dixerunt, totam de diis immortalibus opinionem fictam esse ab hominibus sapientibus reipublicæ causâ, ut, quos ratio non posset, eos ad officium religio duceret, nonne omnem religionem funditùs sustulerunt? Quid [67] Prodicus Chius? [68] qui ea, quæ pro- 118

66. *Homines non colant.*] *Hominibus non consulant* magis probarem. erat enim hæc Epicuri sententia, deos hominibus non consulere. quod Cotta refellit cùm hoc loco, tum in fine libri, cùm inquit: *Dii, nulla re egentes, & inter se diligunt, & hominibus consulunt.* Item lib. II. *Si*, inquit, *omnibus hominibus deos consulere censemus.* Et hujus disputationis lib. III. *Primum deorum ne providentiâ mundus regatur: deinde consulantne dii rebus humanis.* & alibi in eandem sententiam sæpissime: quæ, quia tam manifesta in re minus videntur esse necessaria, prætermittam. *P. Manut.*

67. *Prodicus Chius.*] Alii videntur legisse in antiquo codice, *prodicus Cius.* nos hic hæremus, cum ex initio hujus libri auctorem hujus sententiæ fuisse Perseum appareat. nisi si velis legere, *Perseus Citieus*, non *Prodicus Cius*, litteris haud ita dissimilibus, ut correctio temeraria videri possit. Perseum autem, Zenonis audi-

prodessent hominum vitæ, deorum in numero habita esse dixit, quam tandem religionem reliquit?

119 Quid? qui aut fortes, aut claros, aut potentes viros tradunt post mortem ad deos pervenisse, eosque esse ipsos, quos nos colere, precari venerarique soleamus, nonne expertes sunt religionum omnium? quæ ratio maximè [69] tractata ab Euhemero est: quem noster & interpretatus & secutus est, præter ceteros, Ennius. Ab Euhemero autem & mortes & sepulturæ demonstrantur deorum. Utrùm igitur hic confirmasse religionem videtur, an penitus totam sustulisse? [70] omitto c Eleusina sanctam illam & augustam,

Eleusiam *alii* Eleusinem *IS*.

ditorem, fuisse Citieum, Suidas & Laërtius in Zenone testantur. *P. Manut.*

68. *Qui ea, quæ prodessent hominum vitæ, deorum in numero habita esse dixit.*] Respexit ad Græca illa, ἄνθρωπος ἀνθρώπου δαιμόνιον, &, Θεοὶ σωτῆρες ἐκῶν. *Ursin.*

69. *Tractata ab Euhemero.*] Quem Theophilus ad Autolycum ἀθεώτατον nominat. de hoc apud Lactantium lib. I. capite II. diximus. Vide ad hæc ea, quæ Gyraldus citat in Historia Poëtica. Dubitatur de ipsius patria. Lactant. Messenium vult, Plutarch. Tegeaten, Athenæus lib. XIV. Euhemerum Coum citat, de Baccho agens, περὶ ἱερᾶς ἀναγραφῆς. Quam professò inscriptionem Ennius in sacra historia est imitatus. Vide ad hæc Plutarchi Placita lib. I. cap. 7. *Betuleius.* *Tractata ab Euhemero.*] Videsis, inter alios, Lactantium Div. Inst. lib. I. cap. II. & Augustinum C. D. lib. VII. cap. 7. *Davis.* Præter auctores a Davisio citatos fragmentum Euhemeri istius athei poterit videri apud Sextum Empiricum advers. Mathem. pag. 311. Vide etiam Plutarch. de Placitis Philosophorum I. 7. & de Iside & Osiride Tom. II. pag. 360. ubi tamen pro διαγράφων, quod sensui nullo modo convenit, est legendum, διαγλύφων, *interpolando immutans.* Voce ea sæpe Plutarchus utitur. Reliqua, quæ ibi occurrunt, ante Xylandrum, valde erant corrupta; verum is egregiè restituit. Eum, tacito Xylandri nomine, secutus est P. Petitus Miscell. Observ. lib. I. c. 2. *Bouhier.*

70. *Omitto Eleusina sanctam.*] Veteres editiones omnes & codices plerique MSSti. habent *Eleusinam.* Lambinus in uno reperit *Eléusinem*, cum quo faciunt duo codices a Davisio inspecti. Gruterus primus edidit *Eleusina*, causâ non additâ istius mutationis, & eum secuti sunt Cantabrigienses. Verosimile est eos ita egisse, quia hic non agitur de ipsa Cerere, quam *Eleusinam* dicunt Latini, sed de loco, quo Athenienses ipsius sacra peragebant, quod patet vel ex vocibus, *ubi initiantur*, & eo quod in sequentibus semper agitur de locis, ubi dii sunt culti, & non de diis ipsis. Satis illi quidem rectè, sed non debebant accusativum Græcum Ἐλευσῖνα præferre Latino *Eleusinem*, quod in quibusdam MSStis

Ubi initiantur gentes orarum ultima:

71 Prætereo Samothraciam, eaque,

72 — *Qua*

reperitur, & quo usus est Livius lib. XXXI. cap. 25, 26. Legamus igitur *Eleusinem sanctam*, & idem mendum tollatur ex inscriptione bis apud Gruterum occurrente, pag. CCCIX. SACRATÆ APUD ELEUSINAM DEO, BACCHO, CERERI, ET CORÆ. Certum enim est, legendum esse APUD ELEUSINEM. Quod autem attinet ad versum istum: *Ubi initiantur gentes orarum ultima*, is est planè contrarius consuetudini, quam tangit Eleusin. cap. 19. exteros, præsertim Barbaros, ad mysteria ista non fuisse admissos; verum idem Meursius cap. 16. putat hunc versum respicere ad Scytam Anacharsin, qui singulari favore meruit initiari. *Bouhier.*

71. *Prætereo Samothraciam.*] Herod. in Euterpe indicat, Pelasgos orgia sua sumpsisse à Samothraciis, cum quibus habitarant: deinde (ut est idololatriæ contagiosa quædam æmulatio) Athenienses à Pelasgis secum morantibus didicisse, ut Mercurium virili rigido fingerent. item Pelasgos sermonem quendam sacrum, quem Samothracii in suis mysteriis solennem habuerant, quasi mutuatitium, in suis quoque sacris usurpasse. Verba Herodoti, si quis fortè requirat, subjiciam: Ὅς τις δὲ τῶν Καβείρων ὄργια μεμύηται, τὰ Σαμοθρήϊκες ἐπιτελέουσι, λαβόντες παρὰ Πελασγῶν, οὗτος ὡνὴρ οἶδε τὸ λέγω. τὴν γὰρ Σαμοθρηΐκην οἴκεον πρότερον Πελασγοὶ οὗτοι, τοίπερ Ἀθηναίοισι σύνοικοι ἐγένοντο. καὶ παρὰ τούτων Σαμοθρήϊκες τὰ ὄργια παραλαμβάνουσι, ὀρθὰ ὦν ἔχειν τὰ αἰδοῖα τἀγάλματα τοῦ Ἑρμέω, Ἀθηναῖοι πρῶτοι Ἑλλήνων παρὰ Πελασγῶν μαθόντες, ἐποιήσαντο. οἱ δὲ Πελασγοὶ ἱρόν τινα λόγον περὶ αὐτοῦ ἔλεξαν, τὰ ἐν τοῖσι Σαμοθρηΐκη μυστηρίοισι δεδήλωται. Phurnutus non rigentis modò hujus nostri Mercurii, sed etiam flaccescentis cujusdam figuram explicat. Illius, à senioribus ita fingi tradit, eo quòd maturior ætas sermonem habeat fœcundiorem, quo quicquid intendat, efficiat: hujus, juniores & imberbes, remisso Mercurium pudendo finxisse, quòd ea ætas sermonem habeat, ut minus maturum, ita parum etiam fœcundum. Adscribemus etiam hujus Græca, quæ translatis aliquanto evidentiora sunt: Οἱ δ' ἀρχαῖοι τοὺς μὲν πρεσβυτέρους γεννῶντας τὸν Ἑρμῆν, ὀρθὰ ἐποίουν τὰ αἰδοῖα ἔχοντας· τοὺς δὲ νεωτέρους καὶ ἀγενείους, ἀνειμένους· παριστῶντες, ὅτι ἐν ταῖς προβεβηκόσι ταῖς ἡλικίαις, γόνιμος ὁ λόγος καὶ τέλειός ἐστιν. ὃς δὴ καὶ τυχὼν τῷ ὄντι ἐστι, τυγχάνων ὧν ἂν πρόσθηται· ἐν δὲ τοῖς ἀώροις, ἄγονος καὶ ἀτελής. Sed quia in Samothraciæ disidæmoniam incidimus, addemus etiam quæ Aristophanis enarrator de Dæmonibus Samothraciis in Pace annotavit: Οἱ ἐν κινδύνοις γενόμενοι, ἐπεκαλοῦντο τούτους τοὺς δαίμονας τοὺς ἐν Σαμοθράκῃ. τούς τε Κορύβαντας καὶ τὴν Ἑκάτην. ἐξ ἧς καὶ διαβόητον ἦν τὸ Ζηρινθὸν ἄντρον, ἔνθα ταύτῃ ὠργίαζον καὶ ἠλευθεροῦντο. Addit deinde: Initiatos Caburi numinis Samothracii mysteriis, justos se inde, & à periculis, tempestatum maximè, incolumes evasuros credidisse. Hinc Samothraciam Dionysius Κορυβάντιον ἄστυ nominat. *Betuleius.*

72 —— *Quæ Lemni*
Nocturno aditu occulta coluntur
Silvestribus sæpibus densa.

Quibus explicatis ad rationemque revocatis, rerum magis natura cognoscitur quàm deorum.

120 XLIII. MIHI quidem etiam Democritus, vir magnus in primis, cujus fontibus Epicurus hortulos suos irrigavit, [d] 73 nutare videtur in natura deorum. Tum enim censet imagines divinitate præditas inesse universitati rerum: tum principia mentesque, quæ sunt in eodem universo, deos esse dicit: tum animantes imagines, quæ vel prodesse nobis solent, vel nocere: tum ingentes quasdam imagines, tantasque, ut universum mundum complectantur extrinsecus. Quæ quidem omnia sunt patriâ Democriti quàm Democrito digniora.

d natare conj. Lamb.

P. XXV.

121 Quis enim istas imagines comprehendere animo potest? quis admirari? quis aut cultu, aut religione dignas judicare? Epicurus verò ex animis hominum extraxit radicitùs religionem, cùm diis immortalibus & opem & gratiam sustulit. 74 cùm enim optimam & præstantissimam naturam dei dicat esse, negat idem esse in deo gratiam. tollit id, quod maximè proprium est optimæ præstantissimæque naturæ. quid enim est melius, aut quid præstantius bonitate & beneficentia? qua cùm carere deum vultis, neminem deo nec deum, nec

72. *Quæ Lemni &c.*] Gulielmius mutat in Anapæstos: — *Lemni.*
Nocturno adyto occulta coluntur
Silvestribus sæpibus densa. *nocturno*, id est noctu. *Gruter.*

73. *Nutare videtur in natura Deorum, &c.*] Dubitandum non est, quin *nutare* sit retinendum. Sententia id postulat, & præterea ita legit Augustinus epist. 118. n. 27. loquens de Democrito: *Ideoque fluctuavit ejus, sicut isti dicunt* (sine dubio Ciceronem respexit) *nutavitque sententia.* Lascaloperius ante me id observavit, ut & quod idem Augustinus in sequentibus legit: *Tum principia mentis, quæ sunt in eodem universo, Deos esse dicit*, & non *principia mentesque, quæ sunt eodem universo.* Augustini lectio *principia mentis* ut recipiatur suadet ipsius Democriti sententia. Vide Lactant. de Ira Dei cap. x. *Bouhier.*

74. *Cum enim optimam & præstantissimam naturam Dei dicat esse, negat idem, &c.*] Non malè Walker legit, *dicit esse*, sensu ita postulante. Ego tamen malo ita locum totum scribere: *Quum enim optimam & præstantissimam naturam Dei dicat esse, neget idem esse in Deo gratiam, tollit id quod maximè proprium est optimæ præstantissimæque naturæ. Quid enim est melius, &c.* Idem.

75. Fa-

nec hominem carum: neminem ab eo amari, neminem diligi vultis. Ita fit, ut non modò homines à diis, sed ipsi dii inter se ab aliis negligantur.

XLIV. QUANTO Stoici meliùs, qui à vobis reprehenduntur? Censent autem, sapientes sapientibus etiam ignotis esse amicos. nihil est enim virtute amabilius. quam qui adeptus erit, ubicumque erit gentium, à nobis diligetur. Vos autem quid mali datis, cùm [e] imbe- 122
cillitatem, gratificationem & benivolentiam ponitis? Ut enim omittam vim & naturam deorum: ne homines quidem censetis, nisi imbecilli essent, futuros beneficos & benignos fuisse. Nulla [f] est caritas naturalis inter bonos? carum ipsum verbum est amoris; ex quo amicitiæ nomen est ductum: quam si ad fructum nostrum referemus, non ad illius commoda, quem diligimus; non erit ista amicitia, sed mercatura quædam utilitatum suarum. Prata, & arva, & pecudum greges diliguntur isto modo, quòd fructus ex eis capiuntur. P. B.
Hominum caritas & amicitia gratuita est. Quanto igitur magis deorum? qui, nulla re egentes, & inter se diligunt, & hominibus consulunt. Quod ni ita sit, quid veneramur, quid precamur deos? cur sacris pontifices, cur auspiciis augures præsunt? quid optamus à diis immortalibus? quid vovemus? At etiam liber est Epicuri de sanctitate.

e in imbecillitate *Lamb.*

f vobis est caritas. carum *Lamb.* *omissis mediis.*

Ludimur ab homine non tam faceto quàm ad scri- 123
bendi licentiam libero. Quæ enim potest esse sanctitas, si dii humana non curant? quæ autem animans natura, nihil curans? verius est igitur nimirum illud, quod [75] familiaris omnium nostrûm Posidonius disseruit in libro quinto de Natura deorum, nullos esse deos Epicuro videri: quæque is de diis immortalibus dixerit, invidiæ detestandæ gratiâ dixisse. neque enim tam desipiens

75. *Familiaris omnium nostrûm.*] Licet Stoicus, σύγχρονος tamen, & cum sub Marcello Romam venisset, in magnam illorum virorum familiaritatem accrevit: &, si ita placet, ad differentiam fortassis alterius Alexandrini, qui etiam ipse Stoicus & historicus fuit, Zenonis Citiensis discipulus. Nam hic noster, Athleta cognomine, Panætii auditor & successor fuit, quorum utrorumque crebram in Officiis mentionem Cicero fecit. Vide Suidam. Lactant. cap. IV. de Ira Dei, ad eludenda Epicuri dogmata hoc Posidonii testimonio, ex hoc Ciceronis loco, utitur. *Betuleius.*

ſipiens fuiſſet, [76] ut homunculis ſimilem deum fingeret, lineamentis dumtaxat extremis, non habitu ſolido, membris hominis præditum omnibus, uſu membrorum ne minimo quidem; exilem quendam atque perlucidum, nihil cuiquam tribuentem, nihil gratificantem, omnino nihil curantem, nihil agentem. quæ natura primùm nulla eſſe poteſt: idque videns Epicurus, re tollit, oratione relinquit deos.

124 Deinde, ſi maximè talis eſt deus, ut nullâ gratiâ, nulla hominum caritate teneatur; valeat. quid enim dicam, propitius ſit? eſſe enim propitius poteſt nemini, quoniam, ut dicitis, omnis in imbecillitate eſt & gratia & caritas.

76. *Ut homunculi ſimilem Deum fingeret, lineamentis duntaxat extremis.*] Vulg. *homunculis*, quod MSStorum fide mutavimus. At, licet ii non addicant, in ſequentibus omnino malim, *lineamentis duntaxat externis. Externus* enim & *extremus* voces ſunt *εὐμετάβολοι. Daviſ. Ut homunculis ſimilem Deum fingeret, &c.*] Probo emendationem Daviſii, quorumdam MSctorum. auctoritate ſtabilitam, quum *homunculi* legit pro *homunculis*; ſed ut paullo poſt *externis* legam pro *extremis* non tam facile perſuadet, nam Lactantius de Ira Dei cap. x. utitur eadem phraſi, quam videtur mutuatus à Cicerone: *Quid ſimile*, inquit, *veritatis in ficto, quum ſummum & excellens artificium nihil aliud niſi umbram & extrema corporis lineamenta poſſit imitari.* Bouhier.



M. TUL-

M. TULLII CICERONIS P. XXVI.

DE

NATURA DEORUM

AD

M. BRUTUM

LIBER SECUNDUS.

ARGUMENTUM.

EX Stoicorum disciplina differit Deos esse, mundumque ab eis regi, & humanam gentem juvari ac diligi. De Planetarum fixarumque stellarum motibus & affectibus; de animantium quàm plurium natura; & de fabrica partium corporis humani luculentè tractat.

I. QUÆ cùm Cotta dixisset, tum Vellejus, Næ ego, inquit, incautus, qui cum Academico & eodem rhetore congredi conatus sum. Nam neque indisertum Academicum pertimuissem, nec sine ista philosophia rhetorem, quamvis eloquentem. neque enim flumine conturbor [1] inanium verborum, nec subtilitate sententiarum, si orationis est siccitas. Tu autem, Cotta, utraque re valuisti. 1

[2] co-

1. *Inanium verborum.*] Pulchrè Cicero decorum tuetur. nam Epicureo hæc verba conveniunt. Alius, Academicus maximè, aut Peripateticus, hoc nunquam facturus esset, qui eloquentiam sapientia non privant. *Loquentiam* Sallustius novo quidem, sed idoneo vocabulo nominat eam loquacitatem, quæ nihil salis habet. Hoc idem non Quintiliani modò, aut Ciceronis, sed ipsius etiam Platonis libri testantur. Quæ causa postremò ab Hermolao contra Picum defensa est. *Betuleius.*

[2] corona tibi & judices defuerunt. Sed ad iſta aliàs, nunc Lucilium, ſi ipſi commodum eſt, audiamus.

2 Tum Balbus, Eundem equidem mallem audire Cottam, dum, quâ eloquentiâ falſos deos ſuſtulit, eâdem veros inducat. eſt enim & philoſophi, & pontificis, & Cottæ, de diis immortalibus habere non errantem & vagam, ut Academici, ſed, ut noſtri, ſtabilem certamque ſententiam. nam contra Epicurum ſatis ſuperque dictum eſt. Sed [a] aveo audire, tu ipſe, Cotta, quid ſentias. An, inquit, oblitus es, quod initio dixerim, faciliùs me, talibus præſertim de rebus, quid non ſentirem, quàm quid ſentirem, poſſe dicere?

a MSS. habeo *pro* haveo.

3 Quòd ſi haberem aliquid, quod liqueret, tamen te viciſſim audire vellêm, cùm ipſe tam multa dixiſſem. Tum Balbus, Geram tibi morem, & agam quàm breviſſimè potero. etenim, convictis Epicuri erroribus, longa de mea diſputatione detracta oratio eſt. Omnino dividunt noſtri totam iſtam de diis immortalibus quæſtionem in partes quattuor. Primùm docent eſſe deos: deinde, quales ſint: tum, mundum ab his adminiſtrari: poſtremò, conſulere eos rebus humanis. Nos autem hoc ſermone, quæ priora duo ſunt ſumamus: tertium & quartum, quia majora ſunt, puto eſſe in aliud tempus differenda. Minimè verò, inquit Cotta: nam & otioſi ſumus, & iis de rebus agimus, quæ ſunt etiam negotiis anteponendæ.

P. B.

4 II. TUM LUCILIUS, Ne egere quidem videtur, inquit, oratione prima pars. quid enim poteſt eſſe tam apertum tamque perſpicuum, cùm cælum ſuſpeximus cæleſtiaque contemplati ſumus, quàm eſſe ali-

2. *Corona tibi & judices defuerunt.*] Per *coronam* hic vulgo intelliguntur auditores; verum quomodo auditores non habuerunt Velleius & Cotta, præſentibus Balbo & Cicerone? Videtur igitur mihi Velleius reſpexiſſe ad certamina eloquentiæ, quæ tum temporis in uſu erant apud Græcos, & ad coronam, quæ victoribus dabatur. Vide Paſchal. de Coronis lib. v. cap. 12. Interlocutores, qui diu fuerant in Græcia, non ignorabant hæc certamina, quæ etiam Romæ, ſaltem intra privatos parietes, incipiebant celebrari, ut patet è Suetonii Auguſto cap. LXXXIX. & Horat. lib. II. ep. 2. vs 93. & ſeq. ubi de victoris corona. Vel tempore Ciceronis igitur ea conſuetudo Romæ fuit nota, ut te docebit Voſſius de Imit. cap. XI. vel ſaltem ſufficit, certamine hæc tum in Græcia fuiſſe notiſſima, ad ſenſum hujus loci rectè capiendum. *Bouhier.*

3. *Ad-*

aliquod numen præstantissimæ mentis, quo hæc regantur? quod ni ita esset, quî potuisset assensu omnium dicere Ennius?

> 3 *Adspice hoc sublime candens, quem invocant omnes Jovem;*

illum verò & Jovem, & dominatorem rerum, & omnia [b] nutu regentem, &, ut idem Ennius, b motu *MS.*

> —— *patrem divûmque hominumque,*

& præsentem ac præpotentem deum. Quod qui [c] dubitet, haud sanè intelligo; cur non idem, sol sit, an nullus sit, dubitare possit. c dubitat *alii.*

5 [d] Quid enim est hoc illo evidentius? quod nisi cognitum comprehensumque animis haberemus, non tam stabilis opinio permaneret, nec confirmaretur diuturnitate temporis, nec unà cum sæculis ætatibusque hominum [e] inveterare potuisset. Etenim videmus, ceteras opiniones fictas atque vanas diuturnitate extabuisse. Quis enim hippocentaurum fuisse aut chimæram putat? quæve anus tam excors inveniri potest, quæ illa, quæ quondam credebantur apud inferos portenta, extimescat? opinionum enim commenta delet dies: naturæ judicia confirmat. Itaque & in nostro populo, & in ceteris, deorum cultus religionumque sanctitates exsistunt in dies majores atque meliores. d Qui *conj. Lamb. Davis.* Quid enim? *Bouhier.* e inveterascere *conj. Lamb.* P. XXVII.

6 Idque evenit non temerè, nec casu, sed quòd præsentiam sæpe divi suam declarant: ut & 4 apud Regillum bello Latinorum, cùm A. Postumius dictator cum Octavio Mamilio Tusculano prœlio dimicaret, in nostra acie

3. *Adspice hoc Sublime candens.*] Sic scripti fuerunt hoc loco versus Jambici ab Ennio, sic debuerunt hæc edi, *adspice hoc Sublime candens, quem invocant omneis &c.* ut *adspice hoc* pertineat ad versum superiorem, sitque ejus pars postrema. *Sublime candens &c.* versus erit integer senarius. Sed credibilius est, scriptos fuisse Trochaicos. Quare nihil mutandum censeo. *Lambin.*

4. *Apud Regillum.*] Memoratur à Dionysio Halicarnas. lib. VI. Plutarcho in Coriol. Val. libro primo, capite de Miraculis, & à minorum gentium & recentioribus aliquot scriptoribus. Quia verò Livius, omnium fide dignissimus, hujus non meminit, vix huic miraculo fidem habeo. Reliquit exiguum aliquod hujus vestigium, nempe quòd Dictator Castori & Polluci ædem voverit. Lacus Regillus est in agro Tuscul. ad Algydæ sylvæ ingressum. Unde Posthumius Dictator Regillensis dictus fuit. Hæc longius prosequitur Cotta lib. III. hisce respondens. *Betuleius.*

5. P.

acie Castor & Pollux ex equis pugnare visi sunt
recentiore memoria iidem Tyndaridæ Persen vi
nuntiaverunt. 5 P. enim Vatienus, avus hujus a
scentis, cùm è præfectura Reatina Romam ve
noctu duo [6] juvenes cum equis albis dixissent, R
Persen illo die captum, senatui nuntiavit, & pr
quasi temerè de republica locutus, in carcerem
ctus est: post, à Paullo litteris allatis, cùm ider
constitisset; & agro à senatu & vacatione donat
Atque etiam cùm ad fluvium Sagram Crotoniatas

5. *P. enim Vatienus.*] *Vatinius* est in veteribus libris, &
gendum cùm hic, tum apud Valerium Maximum lib. VII
8. & Lactantium lib. II. cap. 8. itaque in Fastis
emendatione & ex verbis, quæ sequuntur, *Avus hujus a*
tis, addendum erit P. N. ut integra inscriptio sit, P. VA
P. F. P. N. *Ursin.*

6. *Juvenes cum equis albis.*] Eliens. unus, *Juvenes cum*
albis. utramque nimirum lectionem conjunxit librarius
quædam exemplaria legerent, *juvenes cum equis*; alia vero
nes in equis albis. At ratio posterior Latinè scribentium m
gis convenit. Florus I, II. *Duos in candidis equis Castore*
Pollucem nemo dubitarit. Idem IV. II, 48. *Hi venire in equis*
tur. Frontinus Stratag. lib. I. cap. XI, 8. *Oblata specie duorum*
juvenum animos suorum erexit. Equos autem candidos D
mortuis assignavit antiquitas, quia vivi talibus uterentur. (
Met. VIII. 372.

At gemini nondum cœlestia sidera fratres,
Ambo conspicui nive candidioribus alba
Vectabantur equis.

Quapropter apud Lucianum Tom. I. pag. 236. Ed. Amst.
ἑκατέρῳ λευκὸς tribuitur. Hinc eos λευκοπώλους vocat Pi
Pyth. A. 127. & λευκίππους Euripides Helen. ỳs. 646. Ad
Polyænum Stratag. lib. II. cap. XXXI. 4. *Davisius.* *Juven*
equis albis.] Davisius legendum censet, *in equis albis.* Locis
allatis adde Val. Max. I. 8. ubi de eodem prodigio loqu
cit: *Existimavit duos juvenes albis equis insidentes, obvios sib*
nunciare, &c. & Lactant. Instit. II. 7. Verum ab alia pa
potest opponi Florus, qui eandem rem narrat lib. II. cap.
verbis: *Duo juvenes, candidis equis, apud Juturnæ lacum pu*
& cruorem abluebant. Hi nunciavere. Loci isti docent rem
quam fortè ut fabulosam omisit Livius lib. XLV. cap. I. va
antiquis historicis esse narratam. Alii dicebant, Vatinium
juvenes istos duos in equis, & eos secutus est Valerius Ma
alii autem è contrariò narrabant, Vatinium vidisse eos ad Ju
lacum se abluentes, equis candidis prope stantibus; cum
Cicero & Florus faciunt. Itaque *cum equis albis* non est
dum. *Boubier.*

maximo prœlio deviciſſent, eo ipſo die auditam eſſe eam pugnam ludis Olympiæ, memoriæ proditum eſt. Sæpe Faunorum voces exauditæ, ſæpe viſæ formæ deorum, quemvis, non aut hebetem aut impium, deos præſentes eſſe confiteri coegerunt.

III. PRÆDICTIONES verò & præſenſiones rerum futurarum quid aliud declarant, niſi hominibus ea, quæ ſint, oſtendi, monſtrari, portendi, [f] prædici? ex quo illa oſtenta, monſtra, portenta, prodigia dicuntur. Quòd ſi ea ficta credimus licentiâ fabularum, Mopſum, Tireſiam, Amphiaraum, Calchantem, Helenum; quos tamen augures ne ipſæ quidem fabulæ aſciviſſent, ſi res omnino repudiarent: [7] ne domeſticis quidem exemplis docti numen deorum comprobabimus? [8] nihil nos P. Clau-

[f] prodici? alii.

7. *Ne domeſticis quidem exemplis.*] Critici de hoc loco nihil monuerunt. Puto tamen eum ſicco pede non eſſe prætereundum, quum, ut quidem nunc eſt, Balbus quædam ſe non digna dicit. Si nos, inquit, fidem non habemus iis, quæ nobis in fabulis narrantur de Mopſo, Tireſia, &c. exempla domeſtica, quæ habemus de deorum potentia, nos non tangent. Conſequentia ſanè haud proba eſt; & præterea, ſi exempla iſta non tangerent, quare ea proponit? Interim ex iſtis vocibus, *Ne domeſticis quidem exemplis docti numen Deorum comprobabimus*, commodè alius ſenſus elici non poteſt. Præterea interrogandi nota, quam omnes editiones poſt hæc verba habent, nullo modo ibi locum tueri poteſt; & quid, quæſo, magis ingratum eſt, quàm adeo prope juncta legere, *ne ipſa quidem*, & *ne domeſticis quidem?* Omnia autem rectè ſe habebunt, ſi leges *na*, & diſtinguas totum locum ita: *Quod ſi ea ficta credimus licentiâ fabularum, Mopſum, Tireſiam, Amphiaraum, Calchantem, Helenum (quos tamen augures ne ipſa quidem fabula aſciviſſent, ſi res omnino repudiarent) na domeſticis quidem exemplis docti numen Deorum comprobabimus.* Puto etiam legendum, *ſi rem*, pro *ſi res*, non enim niſi de divinandi arte ſermo eſt. *Bouhier.*

8. *Nihil nos Pub. Claudii.*] Exempla iſta & oratoria ſunt, & probabilia magis quàm hiſtorica. Citantur diligentius à Cicerone quàm ab hiſtoricis referuntur. Cic. vel ut Augur in medium profert illa, vel decorum ſervat perſonæ Stoicæ: ſicut etiam in libris de Divinatione. Sed quia ſunt diſidæmoneſtera, refelluntur ab illis Theologis, qui ex profeſſo adverſus gentiles gentilitiis illis temporibus ſcripſerunt, ut Tertullianus, Arnobius, Lactantius & Auguſtinus, qui magno inſectandi ſtudio quæque (ut in contentionibus fieri ſolet) captarunt, quæ ad elevandum ſimulacrorum cultum facere videbantur. Horum, inquam, ſcripta in his exemplis explicandis non citabimus, ne vel ſacra prophanis miſcere videamur: vel quia his apud Lactantium, ubi magis idoneum locum habebant, uſi ſumus, niſi fortaſſe ſive lectio diverſa, ſive loci

Claudii, bello Punico primo, temeritas movebit, qui etiam per jocum deos irridens, cùm cavea liberati pulli non pascerentur, mergi eos in aquam jussit; ut biberent, quoniam esse nollent. qui risus, classe devicta, multas ipsi lacrymas, magnam populo Romano cladem attulit. Quid? collega ejus Junius eodem bello nonne tempestate classem amisit, cùm auspiciis non paruisset?

P. B.

8 [9] Itaque [g] P. Claudius à populo condemnatus est: Junius necem sibi ipse [h] conscivit. C. Flaminium Cælius religione neglecta cecidisse apud Thrasimenum scribit cum magno reipublicæ vulnere. Quorum exitio intelligi potest, eorum imperiis rempublicam amplificatam, qui religionibus paruissent. Et, si conferre volumus nostra cum externis, ceteris rebus aut pares, aut etiam inferiores reperiemur: religione, id est, cultu deorum, multo superiores.

g *in multis non est* P.
h concivit *Lamb.*

9 An Attii Navii lituus ille, quo [10] ad investigandum suem

loci explicatio nos aliud monuerit. Videamus exemplum Appii, cujus etiam in I. & II. de Divinatione meminit, & Valerius lib. I. capite de Auspiciis. Abbreviator Livianus Epit. 19. Flor. lib. I. cap. 2. Eutropius lib. II. Sed inter hos solus Cicero & Valerius istius blasphemiæ mentionem faciunt. Atqui, ô Cicero, Polybius, quem tu bonum autorem nominare soles, hoc auspicium ne verbulo quidem attingit: sicut nec Orosius, qui lib. I. cap. 10. historiam hanc repetit. *Betuleius.*

9. *Itaque Claudius à populo condemnatus est.*] Ecce tibi narrationem rei gestæ, cujus veritas haud facilè detegi potest. Cicero inquit Claudium judicio pop. R. fuisse condemnatum, & repetit illud lib. II. de Divin. cap. 33. neque dubium est, quin sciverit verum. Valerius tamen Maximus, qui eum fuerat secutus lib. I. 4, 3. narrat in sequentibus lib. VIII. I, 4. rem omnino aliter, quasi Claudius condemnatus non fuisset. Livii liber XIX. in quo tota hæc res narrabatur, injuriâ temporis periit; & Polybius, qui proximè istis temporibus vixit, non satis apertè rem narravit, lib. I. pag. 53. *Διὸ καὶ μετὰ ταῦτα μεγάλαις ζημίαις καὶ κινδύνοις κριθεὶς περιέπεσεν.* Id est, Casaubono interprete, *Unde postea habito de eo*, Claudio, *judicio, graviter multatus est, ac pericula magna adiit.* Ut ut hæc inter se contraria videntur, credo tamen ea posse conciliari, si statuamus in comitiis centuriatis, lege non perlata, eum absolutum fuisse, sed postea in tributis comitiis eum pecuniæ condemnatum, atque ita *μεγάλαις ζημίαις* Polybii recte intelligatur. *Bouhier.*

10. *Ad investigandum suem regiones vineæ terminavit.*] Si ita scripsit Tullius, humani aliquid hic passus est; non enim ad *suem* investigandam, sed, inventâ ad *uvam*, quæ maxima esset, reperiendam vineæ regiones terminavit Navius. Vide Nostrum de Div.

suem regiones vineæ terminavit, contemnendus est? crederem, nisi ejus augurio [11] rex Hostilius maxima bella gessisset. Sed negligentiâ nobilitatis, [i] augurii disciplina omissâ, veritas auspiciorum spreta est, species tantùm retenta. Itaque maximæ reipublicæ partes, in his bella, quibus reipublicæ salus continetur, nullis auspiciis administrantur; [12] nulla peremnia servantur, [13] nulla ex acuminibus; nulli viri vocantur, ex quo in pro-

i augurio-rum *Lamb.* augurum *alii.*

Div. I. 17. & Dionysium Halicarnasseum III. 70. Eliens. unus habet, *Suam religione vinea.* Legi possit, *ad investigandam uvam regiones vinea terminavit.* Hæc certe mutatio, licet minima sit, omni culpa Ciceronem liberat; forte tamen summum illum virum fefellit memoria. *Davis.* *Ad investigandum suem &c.*] Rectè quidem Davisius legit, *ad investigandam uvam*, verum quomodo ferendum est, Ciceroni ἄκυρον illud adscribi, quasi Attium Navium posuisset sub Tullo Hostilio, postquam dixerat, eum adhuc puerum fuisse sub Tarquiniorum primo? Hæc & alia plurima faciunt ut credam vitium aliquod latere. Forsan Cicero scripsit, *Rex posterius maxima bella gessisset.* Balbus sermone instituto ad tales viros, qui æque regem istum noverant ac ipse, neglexit forsan addere regis istius nomen, & scribæ ignorantes putaverunt, se egregium facinus edere invehendo nomen istud, ut quidem illis videbatur, omissum. Legi etiam possit *hostibus*, pro *Hostilius.* dicitur enim *bellum hostibus gerere* æque ac facere. Prior conjectura tamen mihi potissimum placet, licet utraque videatur præferenda lectioni vulgatæ, & alterutra adhibenda, donec aut mea lectio MSctis. erit firmata, aut sanior ex iis eruta. *Bouhier.*

11. *Rex Hostilius.*] Manifestus est Ciceronis error, vel lapsus potius memoriæ, quales tantis viris securis obrepere solent. Nam ipse in loco jam citato, Tarquinii Prisci, Quinti Rom. regis, non Tulli Hostilii tertii, Augurem eum facit, communi omnium, qui exstant, historicorum testimonio. Ex quibus potissimum citabimus Dionys. lib. III. Plin. lib. I. Valerium libro primo, capite de Auspiciis, Florum lib. I. cap. 5. *Betuleius.*

12. *Nulla peremnia servantur.*] Auspicia peremnia, ut ex Festo intelligere licet, erant, cùm magistratus in campum euntes Petroniam amnem auspicatò transibant. Festus in Peremne: *Peremne dicitur auspicari: qui amnem aut aquam, qua ex sacro oritur, auspicatò transit.* Idem in Petronia: *Petronia amnis est in Tiberim profluens, quam magistratus auspicatò transeunt, cùm in campo quid agere volunt. quod genus auspicii peremne vocatur.* amnem autem antiqui fœmininè enuntiabant. *Lambin.*

13. *Nulla ex acuminibus.*] Arnob. lib. II. adv. Gentes: *Numquid servatis de cælo, aut otiosas facitis obnuntiationibus actiones? cum pacatis bella, signum monstratis ex arce? aut fetialia jura tractatis? per clarigationem repetitis res captas? aut Martium discrimen obeuntes, quem prælii præsumitis, & ex acuminibus auspicatis?* M. Tull. lib. II. de Div. *Itaque nec omnes transeunt auspicatò, nec tripudio auspi-*

procinctu testamenta perierunt. Tum enim bella gerere
10 nostri duces incipiunt, cùm auspicia posuerunt. At verò apud majores tanta religionis vis fuit, ut quidam imperatores etiam seipsos diis immortalibus capite velato [14] verbis certis pro republica [k] devoverent. Multa ex Sibyllinis vaticinationibus, multa ex haruspicum responsis [15] commemorare possumus, quibus ea confirmentur; quæ dubia nemini debent esse.

k devoverint *Lamb.*

P. XXVIII. IV. ATQUI & nostrorum augurum, & Etruscorum,
11 & haruspicum disciplinam [16] P. Scipione, C. Figulo consulibus res ipsa probavit. [17] quos cùm Ti. Gracchus consul

spicantur, nam ex acuminibus quidem, quod totum auspicium militare est. Lambin.

14. *Verbis certis devoverent.*] Lambinus intrusit, *verbis conceptis*: sed violenter; hoc est, præter mss. nostros omnes, præter rationem; ut dudum indicavit columen antiquæ jurisprudentiæ libro I. de Formulis Brissonius. ceterum P. habet, *devotarent*; non ineptè. nam & sic quoque fermè Palat. quintus, nempe *denotarent*. Gruter.

15. *Commemorare possumus.*] MS. Buslidian. editt. Victorii & Hervagii, *possum*. ut infra cap. 47. & 49 & 52. *Gronov.*

16. *P. Scipione, C. Figulo consulibus.*] Ita Cicero fuisset locutus, si dicere voluerat, id accidisse in consulatu Scipionis & Figuli, verùm loquitur de comitiis consularibus in consulatu Gracchi secundo, ubi illi designati fuerunt. Miror neminem vidisse legendum: *In P. Scipione & C. Figulo consulibus res ipsa probavit.* Significat enim, eventum in Scipione & Figulo confirmavisse id, quod augures & haruspices fote prædixerant, quum ii designabantur. *In* absorpsit litera ultima vocis præcedentis, ut sexcentis locis fuit factum. *Bouhier.*

17. *Quos cùm tibi Gracchus consul iterum recrearet.*] Reg. & Eliens. uterque repræsentant, *Gracchus consules iterum recrearet*; quod plane falsum est: non enim antea consulatum inierant. Haud melior est lectio vulgata; nam ex ea non liquet, cui muneri eos destinaret Gracchus, præterquam quod recreatio actus iterationem denotat. Erat quidem Gracchus tunc temporis secundùm consul; sed eos non potuit *recreare*, quia jam primùm creabantur. Edit. Manut. habet, *quos cum Tiberius consul iterùm crearet*. Et collatis inter se variis hisce lectionibus nihil melius occurrit quàm si rescribamus, *quos cum Tiberius consules, consul iterùm, crearet*. Excidit, ut opinor, vox illa, quod ei cum sequente tanta fuerit similitudo. *Davis.* Licet adsentiar Davisio, quód adtinet ad *recrearet*, non facio tamen cum eo legendo: *Consules consul iterum crearet*. An satis non est Ciceronem antea dixisse *Consulibus*, quò manifestè refertur *quos?* Legamus igitur: *Quos cum T. Gracchus, consul iterum, crearet*. In sequentibus si legas *rogatorum*, aut *rogator*, nihil interest. Sensus dubius esse non potest propter verbum *retulit*. Bouhier.

18. *Pri-*

ſul iterum recrearet, [18] primus rogatorum, ut eos retulit, ibidem eſt repentè mortuus. Gracchus cùm comitia nihilominus peregiſſet, remque illam in religionem populo veniſſe ſentiret, ad ſenatum retulit. ſenatus, quos ad ſoleret, referendum cenſuit. haruſpices introducti reſponderunt, non fuiſſe juſtum comitiorum rogatorem.
11 Tum Gracchus, ut è patre audiebam, incenſus irâ, Itane vero? ego non juſtus, qui & conſul rogavi, & augur, & auſpicatò? an vos Tuſci ac barbari auſpiciorum populi Romani jus tenetis, & interpretes eſſe comitiorum poteſtis? itaque tum illos exire juſſit. Poſt autem ex provincia litteras ad collegium miſit, ſe, [19] cùm legeret libros, recordatum eſſe vitio ſibi [20] tabernaculum captum fuiſſe [l] in hortos Scipionis, quòd,

l *in deeſt in MSS.* in hortis *Lamb.*

18. *Primus rogatorum, ut eos retulit.*] *Rogator* habet liber manuſcriptus. *Urſin.*

19. *Cum legeret libros.*] Ita Romani ob reverentiam vocabant libros ſacros & Pontificios. Ad Attic. IX. ep. 11. *Nos autem in libris habemus, non modo conſules a prætoribus, ſed ne prætores quidem creari jus eſſe.* Valerius Maximus lib. I. 1, 3. de eadem Gracchi actione loquens eos libros appellat, *libros ad ſacra populi pertinentes.* Sed mirum eſt, Plutarchum in Marcello pag. 300. libros iſtos militares vocare, niſi ibi pro στρατιωματικοῖς ὑπομνήμασι legendum ſit Γράκχου μαντικοῖς ὑπομνήμασι, quomodo libri augurales à Græcis vocantur. *Bouhier.*

20. *Tabernaculum captum fuiſſe hortos Scipionis &c.*] Gellius lib. XIII. cap. 14. *Pomœrium*, inquit, *eſt locus intra agrum effatum, pone muros, regionibus certis determinatus, qui facit finem urbani auſpicii.* Et Servius ad Æneid. VI. vs. 197. dicit etiam: *Ager poſt mœnia* (ita legendum eſt pro *poſt pomœria*) *ubi captabantur auguria, dicebatur effatus.* Eo loco, ut patet è dictis & è Varrone lib. IV. L. L. Conſul debebat capere auſpicia, nec licebat illi ulterius progredi. Inde patet, id non potuiſſe fieri in hortis Scipionis, qui certè ibi non erant, quum locus iſte relinqueretur ſemper incultus. Inde palam eſt, voces iſtas, *hortos Scipionis*, Ciceronis non eſſe. Manutius pro iſtis in MSſtis. reperit *haruſpectionis*, quod non de nihilo eſt, licet hic non conveniat. Quid ſi inde formaretur *aviſpectionis*, aut *aviſpicionis?* Egregie certè iſta vox huc veniret. Non nego vocem iſtam alibi non reperiri; verùm quot voces reperiuntur apud Varronem & alios Grammaticos, quas fruſtra apud alios quæres? Quis, abſque illis ſi eſſet, noviſſet locutiones augurales, *avem ſpecere*, *ſpectionem habere*, *templum facere conſpicione*, & ſexcentas alias? Satis eſt, vocem iſtiuſmodi eſſe analogicè formatam. *Aviſpectio* aut *aviſpicio* ſunt æquè analogicè formatæ ac *ſpectio* & *conſpicio*. Ita *tabernaculum capere aviſpectionis* eſt, *ſedere in templo auſpicii*, in loco Varronis allato, & καθίζεσθαι in'

quòd, cùm pomœrium posteà intrasset, habendi senatûs causâ, in redeundo, cùm idem pomœrium transiret, [21] auspicari esset oblitus: itaque vitio creatos consules esse. [22] Augures rem ad senatum: senatus, ut abdicarent: consules abdicaverunt. Quæ quærimus exempla majora? vir sapientissimus, atque haud scio an omnium præstantissimus, peccatum suum, quod celari posset, confiteri maluit quàm hærere in republica religionem: consules summum imperium statim deponere quàm id tenere punctum temporis contra religionem. Magna augurum auctoritas.

12 [m] Quid haruspicum ars, nonne divina? hæc innumerabilia ex eodem genere qui videat, nonne cogatur confiteri deos esse? quorum enim interpretes sunt, eos ipsos esse certè necesse est. Deorum autem interpretes sunt: deos igitur esse fateamur. At fortasse non omnia eveniunt, quæ prædicta sunt. [23] Ne ægri quidem, quia non omnes convalescunt, idcircò ars nulla medicina est. Signa ostenduntur à diis rerum futurarum. In his si qui erraverunt, non deorum natura, sed hominum conjectura

m Quid? *Lamb.*

P. B.

ἐπ' ὄρνισι apud Plutarchum, ubi tamen, ut hoc in transitu moneam, legendum est: Καθεζόμενος ἔξω πόλεως εἰς οἶκον, &c. aut ἔχων οἶκον, ut MSS. habent, & H. Stephanus conjicit. *Bouhier.*

21. *Auspicari esset oblitus.*] Contrarium illud videtur verbis Plutarchi, qui dicit Gracchum in eo non rectè fecisse, quod idem subiisset tabernaculum ad repetenda auspicia, postquam inde semel in urbem fuerat regressus. Cicero igitur possit videri voluisse dicere *ritè auspicari.* Bouhier.

22. *Augures rem ad Senatum: Senatus, ut abdicarent: consules abdicarunt.*] Libri nostri plura huc accumulant è glossa: solùm secund. adhuc detraxit vocem *Senatus.* & verò abesse poterat. *Gruter.*

23. *Ne ægri quidem omnes convalescunt. idcirco ars nulla medicina est?*] Sic legendum; nam vulgata, à qua non discrepat antiqua, ferri non potest: *Ne ægri quidem quia non omnes convalescunt, idcirco ars nulla medicina est.* Credibile est, ab aliquo semidocto adjectas esse has duas voculas, *quia non*, propter vocem *idcirco*, quæ sequitur. Liceret tamen, si pluribus conjecturis locus esset, ita legere: *Ergo quia non omnes ægri convalescunt, idcirco ars nulla medicina est?* Lambin. *Ne ægri quidem, &c.*] Locus iste, ut videtur, nihil difficultatis habet. Construendus est hoc modo: *Ne quidem, quia non omnes ægri convalescunt, idcirco, &c.* Eleganter istum ordinem Cicero mutavit; & miror id negotium facessisse viris eruditis. *Bouhier.*

24. Ite-

ctura peccavit. [24] Itaque inter omnes omnium gentium sententia constat. omnibus enim innatum est & in animo quasi insculptum, esse deos.

V. QUALES sint varium est: esse nemo negat. 13
Cleanthes quidem noster quattuor de causis dixit in animis hominum informatas deorum esse notiones. Primam posuit eam, de qua modò dixi, quæ orta esset ex præsensione rerum futurarum: alteram, quam ceperimus [25] ex magnitudine commodorum, quæ percipiuntur cæli temperatione, fœcunditate terrarum aliarumque commoditatum complurium copiâ.

Tertiam, quæ terreret animos fulminibus, tempe- 14
statibus, nimbis, nivibus, grandinibus, vastitate, pestilentia, terræ motibus, & sæpe fremitibus lapideisque imbribus & guttis imbrium quasi cruentis, tum [n] lapidibus, aut repentinis terrarum hiatibus: tum, præter naturam, hominum pecudumque portentis: tum facibus visis cælestibus: tum stellis iis, quas Græci cometas, [26] nostri cincinnatas vocant: quæ nuper bello Octaviano magnarum fuerunt calamitatum prænuntiæ: tum sole geminato, quod, ut è patre audivi, [27] Tuditano

n *Gul.* lapsibus *aut* labibus.

24. *Itaque inter omnes omnium gent. &c.*] Locus suspectus sua sponte. augent suspicionem libri veteres, qui sic habent: *Itaque inter omnes omnium gentium summa constat.* quæ scriptura nihilò est planior aut certior quàm vulgata. Putabam, has voces, *sententia* & *summa*, esse alienas: pro *summa* reponendum *homines*; ut ita legatur: *Itaque inter omnes omnium gentium homines constat*; videlicet esse Deos. *Lambin.* *Inter omnes omnium sententia constat.*] Ita Aldus senior aliique multi. nam Camerariana, *summa constat.* quomodo & Palat. secund. & P. & Wouwerian. nam tertius habebat, *scientia constat.* Victorius controversam hanc vocem omninò omisit. nec habet sanè quod ibi agat. *summa* tamen potius ei convenerit quàm *sententia.* Gruter. In Cantabrig. erat, *summa consensione constat.* Gronov.

25. *Ex magnitudine commodorum.*] Huc numerat Plutar. deos ὠφελοῦντας, Jovem, Junonem, Mercurium, Cererem. His alii alios etiam adjiciunt, Bacchum & alios. Quidam etiam solem ipsum, & lunam, & sidera, quæ in primo numero Plutar. ponit. *Betuleius.*

26. *Nostri crinitas vocant.*] Alii, *cicinnitas.* Etsi enim Græca est vox τῶν κικίννων, ut Theocrito οὐ μαλλοῖς οὐδὲ κικίννοις, tamen Latini ut sua usi fuere, unde & priscum Quintii nomen factum, ut Cicinnatus diceretur. *Camer.*

27. *Tuditano & Aquillio Coss.*] Vetus liber, *M. Tuditano & Ap.*

tano & Aquillio consulibus, evenerat: quo quidem anno P. Africanus sol alter exstinctus est. quibus exterriti homines vim quandam esse cælestem & divinam suspicati sunt.

15 Quartam causam esse, eamque vel maximam, æquabilitatem motûs, [28] conversionem cæli: solis, lunæ siderumque omnium [29] distinctionem, [o] utilitatem, pulcritudinem, ordinem: quarum rerum adspectus ipse satis indicaret, non esse ea fortuita. Ut si quis in domum aliquam, aut in gymnasium, aut in forum venerit, cùm videat omnium rerum rationem, modum, disciplinam, non possit ea sine causa fieri judicare, sed esse aliquem intelligat, qui præsit, & cui pareatur: multo magis in tantis motionibus tantisque vicissitudinibus, tam multarum rerum atque tantarum ordinibus, in quibus nihil umquam immensa & infinita vetustas [p] mentita sit, statuat necesse est, ab aliqua mente tantos naturæ motus gubernari.

P. XXIX.

o varietatem *alii.*

p mutaverit *Walker* *malè.*

16 VI. CHRYSIPPUS quidem, quamquam est acerrimo ingenio, tamen ea dicit, ut ab ipsa natura didicisse, non

Claudio Coss. sed hujus lectionis veritas ex historia petenda est. *Ursin.*

28. *Conversionem.*] Revolutionem Marsus interpretatur, nec male. Sic enim recentiores astronomi nominant, quæ à Græcis astronomis, & ab Aristotele maximè, κινήσεις appellantur, quæ fiunt à dextra in sinistram, id est, ab ortu in occasum, non siderum magis quàm orbium. Hoc modo etiam infrà, de Posidonii sphæra disserens, planetarum ambitus hoc nomine nominat: & meliores interpretes Ciceronem secuti sic transtulerunt. Nominatur ista conversio quandoque etiam generaliore voce φορὰ, nonnunquam περιστροφή. Item περιστρέφεσθαι verbum, unde conversionis vox deducta est, aliquoties pro τοῦ κινεῖσθαι usurpatur. Cleomedes etiam hinc providentiæ divinæ argumentum haurit: Ὁ τοίνυν οὐρανὸς κύκλῳ εἱλούμενος ὑπὲρ τὸν ἀέρα καὶ τὴν γῆν, καὶ ταύτην τὴν κίνησιν προνοητικὴν οὖσαν ἐπὶ σωτηρίᾳ καὶ διαμονῇ τῶν ὅλων ποιούμενος, ἀναγκαίως καὶ πάντα τὰ ἐμπεριεχόμενα αὐτῷ τῶν ἄστρων περιάγει, &c. Porrò observabis, quòd apud Plutarch. Stoici solem, lunam, stellas θέοντας, hoc est, ut Budæus vertit, *perenni cursu irrequietas*, ἀπὸ τοῦ θέειν, id est, currendo, θεοὺς dictos asserunt. *Betuleius.*

29. *Distinctionem, veritatem, pulcritudinem, ordinem.*] Ex iis, quæ sequuntur, manifestum est, *varietatem* potius hîc esse legendum quàm, ut antea, *utilitatem*; ut illa ratio omittatur, quod de utilitate, quâ homines adducti deos agnoscunt, non in quarta causa, sed in secunda mentionem facit. *P. Manut.*

30. Ma-

non ut ipſe reperiſſe videatur. Si enim, inquit, eſt aliquid in rerum natura, quod hominis mens, quod ratio, quod vis, quod poteſtas humana efficere non poſſit: eſt certè id, quod illud efficit, homine melius. Atqui res cæleſtes, omneſque eæ, quarum eſt ordo ſempiternus, ab homine confici non poſſunt. eſt igitur id, quo illa conficiuntur, homine melius. Id autem quid potiùs dixeris quàm deum? etenim ſi dii non ſunt, quid eſſe poteſt in rerum natura homine melius? in eo enim ſolo ratio eſt, quâ nihil poteſt eſſe præſtantius. Eſſe autem hominem, qui nihil in omni mundo melius eſſe quàm ſe putet, deſipientis arrogantiæ eſt. Ergo eſt aliquid melius.

Eſt igitur profectò deus. An verò, ſi domum ma- 17
gnam pulcramque videris, non poſſis adduci, ut, etiam ſi dominum non videas, [30] muribus illam & muſtelis ædificatam putes: tantum verò ornatum mundi, tantam varietatem pulcritudinemque rerum cæleſtium, tantam vim & magnitudinem maris atque terrarum, ſi tuum ac non deorum immortalium domicilium putes, nonne planè deſipere videare? An ne hoc quidem intelligimus, omnia ſupera eſſe meliora? terram autem eſſe infimam, quam craſſiſſimus q circumfundat aër? ut ob eam ipſam cauſam, quod etiam quibusdam regionibus atque urbibus contingere videmus, hebetiora ut ſint hominum ingenia propter cæli pleniorem naturam, hoc idem generi humano evenerit, quòd in terra, hoc eſt, in craſſiſſima regione mundi, collocati ſint.

P. B.

q circumdat *Daviſ.*

Et tamen ex ipſa hominum ſollertia eſſe aliquàm men- 18
tem, & eam quidem acriorem & divinam, exiſtimare debemus. Unde enim hanc homo arripuit? ut ait [31] apud Xenophontem Socrates. Quin & humorem, & ca-

30. *Muribus eam & muſtelis.*] Ita Pall. & Victorii editio. aliæ, *muſtellis.* quod placuit Gulielmio, capitque pro *monſtris ſpectriſque portentoſis:* unde Plauti *Moſtellaria.* at ego acceperim pro animalculis in domibus oberrantibus. *Gruter.*

31. *Apud Xenophontem Socrates.*] Marſus dicit in commentariis hæc eſſe. Sic opinor τὰ ἀπομνημονεύματα nominat, τῶν ὑπομνημάτων fortaſſis nomine admonitus. In eorum enim 1. lib. Socrates præclarè de providentia Dei diſſerit, eamque à mentis humanæ præſtantia per analogiæ argumentum Ariſtodemus non in-

calorem, qui est fusus in corpore, & terrenam ip viscerum soliditatem, animum denique illum spirabi si quis quaerat unde habemus, apparet: quòd aliu terra sumpsimus, aliud ab humore, aliud ab igne, a ab aëre eo, quem r spiritu ducimus.

r spiritum dicimus multa edd.

VII. Illud autem, quod vincit haec omnia, tionem dico, &, si placet, pluribus verbis, ment consilium, cogitationem, prudentiam, ubi invenim unde sustulimus? an cetera mundus habebit omnia, unum, quod s plurimi est, non habebit? atqui nihil omnium rerum melius est mundo, nihil prae lius, nihil pulcrius: nec solùm nihil est, sed ne tari quidem quidquam melius potest. t Et, si rat & sapientia nihil est melius, necesse est haec ines eo, quod optimum esse concedimus.

s plurimum MSS.

t nec Grut.

19 Quid vero? v tanta rerum consentiens, conspi continuata cognatio, quem non coget ea, quae d tur à me, comprobare? 32 possetne uno tempore re, deinde vicissim horrere terra? aut tot rebu se, immutantibus, solis accessus x discessusque sol brumisque cognosci? aut aestus maritimi fretorum angustiae 33 ortu aut obitu lunae commoveri? aut

v alii notam interr. ponunt post cognatio.

P. XXX.

x recessusque alii.

infeliciter probat. Adscribam ea verba, ad quae potissimum ceronem (si modò non locus mutilus est) respexisse arbitror ἀγαθὲ, ἔφη, κατάμαθε ὅτι καὶ ὁ σὸς νοῦς ἐνὼν, τὸ σὸν σ ὅπως βούλεται, μεταχειρίζεται. οἴεσθαι οὖν χρὴ τὴν ἐν π φρόνησιν τὰ πάντα, ὅπως ἂν αὐτῇ ἡδὺ ᾖ, οὕτω τίθεσθαι quid certius occurret, dicemus in III. ubi Cotta Balbo ad ha spondebit. *Betuleius.*

32. *Possetne uno tempore, deinde vicissim horrere terra?*] Vi mihi ubique, quoties à Cicerone adhibetur *uno tempore*, signi *eodem tempore*. Sic or. pro Cluent. cap. 9. *Illa quum uno te audisset sibi non solum filium, sed etiam exsequiarum munus er* Epist. Fam. lib. IV. ep. 15. *Uno tempore tot viri clari interi* Libri Ciceronis sunt pleni istiusmodi exemplis; verùm uno stremo illo loco non dicitur ea significatione, quare credid à Cicerone esse scriptum, *verno tempore*. Modus scribendi v priorem per contractionem sine dubio errori isti ansam pra *Bouhier.*

33. *Ortu aut obitu Lunae commoveri.*] Quid? an non etiam lunâ fiunt aestus maritimi? Immo, an non XXIV. horarum s mare bis attollitur & bis deprimitur? Haec igitur lectio minim detur toleranda; sed opem fert optimus Eliens. qui dat, *ort obitu lunae contineri.* Ac ita reponendum; illi enim verbo re vel gubernandi inest potestas; ut ostendêre M. Gudius &

totius cæli conversione cursus astrorum dispares conservari? hæc ita fieri omnibus inter se concinentibus mundi partibus profectò non possent, nisi ea y uno divino & continuato spiritu continerentur.

y uno & div. *Davis.*

Atque hæc cùm uberius disputantur & fusiùs, ut mihi est in animo facere, faciliùs effugiunt Academicorum calumniam. cùm autem, ut Zeno solebat, breviùs angustiusque concluduntur: tum apertiora sunt ad reprehendendum. Nam ut profluens amnis aut vix aut nullo modo; conclusa autem aqua facilè corrumpitur, sic orationis flumine reprehensoris vitia diluuntur: angustia autem conclusæ orationis non facile seipsa tutatur. hæc enim, quæ dilatantur à nobis, Zeno sic premebat. 20

VIII. QUOD ratione utitur, id melius est quàm id, quod ratione non utitur. Nihil autem mundo melius. ratione igitur mundus utitur. Similiter effici potest, sapientem esse mundum: similiter, beatum: similiter, æternum. Omnia enim hæc meliora sunt quàm ea, quæ sunt his carentia: nec mundo quidquam melius: ex quo efficitur, esse mundum deum. Idemque hoc modo: Nullius sensu carentis pars aliqua potest esse sentiens. 21

Mundi autem partes sentientes sunt. non igitur caret sensu mundus. Pergit idem & urget angustiùs: Nihil, in- 22

Schefferus ad Phædri lib. II. Prol. ℣. 1. Idem igitur vult Noster, quod sic extulit de Div. II. 14. *Quid de fretis aut de marinis æstibus plura dicam? quorum accessus & recessus lunæ motu gubernantur.* Ea sane fuit multorum veterum sententia. Sext. Empiricus adv. Mathem. pag. 323. Κατὰ γὰρ τὰς Σελήνης αὐξήσεις καὶ φθίσεις ——— ἀμπώτεις τε καὶ πλημμυρίδες περί τινα μέλη (leg. μέρη) τῆς θαλάσσης γίνονται. Philostratus Vit. Apollon. lib. v. cap. 2. Ἃ περὶ τὴν Σελήνην φασὶ φαίνεσθαι τικτομένην τε καὶ πληρουμένην καὶ φθίνουσαν, ταῦτα περὶ τὸν Ὠκεανὸν εἶδα· τὰ γὰρ ἐκείνης ἄνεισι μέτρα, ξυμμινύθων αὐτῇ καὶ ξυμπληρούμενος. Vide Senecam de Provid. cap. 1. & Macrob. in Somn. Scip. 1. 6. *Davis.* Davisius *commoveri* mutat in *moveri*, quod in unico MSto reperitur; verùm etiamsi legeretur in omnibus aliis, non crederem admittendum. Loca ab eo prolata ostendunt tantum, interdum *continere* esse positum pro coërcere, sed non pro gubernare. Ceterùm verbum illud, quod Cicero adhibuit, significat eandem rem. Quid enim gubernandum est in æstu & recessu maris præter motum aquarum? Porro *ortus Lunæ* significat totum tempus lunæ crescentis, & *obitus* tempus lunæ decrescentis; quam rem Davisius non magis animadvertit quàm Lescaloperius. *Bouhier.*

 34. *Ti-*

inquit, quod animi quodque rationis est expers, id generare ex se potest animantem compotemque rationis. Mundus autem generat animantes compotesque rationis. animans est igitur mundus composque rationis. Idemque similitudine, ut sæpe solet, rationem conclusit hoc modo: Si ex oliva modulatè canentes tibiæ nascerentur: num dubitares, quin inesset in oliva [34] tibicinis quædam scientia? [z] Quid, si platani fidiculas ferrent numerosè sonantes? idem scilicet censeres, in platanis inesse musicam. Cur igitur mundus non animans sapiensque judicetur, cùm ex se procreet animantes atque sapientes?

P. B.

z *alii* Quod si *sine interrog.*

23 IX. SED QUONIAM cœpi secus agere, atque initio dixeram: negaram enim hanc primam partem egere oratione, quod esset omnibus perspicuum, deos esse: tamen id ipsum rationibus physicis confirmari volo. sic enim res se habet, ut omnia, quæ alantur & crescant, contineant in se vim caloris: sine qua neque ali possent, neque crescere. Nam omne, quod est calidum & igneum, cietur & agitur motu suo. quod autem alitur & crescit, motu quodam utitur certo & æquabili: qui quamdiu remanet in nobis, tamdiu sensus & vita remanet; refrigerato autem & exstincto calore occidimus ipsi & exstinguimur.

24 [a] Quod quidem Cleanthes his etiam argumentis docet, quanta vis insit caloris in omni corpore. negat enim ullum esse cibum tam gravem, quin is die & nocte concoquatur: cujus etiam in reliquiis inest calor iis, quas natura respuerit. Jam verò venæ & arteriæ micare non desinunt, quasi quodam igneo motu: animadversumque sæpe est, cùm cor animantis alicujus [35] evulsum, ita mobiliter palpitaret, ut imitaretur igneam celeritatem. Omne igitur, quod vivit, sive animal, sive terrâ editum, id vivit propter inclusum in eo calorem. Ex

a Et quidem *alii.*

34. *Tibicinis quædam scientia.*] Video ab Victorio editum *tibicini*, nec aliter inveni in membrana Buslidiana. Et vereor, ne sit melius ac genuinum. Ut enim mox ait, *inesse musicam*, sic nunc videtur artem ipsam expressisse, ut dicta ab eo fuerit, *tibicini scientia*, pro tibicinii, more scribendi noto, ut in fine major literæ forma poneretur pro geminatione. *Gronov.*

35. *Evulsum.*] *Evolsum* est in vetustissimo libro, & ita legit Quinctilianus. *Ursin.*

Ex quo intelligi debet, eam caloris naturam, vim habere in se vitalem per omnem mundum pertinentem.

Atque id faciliùs cernemus, toto genere hoc igneo, 25 quod [b] tranat omnia, subtiliùs explicato. [36] Omnes igitur partes mundi (tangam autem maximas) calore fultæ sustinentur. quod primùm in terrena natura perspici potest. Nam & lapidum conflictu [c] atque tritu elici ignem videmus: & recenti fossione

P. XXXI.

b trameat *conj. Lamb.*

c ac contritu *conj. Lamb.*

— terram fumare calentem;

atque etiam ex puteis jugibus aquam calidam trahi, & id maximè hibernis fieri temporibus, quòd magna vis, terræ cavernis, contineatur caloris: [37] eaque hieme sit densior: ob eamque causam calorem insitum in terris contineat arctiùs.

X. LONGA est oratio multæque rationes, quibus 26 doceri possit, omnia, quæ terra concipiat, semina, quæque ipsa ex se generata stirpibus infixa contineat, ea temperatione caloris & oriri, & augescere. Atque aquæ etiam

36. *Omnes igitur partes mundi tangam, quæ maximo calore fultæ sust.*] Ven. recte ita, *omnes igitur partes mundi (tangam autem maximas) cal. sust.* placet, & quod mox non *Ictu*, sed *Tritu*, in illis scribitur. Conflictus enim lapidum ictum significat. Itemque verum videtur quod sequitur, *Primum ipse liquor aquæ declarat effusa.* non ut nostri habent libri, *Tamen aquæ declarat effusio.* quid enim ille liquor est, aut quid declarat singulare? sed movit fortasse aliquem, ut, *tum*, adderet, & locum mutaret, quod, *primum* poni solum non oportere crederet. quod solere tamen supra etiam ostendimus. *Camer.* Manutiorum editiones & Lambinus habent, *Omnes igitur partes mundi tangam, quæ maximo calore &c.* & ita legendum est; *partes mundi* enim sunt elementa, quorum nullum Cicero omittit, & deinde concludit, *cùm omnes mundi partes sustineantur calore.* Bouhier.

37. *Eaque hieme sit densior, ob eamque causam calorem insitum in terris contineat arctius.*] Pronomen ad *terram* dubio procul est referendum. Quod si sit, qualis quæso erit hæc locutio, *Terra calorem insitum in terris contineat arctius?* Animi sui sensa sic bardus aliquis efferat, non Cicero. Aut igitur reponendum, *calorem insitum intra se contineat arctius*; aut, quod malim, voces *in terris* sunt prorsus expungendæ. De re ipsa agit Lucret. lib. VI. pag. 827. *Davis.* Pro *in terris*, non *intra se* legerem, sed *interius*, quod referendum est ad *insitum*, & servit distinctioni ignis interioris terræ, & ignis istius, qui est supra terram. Ita cap. seq. Cicero distinguit inter ignem internum maris & ignem, qui aliunde advenit. *Bouhier.*

 38. Pri-

etiam admiſtum eſſe calorem [38] primùm ipſe liq
tum aquæ declarat effuſio : quæ neque conglaciar
d in nive *Bouhier.* goribus , neque [d] nive pruinaque concreſceret
eadem ſe admiſto calore liquefacta & dilapſa diffi
ret. Itaque & aquilonibus reliquiſque frigoribu
jectis dureſcit humor: & idem viciſſim [39] mollit
pefactus & tabeſcit calore. Atque etiam maria
ta ventis ita tepeſcunt, ut intelligi facilè poſſit , ir
tis illis humoribus incluſum eſſe calorem. nec eni
externus & adventicius habendus eſt tepor, ſed
timis maris partibus agitatione excitatus : quod
quoque corporibus contingit , cùm motu atque
citatione recaleſcunt. Ipſe verò aër , qui natu
maximè frigidus, minimè eſt expers caloris.

27 [40] Ille verò & multo quidem calore admiſtus eſt
enim oritur ex reſpiratione aquarum. earum enim
F. B. ſi vapor quidam aër habendus eſt. Is autem exiſti
tu ejus caloris, qui aquis continetur. Quam ſimil
nem cernere poſſumus in iis aquis, [41] quæ efferve

38. *Primùm ipſe liquor , tum aqua declarat effuſio.*] Lectio fracta. nam ſic ſolùm inveni in Pal. tert. ſecundus quippe , *aqua declarat , effuſioque.* pr. *liquor aqua declarat effuſio.* Vi editi: *liquor aqua declarat effuſa.* Gruter. Palam patet ſatis nuere codices ab Tullio veniſſe , *liquor aqua declarat & fuſio* interveniat vocula *tum* , ſive abſit , ut abeſt etiam a Buſli fuſioni apte convenit ſequens *diffundere*, non effuſioni. *Gron*

39. *Mollitur tepefactus & tabeſcit calore.*] Crediderim , *ta* poſſe ſignificare amolliri; verùm ſi eo ſenſu debet accipi , C hoc loco repetit , quod modo dixerat , *mollitur tepefactus* , repetitio eo eſſet indigna. Veroſimile eſt igitur , illum ſcrip *rareſcit calore* , nam loquens de omnibus operationibus calo. aquam , rarefactio non fuit omittenda. *Bouhier.*

40. *Ille vero multo quidem calore admiſtus eſt.*] An patienter ſumus legere, tres iſtas phraſes ſe invicem excipientes , qu prima incipit per *ipſe vero* , altera per *ille vero* , tertia pe *enim?* Ego ſane non crediderim, Ciceronem ita negligenter ſe, & propterea librariis iſtam negligentiam adſcribo , & *ille vero* , quòd totum locum deformat ; nam dubitandum quin locus ſe habeat melior hoc modo : *Ipſe vero aër , qui n eſt maxime frigidus , maximè eſt expers caloris , & multo quiden lore admiſtus eſt.* Idem.

41. *Quæ aneis efferveſcunt ſubditis ignibus.*] Ita legitur in m ſcripto, cum in vulgatis deſit vox *aneis* , quæ tamen poteſt alicujus ſcholium. *Urſin.* *Quæ efferveſcunt ſubditis ignibus.*] V. rius , *ſubitis* ; & ita quoque Pal. pr. ac ſec. ſed ii quoque *fervej*

Gr

habitis ignibus. Jam verò reliqua quarta pars mundi, ea & ipsa tota naturâ fervida est, & ceteris naturis omnibus salutarem impertit & vitalem calorem.

Ex quo concluditur, cùm omnes mundi partes sustineantur calore, mundum etiam ipsum simili parique natura in tanta diuturnitate servari: eoque magis, quòd intelligi debet, calidum illud atque igneum ita in omni fusum esse natura, ut in eo insit procreandi vis & causa gignendi, à quo & animantia omnia, & ea, quorum stirpes terrâ continentur, & nasci sit necesse, & augescere. 28

XI. NATURA est igitur, quæ [e] contineat mundum omnem, eumque [f] tueatur, & ea quidem non sine sensu atque ratione. omnem enim naturam necesse est, quæ non solitaria sit, neque simplex, sed cum alio juncta atque connexa, habere aliquem in se principatum, ut in homine mentem, in belua quiddam simile mentis, unde oriantur rerum appetitus. In arborum autem & earum rerum, quæ gignuntur è terra, radicibus inesse principatus putatur. Principatum autem id dico, quod Græci ἡγεμονικὸν vocant: quo nihil in quoque genere nec potest nec debet esse præstantius. Itaque necesse est, illud etiam, in quo sit totius naturæ principatus, esse omnium optimum, omniumque rerum potestate dominatuque dignissimum. 29

[e] continet MS.
[f] tuetur id. MS.

Videmus autem, in partibus mundi (nihil est enim in omni mundo, quod non pars universi sit) inesse sensum & rationem. In ea parte igitur, in qua mundi inest principatus, hæc inesse necesse est, & acriora quidem atque majora. Quocirca sapientem esse mundum necesse est: naturamque eam, quæ res omnes complexa teneat, perfectione rationis excellere, eoque deum esse mundum, omnemque vim mundi naturâ divinâ contineri. [42] Atque etiam mundi ille fervor [43] purior, perlu- 30

P. XXXII.

Gruter. Itaque quod habent MSS. restitui, quia cogebat ratio; subitos enim vocat nostros quotidianos, & opponit illis æternis, & æthereis, & naturalibus. *Gronov.*

42. *Atque etiam mundi ille fervor, &c.*] Totus hic locus languet, deficiente verbo *est*, quod ibi est necessarium, & cui tamen locus certus adsignari non potest. Possis legere, donec è MSS. certum aliquid proferatur, *atque est etiam &c.* Verbum *est* sæpe à librariis fuit omissum, quod multis possit ostendi. *Bouhier.*

43. Pu-

lucidior mobiliorque multo: ob easque causas aptior ad sensus commovendos quàm hic noster calor; quo hæc, quæ nota nobis sunt, retinentur & vigent.

31 Absurdum igitur est dicere, cùm homines bestiæque hoc calore teneantur, & propterea moveantur ac sentiant, mundum esse sine sensu; qui integro, & puro, & libero, eodemque acerrimo & mobilissimo ardore teneatur. præsertim cùm is ardor, g qui est mundi, non agitatus ab alio, neque externo pulsu, sed per se ipse ac sua sponte moveatur. Nam quid potest esse mundo valentius, quod pellat atque moveat calorem eum, quo ille teneatur?

g qui est mundi *glossa vid. Bouhierio.*

32 XII. AUDIAMUS enim Platonem, quasi quendam deum philosophorum: 44 cui duo placet esse motus, unum

43. *Purior, perlucidior.*] Λαμπρότατον ἰδεῖν τε καὶ κάλλιστον. Plato in Timæo. Hoc autem dicit Balbus non respectu ætheris superioris, sed inferioris aëris spissi. Nam apud Homerum etiam Pluto sortitus est aërem, quem poëta ideo ζόφον ἠερόεντα (ut Plutarchus exponit) vocat, quod lumen proprium non habet, sed à sole, luna & reliquis astris lumen mutuatur. αἰθὴρ autem καθαρότητα significat, quem poëtæ etiam reliqui secuti pro igne accipiunt. in qua sententia etiam Anaxagoras non mala Aristotelis pace fuit. *Betuleius.*

44 *Cui duo placet esse motus.*] Non admisissem hanc scripturam, ob sui insolentiam, quamvis repertam in P. & Pal. pr. ac sec. nisi eam nobis exhibuisset ante annos sexaginta Petrus Victorius. & verò cur necesse est accommodare nos nostra pueris, & non potius pueris sua veteribus? *Gruter. Cui duos placet esse motus.*] Locus Platonis est libro de Legibus x. ubi hospes Atheniensis ex motu Deos probare nititur, & disputationem de anima urget: Ἔστω τοίνυν ἡ μὲν ἕτερα δυναμένη κινεῖν κίνησις, ἑαυτὴν δὲ ἀδυνατοῦσα αἰεὶ μία τις. ἡ δ᾽ ἑαυτήν τ᾽ αἰεὶ καὶ ἕτερα δυναμένη, κατά τε συγκρίσεις, ἔν τε διακρίσεσιν, αὔξαις τε καὶ τῷ ἐναντίῳ καὶ γενέσεσι καὶ φθοραῖς, ἄλλη μία τις αὐτῶν πασῶν κινήσεων. Cicero quoque de Universitate ex Platonis Timæo docet, Deum divinis duo genera motuum dedisse: de quibus consule utrumque. Inibi motum αὐτοκίνητον describit his verbis: Τῶν δ᾽ αὖ κινήσεων ἡ ἐν αὑτῷ ὑφ᾽ ἑαυτοῦ ἀρίστη κίνησις. μάλιστα γὰρ τῇ διανοητικῇ τοῦ παντὸς κινήσει ξυγγενής. Macrob lib. II. de Som. Scipionis, cap. 13. non dissimilia ex eodem Platone in medium profert. Sed capite sequenti Aristoteles contra Platonem ostendere conatur, animam à se moveri non posse. De quo videndus etiam Plutarchus est lib. IV. Placit. cap. 9. Ceterùm quæstionem περὶ τοῦ αὐτοκινήτου καὶ ἑτεροκινήτου, prosequitur Aristoteles lib. Physic. VIII. & ibidem Jacobus Scheggius, Aristotelicæ philosophiæ professor doctissimus. *Betuleius.*

45. Qua

num suum, alterum [h] externum: esse autem divinius, quod ipsum ex se sua sponte moveatur quàm quod pulsu agitetur alieno. Hunc autem motum in solis animis esse ponit, ab hisque principium motûs esse ductum putat. Quapropter, quoniam ex mundi ardore motus omnis oritur, is autem ardor non alieno impulsu, sed sua sponte movetur: animus sit necesse est. Ex quo efficitur, animantem esse mundum. Atque ex hoc quoque intelligi poterit, in eo inesse intelligentiam, quòd certè est mundus melior quàm ulla natura. Ut enim nulla pars corporis nostri est, [45] quæ non sit minor quàm nosmetipsi sumus: sic mundum universum pluris esse necesse est quàm partem aliquam universi. Quod si ita est, sapiens sit mundus necesse est. nam ni ita esset, hominem, qui est mundi pars, quoniam rationis est particeps, pluris esse quàm mundum omnem oporteret.

h alienum conj. Lamb.

P. B.

33 Atque etiam si à primis inchoatisque naturis ad ultimas perfectasque volumus procedere, ad deorum naturam perveniamus necesse est. Primò enim animadvertimus, à natura sustineri ea, quæ gignuntur è terra, quibus natura nihil tribuit amplius quàm ut ea alendo atque augendo tueretur. 34 Bestiis autem sensum & motum dedit, & cum quodam appetitu accessum ad res salutares, à pestiferis recessum: homini hoc amplius, quòd addidit rationem, quâ regerentur animi appetitus, qui [46] tum remitterentur, tum continerentur.

XIII.

45. *Qua non sit minor.*] *Minoris* vetus liber, quod placet: sequitur enim: *Sic mundum universum pluris esse necesse est.* Ursin.

46. *Tum remitterentur, tum continerentur.*] Cur pristinam conjecturam deseruerit Lambinus equidem nescio; non enim videtur incommoda, licet potius legerim, *tum remitterentur, tum intenderentur.* Seneca Epist. 21. *Hoc nec remitti, nec intendi posse, non magis quàm regulam, quâ rectum probari solet.* Plinius lib. VII. ep. 9. *Nam mirum est, ut his opusculis animus intendatur remittaturque.* Sic etiam Græci. Clemens Alex. Pædag. lib. 1. cap. 8. Πῆ μὲν ἐπιτείνοντος αὐτοῦ (τοῦ Λόγου) πῆ δὲ ἀνιέντος. Eâdem usus metaphorâ, quâ Tullius ἐπιτείνειν καὶ ἀνιέναι τὰ πάθη dixit Jamblichus Vit. Pyth. §. CCXXIV. *Davis.* Interpretes videntur hæc animi causa de viâ aberravisse Manutius credidit, *contineri* significare crescere, quod mirum est potuisse scribi ab homine ita docto. Lambinus *remittere* accipit pro indulgere cupiditatibus suis, & eum Lescaloperius & Davisius secuti sunt. verùm an cogitandum est, illum esse effectum rationis nostræ? & si ponamus, discipulum aliquem Epicuri

XIII. QUARTUS autem gradus & altissim... eorum, qui naturâ boni sapientesque gignuntur: q... bus à principio innascitur ratio recta constansque, q... supra hominem putanda est deoque tribuenda, id e... mundo: in quo necesse est perfectam illam atque a...
35 solutam inesse rationem. Neque enim dici potest, i... ulla rerum institutione non esse aliquid extremum a... que perfectum. Ut enim in vite, ut in pecude (ni... quæ vis obstitit) videmus naturam suo quodam itine... ad ultimum pervenire; atque ut pictura & fabrica, ceteræque artes habent quendam absoluti operis eff... ctum: sic in omni natura, ac multo etiam magis, nece... est absolvi aliquid ac perfici. Etenim ceteris natu... multa externa, quo minùs perficiantur, possunt obsti... re: universam autem naturam nulla res potest impe... re; propterea 47 quòd omnes naturas ipsa cohibet continet. Quocirca necesse est esse quartum illum altissimum gradum, quò nulla vis possit [i] accedere.

i accidere *alii.*

36 Is autem est gradus, in quo rerum omnium nat...
P. XXXIII. ponitur: quæ quoniam talis est, ut præsit omnibus, eam nulla res possit impedire; necesse est, intellig... tem esse mundum, & quidem etiam sapientem. Q... autem est inscitius quàm eam naturam, quæ om... res sit complexa, non optimam dici: aut, cùm sit ptim...

curi ita potuisse loqui, an ita Stoicus tam severus, quàm ... Baldus, posset loqui? Præterea Lambin. & Davis. mutant *co... nerentur* in *contenderentur*, aut in *intenderentur*, quasi vox, q... volunt loco movere, hic non conveniret. Interim Cicero T... Quæst. IV, 9. fere eodem modo dixit: *Sic aversa à præscriptione ... tionis, ut nullo modo appetitiones animi nec regi, nec contineri qu... quemadmodum igitur temperantia sedat appetitiones &c.* Locus magnam lucem affert huic nostro loco. ratio secundum Sto... erat data homini ad domandum ejus affectus, si erant mali, ad moderandum eos, qui videbantur boni. Posterius id int... git Balbus per *remitterentur*, & vox ista est ibi maximè prop... quòd multis exemplis potest demonstrari. *Bouhier.*

47. *Quod omnes naturas cohibet & continet.*] Omnium natura... nomine fortassis intelligit omnes animantes & omnes form... πάντα ζῶα καὶ πάντα σχήματα. Sic enim Cicero de Univ... tate ex Timæo colligit, τὸ σφαιροειδὲς, formam videlicet omn... absolutissimam. Plutar. lib. primo Placit. capite quinto, Pl... ni respondet, mundum consummatum non esse, neque e... omnia continere, alioquin hominem quoque consummatum oportere. *Betuleius.*

ma, non primùm animantem esse, deinde rationis & nsilii compotem, postremò sapientem? quî enim test aliter esse optima? neque enim, si stirpium si-lis sit, aut etiam bestiarum, optima putanda sit po-us quàm deterrima: nec verò, si rationis particeps, nec sit tamen à principio sapiens, non sit deterior undi [k] potiùs quàm humana conditio. homo enim piens fieri potest: mundus autem, si in æterno præ-riti temporis spatio fuit insipiens, numquam profectò pientiam consequetur. ita erit homine deterior. Quod oniam absurdum est, & sapiens à principio mundus deus habendus est. Neque enim est quidquam aliud, 37 ræter mundum, cui nihil absit: quodque undique ptum atque perfectum expletumque sit omnibus suis umeris & partibus.

k potius deest in MS.

XIV. SCITE enim Chrysippus, ut clypei causa, ivolucrum; vaginam autem, gladii: sic, præter mun-um, cetera omnia aliorum causâ esse generata, ut as fruges atque fructus, quos terra gignit, animan-um causâ; animantes autem, hominum; ut equum, ehendi causâ; arandi, bovem; venandi & custodien-i, canem. Ipse autem homo ortus est ad mundum ontemplandum & imitandum, nullo modo perfectus, d est quædam particula perfecti.

Sed mundus, quoniam omnia complexus est, nec 38
st quidquam, quod non insit in eo, perfectus undique st. [l] Quid igitur potest ei deesse, quod est optimum? ihil autem est mente & ratione melius. ergo hæc nundo deesse non possunt. Bene igitur idem Chrysip-us, qui, similitudines adjungens, omnia in perfectis & naturis docet esset meliora, ut in equo quàm in [m] equulo; in cane quàm in catulo; in viro quàm in uero: item, quod in omni mundo optimum sit, id i perfecto aliquo atque absoluto esse debere. Est au-em nihil mundo perfectius: nihil virtute melius. igi- 39
ur mundi est propria virtus. Nec verò hominis natura erfecta est: & efficitur tamen in homine virtus. quan-o igitur in mundo faciliùs? est ergo in eo virtus. sa-iens est igitur; & propterea deus.

l Quî igit. conj. Gron. P. B.

m eculeo MSS. & alii.

XV. ATQUE hac mundi divinitate perfecta, [48] tri-buenda

48. *Tribuenda est sideribus eadem divinitas.*] Hoc dogma Stoicis est

biliss. buenda est sideribus eadem divinitas: quæ ex
tit. hissima purissimaque ætheris parte gignuntur ;
ulla præterea sunt admista naturâ, totaque sur
atque perlucida: ut ea quoque rectissimè & ar
esse, & sentire atque intelligere dicantur. A
quidem tota esse ignea duorum sensuum tes
confirmari 49 Cleanthes putat, tactus & oc
Nam solis candor illustrior quàm ullus ignis,

est antiquius. Pythagoram siquidem agnoscit, vel F
Trismegistum, Platone vetustiorem, qui solem Deum
præstantissimum nominat. De Pythagora Laërt. Ἥλιόν
λήνην, καὶ τοὺς ἄλλους ἀστέρας εἶναι θεούς. Rationem
illis nimirum excellere calorem, qui sit vitæ autor.
huic Platonicorum ratio est, qui θεὸν ἀπὸ τοῦ θεῖν dedu
est, à motu celerrimo, & ob id calidissimo quoque. N
derivationem sequitur Cratylus etiam Platonicus. Pl
(si hujus doctrinam requiris) in Epinomide, sideribus θ
tribuit καὶ φρόνιμον. Atque rursus in eadem, ea tanq
hymnis esse celebranda, aut tanquam simulacra deorum
esse habenda dicit, Ἢ γὰρ θεοὺς αὐτοὺς ταῦτα ὑμνητέ
τα, ἢ θεῶν εἰκόνας ὡς ἀγάλματα ὑπολαβεῖν γεγονέναι θ
ἐργαζομένων. In Timæo verò θεῖα ζῶα nominat. Hinc
quoque apud Ciceronem de Repub. stellas divinis men
matas dicit. Platonem sequuti sunt etiam Stoici, quor
Epiphanius refert his verbis: Μερίζουσι δὲ οἱ αὐτοὶ τὴν
τητα εἰς πολλὰς μερικὰς οὐσίας, εἰς ἥλιον καὶ σελήνην
εἰς ψυχὴν καὶ ἀέρα, καὶ τ' ἄλλα, &c. Sed ante Stoic
Stoicis etiam Anaximander & Alcmæon, de quibus su
ctum est. Menander de Epicharmi sententia, August
prete:

Epicharmus esse dixit hos quidem deos,
Ventos, solem, terram atque ignem, stellas, a

Hyginus, teste Macrobio, volucres illis immolandas ce
versus ista lege Lactant. lib. II. cap. 5. *Betuleius.*

49. *Cleanthes.*] Apud Epiphanium, δαδοῦχον ἔφασκε
ἥλιον. Apud Laërtium ex Stoicorum sententia εἰλικρινὲ
pellatur, id est, *ignis purus, liquidus, sincerus.* Placit
phorum vide apud Plutarchum, lib. II. cap. 20. Galen.
de Historia Philosophica. His poëtæ quoque subscribere
dum solis equis ignifera indiderunt nomina, Pyrois,
Phlegon, excepto Eoo, qui ab aurora suum nomen hal
theta solis hoc idem monent. Pindaro alio loco ἀγ
αἴθων dicitur: quæ si jungas, constituent tibi definitio
riori planè similem. ζαμενὴς item, id est, *ardens*, eidem
πυρίβρομος, ab ignis crepitu Theodecti, citante Strab
μων, ubi nigroris Æthiopici causam reddit. Quin Dion
que Afer Æthiopum planiciem μαλεροῖσι κεκαυμένην ἠελί
id est, *ferventibus adustam solibus.* Virgilio, poëtarum I

i immenso mundo tam longè latéque colluceat : & ejus tactus est, [50] non ut tepefaciat solùm, sed etiam pe comburat. Quorum neutrum faceret, nisi esset neus. Ergo, inquit, cùm sol igneus sit, Oceanique atur humoribus, quia nullus ignis sine pastu aliquo pos- t permanere: necesse est; aut ei similis sit igni, quem hibemus ad usum atque ad victum; aut ei, qui cor- oribus animantium continetur.

Atque hic noster ignis, quem usus vitæ requirit, con- 41
ctor est & consumptor omnium, idemque, quo- umque invasit, cuncta disturbat ac dissipat. Contrà le corporeus, vitalis & salutaris omnia conservat, lit, auget, sustinet sensuque afficit. Negat ergo esse P. XXXIV
ubium, horum ignium sol utri similis sit, cùm is quo- ue efficiat, ut omnia floreant & in suo quæque ge- ere pubescant. Quare cùm solis ignis similis eorum gnium sit; qui sunt in corporibus animantium: solem uoque animantem esse oportet, & quidem reliqua astra, [51] quæ oriantur in ardore cælesti, qui æther, vel ælum nominatur.

Cùm igitur [o] aliorum animantium ortus in terra sit, 42
liorum in aqua, in aëre aliorum: absurdum esse Ari- o aliarum
toteli videtur, in ea parte, quæ sit ad gignenda ani- alii
malia aptissima, animal gigni nullum putare. Sidera utem æthereum locum obtinent: qui quoniam tenuis- imus est, & semper agitatur & viget: necesse est, quod

principi in Æglogis *ardens*, in Georg. *igneus*, in Iride *flammifer* licitur, & in hanc sententiam innumera alia. *Betuleius.*

50. *Non ut tepefaciat solum.*] Sic Pall. omnes. at P. *ut non tep.* quomodo publicavit item Victorius. *Gruterus.* Hoc exiguum anno- atione indicandum censuit Gruterus, quod majus longe est o- mittens; nempe quum in editionibus Victorii paulo ante habeatur, *Nam solis calor & candor*, sequutæ editiones τὰ *calor &* omiserunt apud Hervagium, Lambinum, Gothofredum; & hos sequitur ipse quoque: quum tamen in MS. Buslidiano eadem Victoriana inte- gra repererim, nec obstet quidquam, quominus servari possint, aut credibile sit ab Tullio venisse. Sed & ita in Victorianis con- cipitur, *nam solis calor & candor illustrior quàm ullius ignis.* Gronovius.

51. *Quæ oriantur in ardore cælesti.*] Walker legendum censet, *quia oriantur*, & seq. cap *quia & æthere am mundi partem incolant.* Infra cap. 56. eodem modo censet corrigendum, in his: *Jam gu- status, qui sentire eorum, quibus vescimur, genera deberet &c.* Du- bito, an multos secum sentientes sit reperturus. *Bouhier.*

 52. Est

p idem quoque sensu *alii.* idemque s. *MSS.*

quod animal in eo gignatur, p id & sensu acerrimo, & mobilitate celerrima esse. Quare cùm in aethere astra gignantur, consentaneum est, in iis sensum inesse & intelligentiam. ex quo efficitur, in deorum numero astra esse ducenda.

XVI. ETENIM licet videre acutiora ingenia & ad intelligendum aptiora eorum, qui terras incolant eas, in quibus aër sit purus ac tenuis, quàm illorum, qui
43 utantur crasso caelo atque concreto. Quinetiam cibo, quo utare, interesse aliquid ad mentis aciem putant. Probabile est igitur, praestantem intelligentiam in sideribus esse, quae & aetheream mundi partem incolant, & marinis terrenisque humoribus, longo intervallo extenuatis, alantur. Sensum autem astrorum atque intelligentiam maximè declarat ordo eorum atque constantia. nihil est enim, quod ratione & numero moveri possit sine consilio: in quo nihil est temerarium, nihil varium, nihil fortuitum. Ordo autem siderum, & in

P. B.

omni aeternitate constantia, neque naturam significat, 52 est enim plena rationis, neque fortunam, quae amica varietati constantiam respuit. Sequitur ergo, ut ipsa sua sponte, suo sensu ac divinitate moveantur.

44 Nec verò Aristoteles non laudandus in eo, quòd omnia, quae moventur, aut naturâ moveri censuit, aut vi, aut voluntate: moveri autem solem, & lunam, & sidera omnia: quae autem naturâ moverentur, haec

52. *Est enim plena rationis.*] Videtur legendum, *est enim expers rationis.* hoc enim significat M. Tullius, ex ordine siderum & constantia aequabili & perpetua facile intelligi posse, sidera Deos esse. Nam si quis dicat, eum ordinem eamque constantiam naturâ constare, natura est ἄλογος, id est rationis expers; & opponuntur inter se natura & ratio; cùm dicimus, alia fieri ratione, alia naturâ, alia fortunâ, alia &c. siquis altera ex parte fortunâ fieri contendat, fortuna est inconstans & varia. Cùm igitur sidera tam ordinatè & constanter ab aeternitate moveantur, idque neque naturâ aut fortunâ fieri possit; dii sint necesse est. Manet scrupulus: nam Aristoteles ubique naturam dicit esse ordinatam & definitam, hoc est τεταγμένην & ὡρισμένην, ut fortunam ἄτακτον & ἀόριστον. Respondebimus, ita Aristoteli videri; secus Zenoni: cujus hic rationes explicantur. quamquam ex iis, quae infra dicuntur, intelligere licet, ex Stoicorum sententia, naturam esse vim quandam ordinatam & ratione progredientem; & inferius planè & disertè dicit Cotta, naturam non esse rationis expertem. *Lambin.*

53. Se

ondere deorsum, aut levitate in sublime ferri: ım neutrum astris contingeret, propterea quòd eo- motus in orbem circumque ferretur. Nec verò ›otest vi quadam majore fieri, ut contra naturam moveantur. quæ enim potest major esse? restat ', ut motus astrorum sit voluntarius. quæ qui vi- non indoctè solùm, verùm etiam impiè faciat, ›s esse neget. Nec sanè multum interest, utrùm get, an eos omni procuratione atque actione t. mihi enim, qui nihil agit, esse omnino non ur. Esse igitur deos ita perspicuum est, ut, id qui :, vix eum sanæ mentis existimem.

/II. 53 RESTAT, ut, qualis eorum natura sit, 45 deremus: in quo nihil est difficilius quàm à con- dine oculorum aciem mentis abducere. ea diffi- ; induxit, & vulgò imperitos, & similes philoso- imperitorum; ut, nisi figuris hominum constitu- ııhil possent de diis immortalibus cogitare. Cujus onis levitas confutata à Cotta non desiderat q ora- q ratio- m meam. Sed cùm talem esse deum 54 certa no- nem MS. animi præsentiamus; primùm ut sit animans, le ut in omni natura nihil eo sit præstantius: ad præsensionem notionemque nostram nihil video potiùs accommodem, quàm ut primùm hunc P. XXXV. ipsum

Sanè restat, ut aliquis &c] Deleto adverbio *sanè* lego, , *ut aliquis eorum, &c.* Nam primùm *sanè* hoc loco inane ineptum est. deinde quis non videt, hoc *sanè* esse natum ligentia & oscitatione scriptoris librarii, qui propter illud *ıentis*, quod est supra proximè, huc iterum *sanè* inculcarit? no undecumque natum sit, delendum, ut alienum & super- eum. In uno quidem Cod. ms. lineâ transversâ confossum Eodem plane scriptoris errore in ep. 8. lib. XIII. ad Att. in Turnesiano ms. alioqui emendatiss. scriptum est hoc modo epistolæ: *Planè facturum nihil erat, quod scriberem, &c.* ubi *cturum* inanis & supervacanea est, nata ex fine superioris læ, qui talis est: *Continuò te certiorem esse facturum.* Lambin.

Certa notione animi &c.] Nonnulli ex nostris libb. mss. ha- *certa ratione animi &c.* quàm scripturam, quamvis in locum :æ substituere non ausim, tamen nihilo magis ausim dam- nam sæpe *ratio animi* usurpatur à bonis scriptoribus; ut à tio locis pluribus. exempli gratiâ lib. I. *Nec, ratione animi quisquam possit apisci.* Omnino, ut dixi, nihil hîc muto, vis antiqua scriptura sit probabilis. verumtamen judicet lector tis. *Lambin.*

ipsum mundum, quo nihil fieri excellentius potest,
mantem esse & deum judicem.

46 Hîc quàm volet Epicurus jocetur, homo non ap
mus ad jocandum 55 miniméque respiciens patriam
dicat, se non posse intelligere, qualis sit volubi
rotundus deus: tamen ex hoc, quod ipse etiam pr
numquam me movebit. Placet enim illi esse
quia necesse sit præstantem esse aliquam naturam,
nihil sit melius. Mundo autem certè nihil est me
Nec dubium, quin, quod animans sit, habeatque
sum, & rationem, & mentem, id sit melius quàm
47 quod his careat. Ita efficitur, animantem, sens
mentis, rationis mundum esse compotem. qua ratio
deum esse mundum, concluditur. Sed hæc paullo p
faciliùs cognoscentur ex iis rebus ipsis, quas mu
efficit.

XVIII. 56 INTEREA, Vellei, noli, quæso,
te ferre, nos planè expertes esse doctrinæ. 57 Con

55. *Miniméque resipiens patriam.*] Ita legitur in manuscripto,
respiciens; & ita omnino legendum: est enim *resipere* redole
præ se ferre. *Ursin.* Guilielmius etiam *resipiens* volebat.

56. *Interea, Vellei, noli, queso, præ te ferre, nos plane*
esse doctrinæ. VIII. *Conum tibi ais, & cylindrum, & pyr*
pulchriorem quàm sphæram videri.] Primo legendum, *nos pla*
pertes esse doctrinæ; ita MS. Reg. & Edit. Ven. & Victor.
ni, *Noli, inquit, præ te ferre* (hoc est confiteri, profiteri,
alibi, *præ se ferre & confiteri facinus*) *vos plane expertes*
ctrinæ. Modo, *sed si hæc non videtis, quia nunquam erudit*
lum pulverem attigistis. &, *Itaque nihil potest esse indoctius*
quod à vobis affirmari solet. Cap. 29. *Nam vobis, Vellei,*
tum est, quemadmodum quidque dicatur. Vestra enim solum
vestra amatis: ceteros causa incognita condemnatis. &, *Hominem*
curum) *sine arte, sine litteris, &c.* Nosti vim vocis *doctrinæ*.
mus jam Velleji verba lib. I. cap. 20. *At mihi vel cylindri,*
quadrati, vel coni, vel pyramidis (forma) *videtur esse for*
Totum igitur locum sic legas XVIII. *Interea, Vellei, noli,*
præ te ferre, vos plane expertes esse doctrinæ. Conum tibi ais, v
drum, vel pyramidem pulchriorem quàm sphæram videri.
Recte Walker ostendit, veterem lectionem esse revocandam,
non recte interpretatus est. *Præ se ferre* idem est quod pro
& Cicero eodem modo usurpat, ut de Orat. lib. III, 59.
quæ præ se motum animi fert, omnes movet. Non dubium est
quin hic eodem modo sit intelligendum. *Bouhier.*

57. *Conum tibi ais & cylindrum.*] Hæc responsio non Epi
ipsum, vel Epicureos in universum attingit, sed Vellejum
tim. Non negant mundum rotundum esse posse: sed, quo

ais, & cylindrum, & pyramidem pulcriorem
m sphæram videri. Novum etiam oculorum ju-
m habetis. Sed sint ista pulcriora, dumtaxat
ctu: quod mihi tamen ipsum non videtur;
enim pulcrius eâ figurâ, quæ sola omnes alias
complexa continet, quæque nihil asperitatis ha-
nihil offensionis potest, nihil incisum angulis, ni-
ractibus, nihil eminens, nihil [r] lacunosum? cúm- r laciniosum *edd. vett.*
æ formæ præstantes sint, ex solidis, globus (sic
φαῖραν interpretari placet) ex planis autem, cir-
aut orbis, qui κύκλος Græcè dicitur, his duabus
contingit solis, ut omnes earum partes sint inter
illimæ, à medioque tantum absit extremum,
m idem à summo.
nihil fieri potest aptius. Sed si hæc non videtis, 48
umquam eruditum [58] illum pulverem attigistis: P. B.
oc quidem physici intelligere potuistis, hanc æ-
tem motus [60] constantiamque ordinum in alia
non potuisse servari? Itaque nihil potest esse in-
s quàm quod à vobis affirmari solet. Nec enim
ipsum mundum pro certo rotundum esse dicitis.
posse fieri, ut sit alia figura: innumerabilesque
mun-

runt mundos esse, volunt hoc sibi dari, ut credant alios
os esse, alios aliam posse sortiri formam. De quo in Pla-
utarchi. *Betuleius.*

Illum pulverem.] Mathematica studia pulveris nomine per
ui.. intelligit. Quid enim celebrius est Archimedis pulve-
Hoc ideo moneo, quia video, quosdam pulverem cursorium
elligere. Marsus rectè exposuit: & addit, Epicureos
naticam neglexisse. Nam Polyænum à mathematices stu-
ocare quàm sequi maluit. Et in 1. de Finibus taxatur
Democritus, quòd mathematices studia posthaberet.

Anne hoc quidem phys.] Nostri libb. vett. non habent *an*; &
is scriptum est, *ne hoc quidem physici intellig. pot.* in qua
a hoc præterea animadvertendum est, particulam *quidem*
n esse ante nomen *physici*, quomodo edidimus. nam vulgò
tur, *anne hoc physici quidem intell.* mendose. *Lambin.*

Constantiamque ordinum.] Suspicor Ciceronem scripsisse, *con-
nque & ordinem:* nam semper, puto, ita loquitur de ea re.
ap. 5. *Siderum omnium varietatem, pulchritudinem, ordinem.*
uobus capitibus post: *Cœlestem* (vel *cœlestium*, secundùm
ionem Davisii) *admirabilem ordinem incredibilemque constan-*
Bouhier.

mundos alios aliarum esse formarum. Quæ, si [61] bis bina quot essent, didicisset Epicurus, certè non diceret. Sed dum palato, quid sit optimum judicat, cæli [s] palatum (ut ait Ennius) non suspexit.

s palatium alii.

49 XIX. NAM, cùm duo sint genera siderum: quorum alterum, spatiis immutabilibus ab ortu ad occasum commeans, nullum umquam cursus sui vestigium inflectat: [62] alterum autem continuas conversiones duas iisdem

61. *Bis bina quid essent.*] *Bina* numerum significat, non qualitatem: itaque sic opinor rectius: *Bis bina quod essent*, unâ literâ immutatâ, siquidem *quit*, pro *quid*, veteres scribebant: quæ deinde multorum errorum causa fuit, describentibus libros hominibus imperitis. *P. Manut.*

62. *Alterum autem continua conversione sui iisdem spatiis cursibusque conficiat.*] Ven. *Continuas conversiones duas:* quâ quidem scripturâ verborum congruitas perficitur & absolvitur sensus. sed quas *duas conversiones* dixerit parum liquet. Nam excogitare illam peragrationem parvi circuli, quem ἐπίκυκλον dixere, & hanc facere alteram stellarum conversionem, nimis, ut opinor, τεχνικὸν fuerit: atque haud scio an non sit omnino consentaneum rationi Ciceronis. Si autem existimare voluerimus, varietatem quandam significari motus stellarum ut progressionis & regressionis, refellent nos sequentia, quæ docent intra hunc numerum non contineri: sic enim mox post alia inquit: *Tum abeunt, tum recedunt, tum antecedunt, tum autem subsequuntur, tum celerius moventur, tum tardius, tum ne moventur quidem, sed ad quoddam tempus insistunt.* Verum igitur videtur, *Continuas conversiones suas.* nam contra cœli motum has stellas ad ortum niti deprehensum est. Non autem vago incertoque cursu, aut variis spatiis illæ feruntur: sed eadem perpetuis temporibus obeunt atque servant. Itaque Plato Νόμων. Z. falsò à Græcis errantes appellatas ait. Τὴν αὐτὴν γὰρ, inquit, αὐτῶν ὁδὸν ἕκαστον καὶ οὐ πολλὰς, ἀλλὰ μίαν ἀεὶ κύκλῳ διεξέρχεται, φαίνεται δὲ πολλὰς φερόμενον. Dicit autem peragrationem significari, quæ fit a singulis temporibus statis immutabili definitione. *Camer.* *Continuas conversiones duas.*] *Sui* pro *duas* amicus meus legendum putat. *Ursin.* *Alterum autem continuas conversiones duas.*] Pro *duas* Camerarius legebat, *suas*; Ursinus, quem Davisius sequitur, *sui*; verùm nihil est mutandum. Balbus, postquam locutus erat de stellis fixis, venit ad planetas, quorum notat cursum fere eodem modo ut supra. Addit tantum verba, de quibus agitur, ad exprimendum motus duos diversos & quotidianos cometarum, alterum ab uno Tropico ad alium. Chrysippus in Excerptis Phys. Stobæi pag. 48. de eo motu locutus est hoc modo: Τὰ δὲ πλανώμενα (τέταχθαι) ἀπ᾽ ἄλλοις καὶ ἄλλαις φοραῖς. Cleomedes, Stoicus & Mathematicus, explicat id in Theoria Cyclica lib. 1. cap. 3. Seneca etiam istius rei mentionem fecit in Cons. ad Helv. cap. 6. ubi annotandum est, per *sidera mundum illustrantia* illum nil nisi planetas significare. *Bouhier.*

63. Cir-

dem spatiis cursibusque conficiat: ex utraque re & mundi volubilitas, quæ nisi in globosa forma esse non posset, & stellarum rotundi ambitus cognoscuntur: primusque sol, qui astrorum obtinet principatum, ita movetur, ut cùm terras larga luce compleverit, easdem modò his, modò illis ex partibus opacet. ipsa enim umbra terræ soli officiens noctem efficit: nocturnorum autem spatiorum eadem est æquabilitas, quæ diurnorum: ejusdemque solis tum accessus modici, tum recessus, & frigoris, & caloris modum temperant: [63] circuitus enim solis [64] orbium v. defectibus & LX. & CCC, quarta

63. *Circuitus enim solis orbium V. & L. & CCC.*] Sic legendum esse & ratio & libri omnes mss. in quibus vocis *defectibus*, quæ reperitur in vulg. post V. nullum exstat vestigium, pervincunt. Sententia autem hæc est: Quinque & sexaginta & trecenti circuitus solis circulorum, sex circiter horis additis, conficiunt annuum spatium. Cùm ex auctoritate libb. mss. ita hunc locum hac secunda editione emendassem, admonitus sum à Cl. Puteano, Jurisconsf. sic pridem esse à Jac. Cujacio emendatum, libro de Diversis Temp. Præscriptionibus, sive conjecturâ ducto, sive auctoritate libb. vett. freto. *Lambin.* *Circuitus enim solis orbium V. diebus.*] Ultimam vocem malè prætermittit Lambinus, licet ei faveant nonnulli Codd. sed absurdius multò se gessit Gruterus, qui, Pall. suos secutus, edidit, *V. defectibus*; nam nullus est istiusmodi verbo locus, nec rei, de qua agitur, convenit. Omninò legendum, *V. diebus*, ut recte monuerunt viri eruditiss. P. Manut. & Jo. Clericus; ac ita diserte repræsentant MSS. Eliens. Reg. & Cantab. ut ampliandum non videatur. *Davis.* *Circuitus enim solis orbium V. defectibus & LX. & CCC. quarta fere diei parte addita conversionem faciunt annuam.*] Hoc modo locus hic legitur in editt. antiquis & in quibusdam MSS. quorum auctoritatem Gruterus præfert rationi, ut solet. Alii Codd. habent, *diebus*, pro *defectibus*, quod editiones pleræque, & etiam Davisius, receperunt; verùm ita vox *orbium* abundat; nam si Cicero voluit designare, ut credo, cursum diurnum solis, sufficit dixisse, *circuitus solis*. Ut ut est, non dicendum fuisset, *orbium*, sed *orbis*, ut cap. 9. Timæi sui: *Nox igitur & dies, unum circuitum orbis efficit.* Et paulo post: *Annus: ubi sol suum totum perfecit & peragravit orbem.* Propterea sequor Cujacium, de Diversf. Temp. Descr. cap. 20. & MSS. quæ habent, *solis orbium V. & LX & CCC.* Lambinus vidit multos Codd. ita exhibentes, & Davisius fatetur, ita exhiberi in quibusdam, quos inspexit. Facile patet, *diebus* è glossa marginali in textum irrepsisse. *Bouhier.*

64 *Orbium quinque & LX & CCC. &c.*] Ita quidem Lambinus, neque abit Pal. tert. sed pr. tamen ac sec. vetustate longè priores, interserunt, *orbium* v. *defectibus & LX.* quod & in aliis edd. omnibus; nisi quod loco *defectibus* substituerit *diebus* ex veteri libro P. Manutius. *Gruterus.*

 65. Qui

quarta ferè diei parte addita, conversionem conficiun
annuam: inflectens autem sol cursum tum ad septem
triones, tum ad meridiem, æstates & hiemes efficit
& ea duo tempora, quorum alterum hiemi senescen
adjunctum est, alterum æstati. Ita ex quattuor tempc
P. XXXVI. rum mutationibus, omnium, quæ terrâ marique g
gnuntur, initia causæque ducuntur.

50 Jam solis annuos cursus spatiis menstruis luna cons
quitur: cujus tenuissimum lumen facit proximus accessu
t degress. alii. ad solem, [t] digressus autem longissimus quisque plenissi
mum. Neque solùm ejus species ac forma mutatu
tum crescendo tum defectibus in initia recurrendc
sed etiam regio, [65] quæ tum est aquilonalis, tum austr
lis. In lunæ quoque cursu est & brumæ quædam
solstitii similitudo: multaque ab ea manant & fluun
quibus & animantes alantur augescantque; & pubesca
maturitatemque assequantur, quæ oriuntur è terra.

51 XX. MAXIME verò sunt admirabiles motus earu
quinque stellarum, quæ falsò vocantur errantes. nil
enim errat, quod in omni æternitate conservat pr
gressus & regressus reliquosque motus constantes
ratos. Quod eo est admirabilius in his stellis, quas d

65. *Quæ tum est aquilonalis, tum australis.*] Inveni in cunct
manuscriptis libris, quorum duo erant antiquissimi & mihi val
probati, *aquilenta*, pro *aquilonalis*. Animadverti etiam, Germ
nos, quòd sic fortasse & ipsi in aliquo exemplari legissent, ea
dem vocem in margine sui codicis adnotasse. nec tamen eam
cepi: non enim alibi apud hunc autorem repperi. Sciò recenti
rum plerosque eam usurpasse eruditos viros: ut non temerè eos
fecisse existimandum sit. Cicero *Aquilonius* alibi dixit. Quid
hoc loco constituendum sit nondum planè perspexi. vix puto pos
omnes codices antiquos in eodem errore versari. *Victor.* *Quæ tu
est aquilonaris, tum australis.*] Omnes heic tacent. verùm Pall. r
mium vocaliter clamant habere se, *aquilenta aut australis.* q
concordia profectò temeraria non est. inquirant in eam otiosior
Grut. Quid restat hîc inquirendum; quum habeant codices scrip
quibus sane testor accedere etiam Buslidianum. An vero in bo
tate vocis hæsit Gruterus? Equidem non debuit, quum pericul
istud præstet Varro in scripto περὶ αἱρέσεων. *Tum contra aula aq
lenta apud alta litora oriris, ac nobilis omnibus relucens*, quod in
fragmentum nobis servavit Nonius Marcellus in v. Nobile. M
ror tamen varietatem Gruteri in contextu edentis. *aquilonalis*,
Lambino & Gothofredo, in nota citantis, ut habent Victori
næ. Ego utrumque putavi vile & respuendum, sequens vete
libros. *Gronov.*

66. Ti

cimus, quia tum occultantur, tum rursus aperiuntur, [66] tum abeunt, tum antecedunt, tum subsequuntur, tum celeriùs moventur, tum tardiùs, tum omnino ne moventur quidem, sed ad quoddam tempus insistunt. Quarum ex disparibus motionibus [67] magnum annum mathematici nominaverunt, qui tum efficitur, cùm solis, & lunæ, & quinque errantium [68] ad eandem inter se comparationem confectis omnium spatiis est facta conversio.

[69] Quæ quàm longa sit magna quæstio est: esse verò 52 cer-

66. *Tum abeunt, tum recedunt.*] Emendandum ex antiquo libro, *tum adeunt, tum recedunt.* Ursin.

67. *Magnum annum mathemat.*] Aristoteles, teste Censorino, *maximum* potius quàm *magnum* appellat; cujus anni hyems summa est *Cataclysmos*, quam nostri diluvionem vocant: æstas autem *Ecpyrosis*, quod est mundi incendium. Nam in his alienis temporibus mundus tum exignescere, tum exaquescere videtur. Africanus in Insomnio hunc annum verè vertentem nominavit. de quo consulendus est Macrobius libro II. capite II. Non defuerunt, qui hunc annum mundi annum & Platonis annum appellarunt. *Betuleius.*

68. *Ad eandem inter se comparationem.*] Eliens. unus habet, *compositionem*, quæ quidem lectio videtur amplectenda. Græcè dixeris *εἰς τὸν αὐτὸν συσχηματισμόν*. Vide Sext. Empir. adv. Mathem. pag. 126. C. *Davis.* *Compositionem*, cum Davisio, malo quàm *comparationem*; verùm nescio quare in sequentibus censeat corrigendum: *qui quàm longus sit magna quæstio est. Esse vero certum & definitum necesse est.* Relinquerem potius omnia in fœminino genere, quemadmodum est in omnibus libris, tam impressis quàm mss. Cicero potuit dicere, *longa conversio*, ut in Somn. Scip. cap. V. dixit, *Mundi incitatissima conversione.* Ceterum videtur Servius ad Æn. III. vs. 204. hic aliquid legisse, quod nunc non legitur; nam dicit; *De quo varia & à Metone, & ab Eudoxo, & a Ptolomæo, & ab ipso Tullio. nam in libris de Deorum Nat. tria millia annorum dicit magnum annum tenere.* Si falsus non est Servius, non video, quo loco Cic. id potuerit dixisse, nisi post *necesse est.* Bouhier.

69. *Quæ quàm longa sit magna quæstio est.*] Malim, *qui quàm longus sit — esse vero certum & definitum necesse est*; ut ad *annum magnum* referantur. Hunc autem *solis, lunæ vagarumque quinque stellarum orbes conficiunt, cùm ad idem signum, ubi quondam olim fuerunt, unà referuntur*, ut verbis utar Censorini de Die Nat. cap. XVIII. unde patet, etiam varias de eo fuisse veterum sententias, ac idem ex aliis auctoribus abundè manifestum. Vide Josephum Ant. Jud. I. 4. Ælianum V. H. X. 7. Achillem Tatium Isag. ad Phœn. cap. XVIII. Macrobium in Somn. Scip. II. II. denique Plutarchum de Placit. Philos. II. 32. Licet autem Noster hoc in loco cautè loquatur; tamen definitè prorsus & disertè scripserat in Hor-

certam & definitam necesse est. Nam ea, quæ Saturni stella dicitur, [70] Φαίνωνque à Græcis nominatur, quæ à terra abest plurimùm, XXX. ferè annis cursum suum conficit. in quo cursu multa mirabiliter efficiens,
P. B. tum antecedendo, tum retardando, tum [71] vespertinis temporibus delitiscendo, tum matutinis rursum se aperiendo, nihil immutat sempiternis sæculorum ætatibus, quin eadem iisdem temporibus efficiat. Infra autem hanc propiùs à terra Jovis stella fertur, quæ Φαέθων dicitur: eaque eundem XII. signorum orbem annis XII. conficit, easdemque, quas Saturni stella, efficit in cursu varietates.

53 Huic autem proximum inferiorem orbem tenet Πυρόεις, quæ stella Martis appellatur: eaque IIII. & XX. mensibus, VI. ut opinor, diebus minùs, eundem lustrat orbem, quem duæ superiores. infra hanc autem stella Mercurii est. ea Στίλβων appellatur à Græcis: quæ anno ferè vertente signiferum lustrat orbem, neque à sole longiùs umquam unius signi intervallo discedit, tum antevertens, tum subsequens. Infima est quinque errantium terræque proxima stella Veneris, quæ Φώσφορος Græcè, Lucifer Latinè dicitur, cùm antegreditur solem: cùm subsequitur autem, Hesperos. Ea cursum anno conficit, & latitudinem lustrans signiferi orbis & longitudinem: quod idem faciunt stellæ superiores:

Hortensio: *Is est magnus & verus annus, quo eadem positio cœli siderumque, quæ cùm maximè est, rursum exsistet; isque annus horum, quos vocamus, annorum* XII. M. DCCCLIV. *complectitur.* Exstat apud auctorem de Causis Corrupt. Eloq. cap. 16. Ad idem fragmentum respicit Servius ad Virg. Æn. I. 273. III. 284. quibus ex locis, addito numero centenario, legendum, XII. M. DCCCCLIV. *Davis.*

70. *Φαίνωνque.*] Hæc itaque nomina Platoni debemus, qui disciplinam istam ex Ægypto & Syria (ut est in Epinomide) secum portavit. Hinc, opinor, Cicero ista mutuò sumpsit, hinc Aristoteles in libro de Mundo. Platonica hæc esse Plutarchus confitetur lib. Placit. II. cap. 15. Martianum ista Ciceroni debere nihil dubito. Φαίνοντα, sive φαίνωνα (ut apud Platonem & Martianum legitur) ἀπὸ τοῦ φαίνειν, id est à lucendo, dici, vel pueris manifestum est. *Betuleius.*

71. *Vespertinis temporibus delitiscendo.*] Non potui negligere Victorianum istud, quod exstaret item in P. nec non in Pal. pr. & sec. pro quo alii *delitescendo*. Gruter. Non tamen sic in fine cap. 49. *Gronov.*

72. In

res: neque umquam ab ſole duorum ſignorum intervallo longiùs diſcedit, tum antecedens, tum ſubſequens.

XXI. HANC igitur in ſtellis conſtantiam, hanc tantam 54
tam variis curſibus in omni æternitate convenientiam temporum non poſſum intelligere ſine mente, ratione, conſilio. Quæ cùm in ſideribus ineſſe videamus, non poſſumus ea ipſa non [72] in deorum numero reponere. Nec verò ſtellæ eæ, quæ inerrantes vocantur, non ſignificant eandem mentem atque prudentiam; quarum eſt quotidiana, conveniens conſtansque converſio: [73] nec habent æthereos curſus, neque cælo inhærentes, ut plerique dicunt phyſicæ rationis ignari. non eſt enim ætheris ea natura, ut vi ſua ſtellas com- P.XXXVII.
plexa contorqueat. nam tenuis ac perlucens & æquabili calore ſuffuſus æther non ſatis aptus ad ſtellas continendas videtur.

Habent igitur ſuam ſphæram ſtellæ inerrantes ab æ- 55
therea conjunctione ſecretam & liberam. Earum autem peremnes curſus atque perpetui, cum admirabili incredibilique conſtantia, declarant in his vim & mentem eſſe divinam: ut, hæc ipſa qui non ſentiat deorum vim habere, is nihil omnino ſenſurus eſſe videatur.

Nulla igitur in cælo nec fortuna, nec temeritas, nec 56
erratio, nec vanitas ineſt: contraque omnis ordo, veritas, ratio, conſtantia. quæque his vacant, [v] ementita & falſa, plenaque erroris eunt circum terras, infra lunam; quæ omnium ultima eſt in terrisque verſatur. Cæleſtem ergo admirabilem ordinem incredibi-

v ea mentita *alii*.

72. *In Deorum numero reponere.*] Gulielmius annotat, laudari hunc locum à Lactantio lib. II. cap. 5. legique ibidem *ponere*. verum alterum reſtat in Pall. & Wouw. *Gruter.*

73. *Nec habent ætherios curſus, neque cælo inhærentes.*] Statim poſt Balbus etiam dicit: *habent igitur ſuam ſphæram ſtellæ inerrantes ab æetherea conjunctione ſecretam & liberam.* Verùm hæc non facile poſſunt conciliari cum eo, quod dicit idem Balbus infra cap. 46. *In æthere autem aſtra volvuntur.* & in eo loquitur ſecundum ſententiam Stoicorum, expoſitam per Chryſippum in loco, quem nobis ſervavit Stobæus Ecl. Phyſ. pag. 43. & Cleomedes init. cap. 3. lib. I. Theoriæ Cyclicæ. Fatendum igitur eſt, Balbum, ſive potius Ciceronem ipſum, ſecum ipſum non undequaque conveniſſe de hac re, & hæc contradictio videtur mihi poſſe adjungi multis aliis, quas viri docti obſervarunt in Operibus Phil. auctoris noſtri. *Boulier.*

74. *Vel*

bilemque constantiam, ex qua conservatio & sa[lus] omnium omnis oritur, qui vacare mente putat, is i[pse] mentis expers habendus est. Haud ergo, ut opin[or,]
57 erravero, si à principe investigandæ veritatis hu[jus] disputationis principium duxero.

XXII. Zeno igitur ita naturam definit, ut eam [di]cat, ignem esse artificiosum ad gignendum progredi[en]tem viâ. censet enim artis maximè proprium e[sse] creare & gignere, quodque in operibus nostrarum a[r]tium manus efficiat, id multo artificiosiùs naturam ef[fi]cere, id est, ut dixi, ignem artificiosum, magistru[m] artium reliquarum. Atque hac quidem ratione om[nis] natura artificiosa est, quod habet quasi viam quanda[m] & x sectam, quam sequatur.

x semitam *Bouhier.*

58 Ipsius verò mundi, qui omnia complexu suo coe[r]cet & continet, natura non artificiosa solùm, sed pla[nè] artifex ab eodem Zenone dicitur, consultrix & y provida utilitatum opportunitatumque omnium. At[que] ut ceteræ naturæ suis seminibus quæque gignuntur, augescunt, continentur, sic natura mundi omnes mo[tus] habet voluntarios, conatusque & appetitiones, qu[as] ὁρμὰς Græci vocant, & his consentaneas actiones sic ad[hi]bet, ut nosmetipsi, qui animis movemur & sensi[bus]. Talis igitur mens mundi cùm sit, ob eamque causam 74 vel prudentia, vel providentia appellari rectè possit (Græcè enim πρόνοια dicitur) hæc potissimùm providet, & in his maximè est occupata, primùm ut mundus quàm aptissimus sit ad permanendum, deinde ut nulla re egeat, maximè autem ut in eo eximia pul[]critudo sit atque omnis ornatus.

P. B. y provida opportunitatum *MS.*

59 XXIII. Dictum est de universo mundo: dictum est etiam de sideribus: ut jam propemodum appareat multitudo nec cessantium deorum, nec ea, quæ agant, molientium cum labore operoso ac molesto. Non enim venis, & nervis, & ossibus continentur, nec iis esc[is] aut potionibus vescuntur, ut aut nimis acres, aut nimi[s] concretos humores colligant: nec iis corporibus sunt

74. *Vel prudentia, vel providentia.*] Tres voces priores red[ux]quasi è sepulcro, suasu Palatinorum codicum; tanto quidem pro[]ptius, quod eas orbi exhibuerat Victorii editio, sed iterum neg[le]xit Manutius, Brutus, Lambinus, alii. *Gruter.*

75. 1

ut aut casus, aut ictus extimescant, aut morbos metuant ex defatigatione membrorum. Quæ verens Epicurus [75] monogrammos deos & nihil agentes commentus est.

Illi autem pulcerrima forma præditi, purissimaque in 60 regione cæli collocati, ita feruntur moderanturque cursus, ut ad omnia conservanda & tuenda consensisse videantur. multæ autem aliæ naturæ deorum [76] ex magnis beneficiis eorum non sine causa & à Græciæ sapientibus, & à majoribus nostris constitutæ nominatæque sunt. Quidquid enim magnam utilitatem generi afferret humano, id non sine divina bonitate erga homines fieri arbitrabantur. Itaque tum illud, quod erat P.XXXVIII. à deo natum, nomine ipsius dei nuncupabant: ut cùm fruges [z] Cererem appellamus, vinum autem Liberum: ex quo illud Terentii;

[z] frugem MS.

Sine

75. *Monogrammos deos, &c.*] Sed eos describit Lucretius lib. v. *Tenuis enim natura deûm longèque remota Sensibus ab nostris animi vix mente videtur.* Eadem ratione λογοθεωρήτυς appellat, id est, qui ratione tantùm cernuntur. Sed hac de re plura in comment. Lucretianis. *Monogrammum* autem appellant pictores id, quod solis lineis informatum ac descriptum est, nullis dum coloribus adhibitis. hinc homines *monogrammi* per translationem, ut docet Nonius, homines macie prætenues & quasi decolores. *Lambin.*

76. *Ex magnis beneficiis eorum.*] Quorum verò? quærenti non occurrebat; & jam ne quærendum quidem arbitror, utpote qui persuasus sum, illa verba è margine in textum imperitè invecta fuisse. Nam postea rationem reddit, cur aliæ naturæ deorum non sine causâ constitutæ sint; ut, *quidquid enim &c. itaque tum illud, &c. Utilitatum igitur magnitudine constituti sunt ii Dii, qui utilitates quasque gignebant.* Legamus igitur & distinguamus sic: *Multæ autem aliæ naturæ Deorum non sine causa ——— nominatæque sunt: quidquid enim &c.* Lactant. I. 8. *Quomodo ergo, inquiet aliquis, Dii crediti sunt? nimirum, quia* (lego, *qui*) *reges maximi & potentissimi fuerunt, ob merita virtutum suarum, aut munerum, aut artium repertarum, cùm chari fuissent iis, quibus imperitaverant, in memoriam sunt consecrati.* Lege dein, *Tum etiam res ipsa ———* quia præcesserat, *itaque tum illud, &c.* Walker. *Ex magnis beneficiis eorum.*] Quorum vero? inquit Walker. Hæc conjectura non est admodum difficilis. Respicit ad Deos, de quibus Cicero modo locutus est, nam benefacta eorum sunt, quæ homines in Deos retulerunt, ut frumentum sub nomine Cereris, vinum sub nomine Bacchi, & ita de reliquis. Nihil igitur est mutandum hoc loco, quidquid dicat doctus ille Criticus; verùm valde probo mutationem vocum, *tum autem res ipsa*, in *tum etiam.* Bouhier.

77. Ut

Sine Cerere & Libero friget Venus.

61 Tum autem res ipsa, in qua vis inest major : sic appellatur, 77 ut ea ipsa vis nominetur deus, des, ut Mens : quas in Capitolio dedicatas vi proximè 78 à M. Æmilio Scauro; antè autem ab lio Calatino erat b Fides consecrata. Vides V templum, vides Honoris à M. Marcello renov 79 quod multis antè annis erat bello Ligustico à Q ximo dedicatum. Quid Opis? quid Salutis? quid cordiæ? Libertatis? Victoriæ? quarum omnium quia vis erat tanta, ut sine deo regi non posset res deorum nomen obtinuit. Quo ex genere, c dinis, & Voluptatis, & Lubentinæ Veneris vo consecrata sunt; vitiosarum rerum, neque natur quamquam Vellejus aliter existimat: sed tamen

62 vitia naturam vehementiùs sæpe pulsant. Utilitat tur magnitudine constituti sunt ii dii, qui utilitate

a Attilio *Lamb.*

b Spes *conj. ejusd.*

c Libidinis *MS.*

77. *Ut ea ipsa vis nominetur Deus.*] Atqui non id agit, vim demonstret habitam Dei loco, sed ipsam rem. Clare concludit, *Quarum omnium rerum quia vis erat tanta, ut sine non possit, ipsa res Deorum nomen obtinuit.* Itaque quid ei Grutero persuasit, ut potius sequeretur Lambinum & simil Victorium, qui edidit, *ut ea ipsa nominetur Deus*, omissâ vo quam quidem ignorat quoque Buslidianus. *Gronov.*

78. *A M. Æmilio Scauro &c.*] Plutarchus de Fortuna Tom. II. pag. 318. dicit etiam, templum Menti fuisse de per eundem Scaurum, qui victus & occisus fuit in bello C Is videtur etiam ignoravisse, templum illud satis diu ar dedicatum per Otacilium, ut T. Livius narrat; verùn priùs illud templum non fuerit satis magnificum, sive co fuerit, Scaurus illud restituit. Forsitan etiam restituit t Fidei, quod primò ab Atilio, & forsan diu ante à Nun exstructum. Quidquid sit, patet ex iis, quæ dicuntur lib. sequentis, Balbum hic non fuisse locutum de temp quod idem Atilius exstruxerat. Itaque Lambini correct legebat in sequentibus, *erat Spes consecrata*, ferri non *Bouhier.*

79. *Quod multis antè annis erat bello Ligustico à Q. Maxi catum.*] Legendum videtur, *haud multis.* Marcellus enim est anno ab U. C. DXLVI. & bellum Ligusticum, de quo loquitur, non cœpit initium, nisi annis xx. ante. etiamsi templum Honoris esset dedicatum vel primo anno istiu dici non posset exfluxisse multum temporis usque ad re nem istius templi per Marcellum. Soni affinitas est sin causa scribendi *quod*, pro *haud*. Idem.

que gignebant. Atque his quidem nominibus, quæ paullo antè dicta sunt [d] à me, quæ vis sit, in quoque declaratur deo.

[d] à me *delet Davis.*

XXIV. SUSCEPIT autem vita hominum consuetudoque communis, ut beneficiis excellentes viros in cælum famâ ac voluntate tollerent. Hinc Hercules, hinc Castor & Pollux, hinc Æsculapius, hinc Liber etiam: [80] hunc dico Liberum Semele natum, non eum, quem nostri majores augustè sanctéque Liberum cum Cerere & Libera consecraverunt: quod quale sit ex mysteriis intelligi potest. Sed quòd ex nobis natos liberos appellamus, idcircò Cerere nati nominati sunt P. E. Liber & Libera: [81] quod in Libera servant, in Libero non

80. *Hunc dico Liberum Semele natum, non eum, quem nostri majores honestè sanctéque Liberum cum Cerere & Libera consecraverunt.*] Quorsum illud *Liberum?* furcillis ejiciamus, & legamus; —— *sanctéque cum Cerere* —— Res ipsa clamat. *Walker.*

81. *Quod in Libera servant, in Libero non item.*] Sic mss. nostri & Gulielmiani; sic editi à Victorio. nam Aldus uterque aliique, *quod in Libero servant, in Libera non item.* quàm rectè ipsi viderint. *Gruter.* *Quod in Libera servant, in Libero non item.*] Sic Gruteri Codd. sic etiam nostri. At uterque Manutius edidit, *quod Libero servant, in Libera non item.* Hunc ordinem sequitur, & absurdè prorsus de Sole Lunaque capit Pet. Lescaloperius. Mihi recepta lectio multo videtur melior, quod *Libera* passim de Proserpina dicatur; at *Liberum* de solo Semeles filio usurpat sermo vulgaris, nisi cùm mentio fiat ædis sacrive cujusdam Cereri, Libero Liberæque dedicati. Sic apud Liv. III. 55. *Familia ad ædem Cereris, Liberi Liberæque venum iret.* Idem XXXIII. 25. *Ei argento mulctatitio tria signa ænea Cereri, Liberoque, & Liberæ posuerunt.* Iterum XLI. 33. *Supplicatio ad Cereris, Liberi Liberaque fuit.* Tacitus Annal. II. 49. *Ædem dedicavit Libero, Liberaque, & Cereri juxta Circum maximum.* In hisce locis Liber Cerere natus intelligitur. *Davis.* *Et Liberum cum Cerere & Libera consecraverunt &c.*] Illud *Liberum*, ut recte observavit Walker, hîc male repetitum est & delendum, nisi quis malit eandem vocem paulo superius delere & legere ita: *Hinc Liber etiam. hunc dico Semele natum, &c.* quod mihi magis placeret. Ceterùm Augustinus C. D. lib. VI. cap. 9. & lib. VII. cap. 2, 3. nos mysteria ista de duobus Cereris libris, quæ Cicero occultata voluit, docet. In sequentibus superest quædam difficultas. *quod in Libera*, inquit, *servant, in Libero non item.* Ita exhibetur in plerisque MSS. & significat, secundum Davisium, quod ista Dea nota fuit sub nomine Liberæ, sed nomine Liberi significari semper Bacchum, nisi sermo sit de templis, junctim dedicatis Cereri, Libero & Liberæ. Interim, quoniam vel ita nomen Liberi isti Deo est conservatum, Cicero non debuerat dicere absolutè: *In Libero non item.* Patet etiam è locis Augustini

e Romulum *MSS.*

non item. Hinc etiam *Romulus, [82] quem ... eundem esse Quirinum putant, quorum cùm ... rent animi atque æternitate fruerentur, [83] dii ... habiti; cùm & optimi essent & æterni.

63 Alia quoque ex ratione, & quidem physicâ ... fluxit multitudo deorum: [84] qui induti speciê hu...

gustini à me prolatis, quod filius Cereris sub eo nomine ... tissimus, & non legimus, eum habuisse aliud nomen. ... dici potest, *in Libero non item?* Restituenda est igitur lectio ... Manutiorum: *Quod in Libero servant, in Libera non ...* lectio verosimiliter MSS. debetur, & rectum sensum ... *Bouhier.*

82. *Quem quidem eundem.*] MSS. Eliens. Reg. cum Bonon. ... Manut. Victor. aliisque libris impressis legunt, *quem quidem esse Quirinum putant.* Male vero: nam nulla fuit ... inter auctores discrepantia. Præter Historicos & alios ... rimos vide Ciceronem pro Sextio cap. LIV. Ovidium ... 475. Lactantium Div. Inst. I. 21. & Augustinum C. D. ... IV. 20, 24 *Davis.* *Quem quidam eundem esse Quirinum* ... Nollem, virum adeo doctum, ac Davisius est, ... *quidem*, pro *quidam*, idque ex levi conjectura. Verum ... est, Romanos Romulum vocavisse Quirinum, sed multi ... volebant Quirinum esse Martem, ut patet è Servio ad Æn. I. ... 296. Alii dicebant, Janum esse, qui certe Quirinus vocabatur, ut patet è Macrobio Saturn. I. 9. Et ideo doctissimi viri crediderunt, apud Horatium lib. IV. Odâ XV. ✠ʃ. 9. esse legendum, *Janum Quirinum*, pro *Quirini*; verùm præferrem cum aliis, *Fanum Quirini*; quod suavius est auribus & idem significat; nam Bentlei explicatio loci istius Horatiani ferri non potest, ut forsan aliquando ... monstrabitur. Ovidius, alloquens Janum Fast. lib. I. ✠ʃ. 19. ... etiam:

Dexter ades patribusque tuis populoque, Quirine.

ita enim legendum est, pro *Quirini*. Ceterum Cicero ipse secum non convenit, cum dicat lib. III. Off. cap. 10. loquens de cæde Remi: *Peccavit igitur, pace vel Quirini, vel Romuli dixerim*, ubi *vel Romuli* est additum, ne quis putaret, eum de Remo loqui. *Bouhier.* Et Mars, & Janus, & Romulus forsan rectè *Dii Quirini* dicuntur, quum *Quiris*, ut notum est, significet hastam, quasi dicas, Deos hastatos; verùm usus frequentior *Quirini* nomen Romulo attribuit.

83. *Dii ritè sunt habiti.*] Legendum credo *rectè*, quod sæpe à librariis mutatum fuit in *ritè*; verùm quia *jure* legitur in Cod. à Davisio prolato, & illud potest recipi. *Bouhier.*

84. *Qui induti specie humana*] Nequeo contemnere, quod video prælatum esse ab Victorio, *inducti*, vel quod confirmetur idem ab Buslidiano, vel quod ipse Tullius id tueatur cap. I. *Dum quâ eloquentiâ falsos deos sustulit, eadem veros inducat*, & cap. 28. *Nam & perturbatis animis inducuntur*; vel quod ad poëtas & scenam id apprimè sit aptum. *Gronov.*

85. Ar...

fabulas poëtis suppeditaverunt, hominum autem vitam superstitione omni referserunt. Atque hic locus à Zenone tractatus, post à Cleanthe & Chrysippo pluribus verbis explicatus est. Nam vetus hæc opinio Græciam opplevit, [f] exsectum Cælum à filio Saturno, vinctum autem Saturnum ipsum à filio Jove. Physica ratio non inelegans inclusa est in impias fabulas. [g] cælestem enim, altissimam [85] æthereamque naturam, id est, igneam, quæ per sese omnia gigneret, vacare voluerunt ea parte corporis, quæ conjunctione alterius egeret ad procreandum.

f sed exs. *MS.* unde scilicet exs. *Davis.*

64

g cælestium aut cælestum *MSS.*

XXV. SATURNUM autem eum esse voluerunt, qui cursum & conversionem spatiorum ac temporum contineret, qui deus Græcè id ipsum nomen habet. [86] Κρόνος enim dicitur; qui est idem χρόνος, id est, spatium temporis. Saturnus autem est appellatus, quòd [h] saturetur annis. ex se enim natos comesse fingitur solitus, quia consumit ætas temporum spatia, annisque præteritis insaturabiliter expletur. Vinctus est autem à Jove

h saturaretur *MS.*

85. *Æthereamque naturam, id est igneam.*] Interpretatio ista sapit glossam marginalem, quales multæ reperiuntur in Cicerone. Postquam enim toties supra explicuerat ætheris naturam, non videtur eam hoc loco denuo inculcare voluisse. Verum quidem est, id reperiri apud Lactantium Inst. lib. I. cap 12. ubi hunc locum exhibet; verùm nescio, an codd. mss. ibi ita legant, & præterea vitium illud in textu potest esse vetustissimum. Ita infra cap. 29. Ursinus & Davisius rectè similem glossam sustulerunt. *Bouhier.*

86. *Κρόνος enim dicitur, qui est idem χρόνος.*] Hæc sic interpolavit Lactant. Div. Inst. I. 12. Κρόνος *enim dicitur, quod est idem quod* χρόνος. Ast additamento nihil est opus. Supra cap. 24. *Quem quidem eundem esse Quirinum putant.* De ipsa allegoria sic Scholiastes Apollonii in Argon. lib. I. 1098. Φυσικῶς ταύτης (Ῥέας) ἄνδρα τὸν Κρόνον φασὶν, οἱονεὶ τὸν χρόνον μεταβολῇ τοῦ ἀντιστοίχου, Arnobius lib. III. pag. 117. *Si tempus significatur hoc nomine, Græcorum ut interpretes autumant, ut quod Chronos est, habeatur Cronos, nullum est Saturnium numen.* Videsis, inter alios, Augustinum Civ. D. lib. VI. cap. 8. lib. VII. cap. 19. & Fulgentium Mythol. II. 4. *Davisius.* Κρόνος *enim dicitur, qui est idem* χρόνος.] Lactantius loco citato legit, *quod est idem quod* χρόνος. Ut verum fatear, alterum *quod* abundat. Verùm, quod pace Davisii dixerim, prius illud videtur mihi necessarium, alioqui enim Cicero videretur loqui de Saturno, cùm loquatur de χρόνῳ, ut cùm Macrobius dicit lib. I. cap. 8. Saturn. *Est porro idem* Κρόνος καὶ χρόνος. Ceterùm Balbus loquitur potius è Platonis quàm è Chrysippi sententia, quæ legitur in Etymol. Mag. voce Κρόνος. *Bouhier.*

87. Pla-

Jove, ne immoderatos cursus haberet, atque ut e derum [i] vinclis alligaret. Sed ipse Jupiter, id es *vans pater*, quem conversis casibus appellamus vando Jovem, à poëtis pater divûmque homini dicitur: à majoribus autem nostris optimus, ma & quidem antè optimus, id est, beneficentis quàm maximus, quia majus est, certéque gratius desse [k] omnibus quàm opes magnas habere.

i vinculis *alii.*

P. XXXIX.

k hominibus *MS. & Lamb.*

65 Hunc igitur Ennius, ut suprà dixi, nuncupat cens,

Adspice hoc sublime candens, quem invocant
Jovem.

[87] Planiusque alio loco idem,

[88] *Cui, quod in me est, exsecrabor hoc,* [l] *quo*
quidquid est.

l *quo* alii.

[89] hunc etiam augures nostri; [90] cùm dicunt, *Jo*

87. *Planiusque alio loco idem.*] Absurdè prorsus; Enni superiore versu quàm sequente rem dilucidius expressit. L *nius quàm alio loco idem*, uti quidam dant Eliens. & Victor. *Planius alio loco idem &c.*] Pro *planius*, *plenius* videtur leg & in posteriori Ennii versu videtur mihi *cui* melius co quàm *cur*. Is qui poëtam loquentem inducit, querens de rectè potuit dixisse: *Cui, quod in me est, exsecrabor hoc, qu quidquid est.* ubi *cui* est positum pro *in quem.* Bouhier.

88. *Cui, quod in me est, exsecrabor, hoc quod lucet, quidq* Sic mss. nostri meliores: nam unus deterior, *quo lucet*, qu vulgati; placebatque Gulielmio, qui præterea, *Cui*, ven *Qui.* bene ultimum illud, meo quidem judicio. *Gruter. Cu in me est, exsecrabor hoc quod lucet.*] Jan. Gulielmius reponit *quod in me est, exsecrabor hoc, quo lucet*; & utramque conj probat G. J. Vossius ad Fragm. Trag. pag. 55. Mihi neutra ex MSStis enim Reg. & Cantab. scribendum, *cur? quo est*; at *quod lucet* retinendum esse tam sensus quàm opti confirmant. *Davis.*

89. *Hanc etiam augures nostri, cum dicunt Jovem fulgentem tem. dicunt enim Jove fulgente, tonante. dicunt in cælo fu tonare.*] Veneta lectio mihi & hoc loco probatur, in nostr detur aliquis nescio quid architectatus. Sic igitur illi, *Hu augures nostri, cum dicunt Jove fulgente, tonante: dic cælo fulgente, tonante.* Repetendum autem verbum s *nuncupat*: convenienter quidem, quemadmodum debet, λήψει ut ita fiat: *Hunc etiam nuncupant augures nostri.* autem Euripidis sunt expositi à Luciano Jove Tragœdo:

Ὁρᾷς τὸνδ᾽ ὑψȣ̃ τόνδ᾽ ἄπειρον αἰθέρα;
Καὶ γῆν πέριξ ἔχονθ᾽ ὑγραῖς ἐν ἀγκάλαις·
Τȣ̃τον νόμιζε ζῆνα τόνδ᾽ ἡγȣ̃ θεόν. *Camer.*

tonante: 9[1] dicunt enim, *cælo fulgente, tonante.* pides autem, ut multa præclarè, sic hoc brevi-

ides sublime fusum, immoderatum æthera,
Qui tenero terram circumjectu amplectitur:
unc summum habeto divum: hunc perhibeto Jovem.

VI. AER autem, ut Stoici disputant, interjectus 66
nare & cælum, Junonis nomine consecratur: quæ
or & conjux Jovis, 94 quòd ei similitudo ést æthe-
ris

um dicunt, Jove fulgente, tonante. dicunt enim, cælo fulnante.] Voces quinque posteriores non habentur in P. aut. . quorum hic priora format ad hanc faciem: *Que dicunt lgente, tonante. Euripides.* ille, *cùm dicunt Jovem fulgentem ». Euripides.* Est in Pall. pr. *cùm dicunt Jovem fulgentem », dicunt enim melo fulgente tonante.* sicque etiam tert. nisi , *dicunt Jove fulgente tonante.* Gruter.

Dicunt enim, cælo fulgente, tonante.] Formula augurum *Jove fulgente, tonante*, ut patet è plurimis Ciceronis locis, ter alia, è lib. II. de Div. cap. 8. ubi inquit: *In nostris tariis scriptum habemus, Jove tonante, fulgurante, comitia habere nefas.* Verùm crediderim esse legendum, *fulgente*, id dicat A. Manutius Quæsitis per Epist. I. 5. ubi putat, co *fulgurante* esse positum, pro *fulminante.* Magna est ntia inter *fulgurare* & *fulgere*, in quo fallitur, nam secunestum *fulgere prisci pro ferire dicebant.* formulæ autem istæ, rant quasi consecratæ, non efferebantur per voces alias m significationis. Porro voces istæ quinque, quum in mulS. non reperiantur, possent tolli, aut, si quis eas censeat o retinendas, legendum est: *Dicunt enim pro cælo fulgente* t: *Cum dicunt Jove fulgente, tonante, non cælo, &c.* scilis & *enim* sæpe inter se sunt permutata propter compenn scribendi rationem. *Bouhier.*

Euripides autem, ut multa præclara, sic hoc breviter.] Quid *bre*ld quod Ennius uno dixerat versu Euripides tribus posuit, ero ejus brevitatem laudat! Ceterum an adverbium id concum *præclare*, quod præcedit? Credo igitur, legendum esse r. Quid veteres senserint de isto poëta palam est ex eo, dicit ipse Cic. Famil. lib. XVI. ep. 8. *Euripidi quantum credas Ego certe singulos ejus versus singula testimonia puto.* Bouhier.

Qui tenero terram circumvectu amplèctitur.] *Circumjectu* habet nanuscriptus, quod magis placet, confirmantibus Græcis dis versibus, unde translati sunt Latini, quos hic adducit :

Ὁρᾷς τὸν ὑψοῦ τὸν δ' ἄπειρον αἰθέρα,
Καὶ γῆν πέριξ ἔχονθ' ὑγραῖς ἐν ἀγκάλαις,
Τοῦτον νόμιζε Ζῆνα, τὸν δ' ἡγοῦ θεόν. *Ursin.*

Quod & similitudo est ætheris.] Adrianus Junius rescribebat,

 quod

magna S. ris, & cum eo [m] summa conjunctio. Effœminaruntau tem eum, Junonique tribuerunt, quòd nihil est co mollius. Sed Junonem à *juvando* credo nominatam. Aqua restabat & terra, ut essent ex fabulis tria regn divisa. Datum est igitur Neptuno, [n] altero Jovis, alteri mb. volunt, fratri, maritimum omne regnum: nomenqu erum i. productum, ut Portunus à portu, sic 95 Neptunus *nando*, paullum primis litteris immutatis. Terrena au tem vis omnis atque natura Diti patri dedicata est: Dis alii. qui [o] *Dives*, ut apud Græcos Πλούτων, quia & rec dant omnia in terras & oriantur è terris. 96 Is rapui Proserpinam, quod Græcorum nomen est: ea enim est, quæ Περσεφόνη Græcè nominatur: quam frugum se men esse volunt, absconditamque quæri à matre fin
67 gunt. Mater autem est à gerendis frugibus Ceres, tam
P. B. quam *Geres*: casuque prima littera itidem immutata, ut à Græcis. nam ab illis quoque Δημήτηρ, quasi Γημήτηρ, nominata est. Jam qui *magna verteret*, Mavors: Minerva autem, 97 quæ vel *minueret*, vel *minaretur*.

XXVII.

quod ei sim, libro IV. Animadversorum cap. 20. non ineptè. nostri tamen nihil variant. *Gruter.* *Quod ei similitudo est ætheris &c.*] Servius idem dicit ad Æn. I. vs. 47. cujus verba ita videntur legenda: *Physici Jovem ætherem, id est ignem, volunt intelligi; Junonem vero aërem. & quoniam tenuitate paria sunt, dixerunt esse germana. sed quoniam aër, hoc est Juno, subjectus est igni, jure superposito elemento mariti nomen traditum est. Jovem autem &c.* & id servit ad intelligendum versum Severi in Ætna vs. 217. *Nunc princeps magnusque, sub hoc duce militat ignis.* Ignis, inquit, in ea occasione non est superior aëre, & videtur militare sub illo. Aliæ explicationes, quæ huic loco affinguntur, non satis placent. *Bouhier.*

95. *Neptunus à nando.*] Sic etiam Pall. nisi quod primus, *Neptunanando* Lipsius in libris Saturnalium lib. I. c. 2. emendabat, *à nubendo*, vel *nuptu*. sed *nando* repetitur Nostro infra lib. III. c. 24. nullo ms. divertente. *Gruter.*

96. *Is rapuit Proserpinam.*] Hærebat antea lector hoc in loco, depravatione verborum implicatus. nunc ex Maffæi libro correctione adhibita nemo tam tardus est, qui, vel cursim legens, sensum non percipiat. *P. Manut.* *Is rapuit Proserpinam, quod Græcorum.*] Ita se locum restituere jactat è Maffæi libro Paullus Manutius. sed sic mss. nulli nostri sanè uno ore firmant, *terris cui Proserpinam, quod &c.* quomodo & edidit Victorius, & ante eum Aldus avus, quia scilicet sic invenissent in libris calamo exaratis. *Gruter.*

97. *Quæ vel minueret.*] Forsan *moneret*, aut simile quid. sed vulgatum iterum recurrit libro III. infra cap. 24. *Gruter.*

98. Dia

XXVII. CUMQUE in omnibus rebus vim haberent maximam prima & extrema, principem in sacrificando Janum esse voluerunt: quod ab *eundo* nomen est ductum: ex quo transitiones perviæ, Jani: foresque in liminibus profanarum ædium januæ nominantur. Nam Vestæ nomen à [p] Græcis: ea est enim, quæ ab illis Ἑςία dicitur. vis autem ejus ad aras & focos pertinet. itaque in ea dea, [q] quæ est rerum custos intimarum, omnis & precatio & sacrificatio extrema est. Nec longè [r] absunt ab hac vi Dii Penates, sive à *penu* ducto nomine, (est enim omne, quo vescuntur homines, penus) sive ab eo, quòd *penitus* insident: ex quo etiam penetrales à poëtis vocantur. Jam Apollinis nomen est Græcum; quem solem esse volunt: Dianam autem & Lunam eandem esse [s] putant: cùm sol dictus sit, vel quia *solus* ex omnibus sideribus est tantus, vel quia, cùm est exortus, obscuratis omnibus *solus* apparet: Luna à *lucendo* nominata sit. eadem est enim Lucina. itaque, ut apud Græcos Dianam, eamque Luciferam, sic apud [t] nostros Junonem Lucinam in pariendo invocant: quæ eadem [98] Diana annivaga dicitur, non à *venando*, sed quòd in septem [v] numeratur tamquam *vagantibus*.

p Græcis est, ea est *Lamb.* & *MS.*

q quod *MSS.*

68

r sunt *MS.*

s volunt *MS.*

t nos Jun. *alii.*

v nominatur *MS.*

69 Diana dicta, quia noctu quasi diem efficeret. Adhibetur autem ad partus, quòd ii maturescunt aut septem nonnumquam, aut plerunque novem lunæ cursibus: qui quia mensa spatia conficiunt, *menses* nominantur. Concinnéque, ut multa, Timæus: qui cùm in historia dixisset, qua nocte natus Alexander esset, eadem Dianæ Ephesiæ templum deflagravisse, adjunxit, minimè id esse mirandum, quòd Diana, cùm in partu Olympiadis adesse voluisset, [x] abfuisset domo. Quæ autem dea ad res omnes *veniret*, Venerem nostri nominaverunt, atque ex ea potiùs venustas quàm Venus ex venustate.

P. XL.

x abfuisse *MSS.*

70 XXVIII. VIDETISNE igitur, ut a physicis rebus, bene atque utiliter inventis, [y] tracta ratio sit ad commenticios & fictos deos? quæ res genuit falsas opiniones erroresque

y trahat ratio *Lact.*

98. *Diana annivaga.*] Pall. nostri editionesque priscæ, *omnivaga.* sed produxit alterum ex Probo Adr. Junius lib. IV. Animadv. cap. 20. recepitque Lambinus, Brutus, alii. idem Junius ex eodem Probo statim post legit, *in septem vagatur tamquam venantibus.* Gruter.

que turbulentos, & superstitiones pænè aniles. & i
enim nobis deorum, & ætates, & vestitus, o
que noti sunt: genera præterea, conjugia, co
nes, omniaque traducta ad similitudinem imbe
humanæ. nam & perturbatis animis inducuntur
pimus enim deorum cupiditates, ægritudines, i
dias: nec verò, ut fabulæ ferunt, dii bellis pr
caruerunt: 99 nec solùm, ut apud Homerum,
duo exercitus contrarios alii dii ex alia parte d
rent, sed etiam, ut cum Titanis, ut cum Gig
sua 2 propria bella gesserunt. Hæc & dicu
creduntur stultissimè, 3 & plena sunt futilitatis s
que levitatis.

71 Sed tamen, his fabulis spretis ac repudiat
pertinens per naturam cujusque rei, per terra
per maria Neptunus, alii per alia, poterunt i
4 qui qualesque sint, quoque eos nomine co

99. *Nec solùm, ut apud Homerum, cum duo exercitus* credo, quemquam patienter posse legere hunc locum propter frequentem repetitionem vocum *ut* & *cum*, s Verum quidem est, omnes codd. mss. inter se conspira cum hunc eodem modo citari ab Augustino de Civ. D cap. 20. Verùm non credibile est, ejus tempore adhu mendum irrepsisse in Ciceronis scripta. An veteres ea runt feliciores quàm nos, qui reperimus menda in edi quæ ab ipsis auctoribus sunt procuratæ? Ceterùm in varietates quædam lectionis reperiuntur, ut, cùm ibi *aut cum Gigantibus*, quod jam tollit unam voculam *ut*. dere, ut omnia conveniant cum majestate, quam in Ci miramur, eum scripsisse: *Nec solùm, ut apud Homerum, citus contrarios alii Dii ex alia parte defenderunt, sed etia Titanis, & cum Gigantibus sua propria bella gesserunt.* Bo

1. *Cùm duos exercitus &c. defenderent.*] Fortassis au erat *cùm*, rescribendumque *defenderunt*. Gruter. Sed cur Grutero nunc agere eadem cura, qua cap. 12. quum exemplaria hic etiam diserte habeant *duo?* idque repetivi.

2. *Propria bella gesserunt.*] Miror, qui exsulare ex hoc perit vox *sua*, quæ exstat in Victorii & Hervagii exem nec potest non Ciceronis esse, ut libro 1. cap. 32. *ad ves venire malo,* ubi etiam *suus proprius* occurrit; ideoque vocandam, præsertim quum etiam exstaret in Buslidiano

3. *Et plena sunt futilitatis summaque levitatis.*] *Vanit* liber manuscriptus, pro *futilitatis*. Ursin.

4. *Qui qualesque sunt.*] Lambinus *sint*: à vetere auten verbum abest. *Idem.*

nuncupaverit, [5] hos deos & venerari & colere [z] debe- z deb-
mus. Cultus autem deorum est optimus, idemque mus
castissimus atque sanctissimus plenissimusque pietatis, *Lamb.*
ut eos semper pura, integra, incorrupta & mente &
voce veneremur. non enim philosophi solùm, verùm a sep-
etiam majores nostri superstitionem à religione [a] separa- runt
verunt. P.

Nam qui totos dies precabantur & immolabant, ut 72
sui sibi liberi superstites essent, superstitiosi sunt appellati:
quod nomen postea latiùs patuit. Qui autem omnia,
quæ ad cultum deorum pertinerent, diligenter [b] retra- b per-
ctarent, & tamquam relegerent, sunt dicti religiosi, ex ctaren
relegendo, ut [c] elegantes ex eligendo, tamquam à di- *alii.*
ligendo diligentes, ex intelligendo intelligentes. his c elig
enim in verbis omnibus inest vis legendi eadem, quæ ab elig
in religioso. Ita factum est in superstitioso & religioso do M.
alterum vitii nomen, alterum laudis. [d] Ac mihi videor d At
satis, & esse deos, & quales [e] essent ostendisse. *Bouh.*

XXIX. PROXIMUM est, ut doceam, deorum pro- 73
videntiâ mundum administrari. Magnus sanè locus & e. sint
à vestris, Cotta, vexatus: ac nimirum vobiscum omne *Idem.*
certamen est. Nam vobis, Vellei, minùs notum est,
quemadmodum quidque dicatur. Vestra enim solùm
legitis, vestra amatis: ceteros causâ incognitâ condem-
natis. Velut à te ipso, hesterno die, dictum est,
[6] anum fatidicam πρόνοιαν à Stoicis induci, id est, pro-
vi-

5. *Quos Deos & venerari & colere debemus.*] Reg. & Bonon. 1494. repræsentant, *hos Deos*; sed licet hæc legendi ratio ferri possit, tamen vulgata loco, quem obtinet, non est movenda. *Davis.* Quoniam editio anni 1494. & vetus codex, à Davisio in partes vocatus, exhibent, *hos Deos*, nescio, quare editores non admiserunt istam lectionem, quæ mihi videtur omnino necessaria. *Bouhier.*

6. *Anum fatidicam πρόνοιαν induci, id est, providentiam.*] Hæc tria postrema verba, *id est providentiam*, non sunt in vetere libro, olent autem sine dubio glossema ab imperitis librariis in seriem receptum. Quod autem sequitur, *velut hesterno die*, vel Ciceronis μνημονικὸν ἁμάρτημα, vel librarii lapsum esse credendum est. non enim hesterno die Velleji disputatio cum Cotta instituta fingitur, sed eadem atque in ipso secundi libri initio ita contexitur dialogus, ut nullus dies intercesserit inter Epicureorum & Stoicorum confutationem. Idem error est in illis lib. III. *Quæ a te nudiustertius dicta sunt: cùm docere velles deos esse:* sunt autem verba Cottæ ad Balbum, quæ non nudiustertius, sed eodem die fin-

note videntiam. Quod eo [f] errore dixisti, quia existima
5. his providentiam fingi quasi quandam deam singula
quæ mundum omnem gubernet & regat: sed id
cisè dicitur.

74 Ut, si quis dicat, Atheniensium rempublicam
lio regi, desit illud, Ariopagi: sic, cùm dicimus,
arbitrato videntiâ mundum administrari, deesse [g] arbitrator,
SS. rum. Plenè autem & perfectè sic dici existi
providentiâ deorum mundum administrari. Ita
istum, quo caret vestra natio, in irridendis nob
litote consumere: & mehercle, si me audiatis,
P. XLI. periamini quidem. Non decet: non datum est
ium potestis. 7 Nec verò hoc in te [h] uno convenit,

singuntur esse dicta. Credi potest, Ciceronem in animo
tribus libris trium dierum disputationem referre voluisse:
mutasse, relictis prioris cogitationis vestigiis. *Ursin.*

7. *Nec vero in te uno convenit, moribus domesticis ac n*
hominum urbanitate limato.] Edit. Ven. *uno.* Lamb. *unum.*
ea mihi quæstio est, utrum horum retinendum sit, qui u
alienum existimo. Subabsurdum est quiddam in sententi
tamen minus attentum lectorem fallat. Legebam, *nec*
in te omnino convenit &c. Omnino sic exhibent MSS. *oio*; q
tantùm distat ab *uno*, quin facile in eo potuerint labi exsc
Walker. Licet hæc constructio viris doctis adeo non pl
ut, *in te unum* —— *urbanitate limatum*, reposuerint,
men in dubium non revocabitur syntaxis. Cic. ad Quir. p
cap. 1. *Ut quod odium scelerati homines & audaces in Rem*
omnes bonos conceptum jam diu continerent, id in me uno pot
in optimo quoque & in universa civitate deficeret. Ultima
viderunt interpretes, dubio procul est vitiosa, cum sensu
menti Ciceronianæ prorsus contrarium. Legendum puto
versa civitate defluerei, quæ quidem minima est mutatio.
obiter. Similium vero locutionum exempla suppeditabit J
novius in Seneca lib. IV. Nat. Quæst. Præfat. Quærendu
est, quomodo possit hoc, quod vult Noster, in Vellejum
convenire, cum fuerit Romanorum *urbanitate limatus.*
nus esse potest, qui salibus caret? Si nescis, adi Quintil.
VI. 3. Legendum arbitror, *Nec vero hoc in te unà convenit*
Tullius Vellejum ab ea stupiditate, quam reliquis impegi
reis, immunem præstabit. *Davis.* Omnes interpretes se
vocem *uno* non posse ferri, & solliciti fuerunt de alia voc
stituenda. Walker legit, *omninò*, verùm Davisii *unà* mih
arrideret, si poneretur post *convenit.* Antequam eorum
tiones legeram, putabam legendum, *in te viro.* Qui
vett. Codd. sciunt, facile *viro* in *uno* posse mutari. præter
piam in sequentibus, *cum in reliquos vestros &c.* legitur in
tivo, quomodo illud posset poni in ablativo? Lego itaq

bus domesticis ac nostrorum hominum urbanitate limato: sed cùm in reliquos vestros, tum in eum maximè, qui ista peperit, hominem sine arte, sine litteris, insultantem in omnes, sine acumine ullo, sine auctoritate, sine lepore.

XXX. Dico igitur providentiâ deorum mundum & omnes mundi partes & initio constitutas esse, & omni tempore administrari: eamque disputationem tres in partes nostri ferè dividunt; quarum pars prima est, quæ ducitur ab ea ratione, quæ docet esse deos: quo concesso confitendum est, eorum consilio mundum administrari. Secunda est autem, quæ docet, omnes res subjectas esse naturæ sentienti, ab eaque omnia pulcerrimè geri. [8] quo constituto, sequitur ab animantibus principiis eam esse generatam. Tertius locus est, qui ducitur ex admiratione rerum cælestium atque terrestrium. 75

Primùm igitur aut negandum est, deos esse, [9] quod & Democritus simulacra, & Epicurus, imagines inducens, quodam pacto negat: aut, qui deos esse concedant, iis fatendum est, eos aliquid agere, idque præclarum. nihil est autem præclarius mundi administratione. deorum igitur consilio [i] administratur. Quod si aliter est, aliquid profectò sit necesse est melius, & majore vi præditum, quàm [k] deos, quale id cumque est, sive inanima natura, sive necessitas vi magna incitata, hæc pulcerrima opera efficiens, quæ videmus. 76

i mundus *addunt alii.*
k deus *Lamb.*

Non

rum, & limatum. Ita videtur mihi Cicero semper loqui: *Convenit in eum suspicio. Id in eam ætatem non convenit. &c.* Bouhier.

8. *Quo constituto, sequitur ab animantibus principiis eam esse generatam.*] Nimirum naturam sentientem ab animantibus principiis esse generatam. At nihil tale sequitur ex hac secunda parte, quæ instituitur, ut doceat, mundum providentiâ Deorum & initio constitutum esse, & semper administrari. Quid igitur? Ita scilicet emendandum arbitror, *eum esse generatum*, id est mundum. *Walker.* Walker rectissimè docuit, vocem *eam* referri non posse nisi ad naturam, quod non convenit argumentationi Balbi, & ideo ille corrigit: *Eum esse generatum*, ut respiciat ad *mundum*, quod præcessit; verùm melius legeret, *ea esse generata*, ut voces istæ referantur ad *ea omnia*, quod præcessit. *Bouhier.*

9. *Quod & Democritus simulacra, & Epicurus imagines inducens.*] Nomen *Epicurus* non legitur in manuscripto, & certe videtur abundare. *Ursin.*

 10. *Ter-*

77 Non est igitur natura deorum præpotens, neq
cellens, siquidem ea subjecta est ei vel necessitat
naturæ, quâ cælum, maria [10] terræque regantu
hil autem est præstantius deo. ab eo igitur nece
mundum regi. Nulli igitur est naturæ obedier
subjectus deus. Omnem ergo regit ipse naturam.
si concedimus, intelligentes esse deos, concedimu
providentes, & rerum quidem maximarum.
utrum ignorant, quæ res maximæ sint, quoq
modo tractandæ & tuendæ; an vim non habent
tantas res sustineant & gerant? at & ignoratio
aliena naturæ deorum est; & sustinendi muneris
imbecillitatem difficultas minimè cadit in maj
deorum. Ex quo efficitur id, quod volumus,
providentiâ mundum administrari.

F. B.

l qui tantas MS.

78 XXXI. Atqui necesse est, cùm sint dii, s
sint, ut profectò sunt, animantes esse, nec sol
mantes, sed etiam rationis compotes, inter sequ
civili conciliatione & societate conjunctos,
mundum, ut communem rempublicam atque
aliquam [m] regentes.

m regentis MS.

79 Sequitur, ut eadem sit in his, quæ in ger
mano, ratio, eadem [n] veritas utrobique sit ea
lex: quæ est recti præceptio pravique depulsio.
intelligitur, prudentiam quoque & mentem à
homines pervenisse: ob eamque causam majoru
tutis mens, fides, virtus, concordia, consec
publicè dedicatæ sunt. [o] Quæ quî convenit per
esse negare, cùm [p] eorum augusta & sancta si
veneremur? quòd si inest in hominum genere
fides, virtus, concordia: unde hæc in terras, n
peris, defluere potuerunt? cúmque sit in nobis
lium, ratio, prudentia; necesse est, deos hæc i
bere majora, nec habere solùm, sed etiam his
maximis & optimis rebus.

n virtus MS. & Davis.

o Quas Bouhier.

p earum Idem.

q vel MSS.

80 Nihil autem est [q] nec majus, [q] nec melius

10. *Terra regantur.*] Sic necessariò legendum, etiamsi co
reclamarent. nunc, cum omnes ad unum hanc lectione
probent, non est dubium, quin lectio vulgata, *terræque*
sit ejicienda, quia sententia désinat in clausulam versus
quod in oratione soluta esse vitiosum docet ipse Cicero
Orat. *Lambin.*

necesse est ergo, eum deorum consilio & providentiâ administrari. Postremò cùm satis docuerimus, hos esse deos, quorum insignem vim & illustrem faciem vide- P. XLII.
remus, solem dico, & lunam, & vagas stellas, & inerrantes, & cælum, & mundum ipsum, & earum rerum vim, quæ inessent in omni mundo cum magno usu & commoditate generis humani: efficitur, omnia regi divina mente atque providentiâ. Ac de prima quidem parte satis dictum est.

XXXII. SEQUITUR, ut doceam, omnia subjecta 81
esse naturæ, eaque ab ea pulcerrimè [r] regi. Sed quid sit [r] Davis. geri.
ipsa natura explicandum est antè breviter, quo faciliùs id, quòd docere [s] volumus, intelligi possit. Namque [s] velimus Davis.
alii naturam censent esse vim quandam sine ratione, cientem motus in corporibus necessarios: [11] alii autem, vim participem rationis atque ordinis; tamquam viâ progredientem declarantemque, quid cujusque rei causa efficiat, quid sequatur, cujus sollertiam nulla ars, nulla manus, nemo opifex consequi possit imitando. seminis enim vim esse tantam, ut id, quamquam sit perexiguum, tamen si inciderit in concipientem comprehendentemque naturam, nactumque sit materiam, quâ ali augerique possit, ita fingat & efficiat in suo quidque genere; partim ut tantummodò per stirpes alantur suas, partim ut moveri etiam, & sentire, & appetere possint, & ex sese similia sui gignere.

Sunt autem, qui omnia naturæ nomine appellent, ut 82
Epicurus, qui ita dividit, omnium, quæ [t] sint, natu- [t] sunt in naturâ MS.
ram esse corpora & inane, quæque his accidant. Sed nos cùm dicimus naturâ constare administrarique mundum, non ita dicimus, ut glebam, aut fragmentum lapidis, aut aliquid ejusmodi, [12] nullâ cohærendi naturâ,

11. *Alii autem vim participem rationis &c.*] Lectio vulg. forsan rectè se habet, sed tamen mirum est, Balbum, adferentem huc varias definitiones naturæ, oblivisci sententiam Zenonis, præceptoris sui, scilicet eam esse potestatem rationis participem, quæ format & animat res omnes. Vocula *vim* reperitur quidem in quodam MS. à Davisio inspecto, sed addita à manu recentiore. Quid si legamus, *alii ignem, participem rationis atque ordinis, tanquam viâ progredientem.* Vide definitionem Zenonis supra cap. 22. *Bouhier*

12. *Nulla cohærendi natura &c.*] Quid sibi velit hoc, *nulla cohærendi natura*, fateor ingenuè me non videre. Quid enim? nonne

râ, ſed ut arborem, ut animal, in quibus nulla te
B. tas, ſed ordo apparet & artis quædam ſimilitudo
83 XXXIII. Quod si ea, quæ à terra ſtirpibus
nentur, arte naturæ vivunt & vigent: profectò
deeſt S. terra eadem vi continetur [v] & arte naturæ, c
quæ gravidata ſeminibus omnia pariat & fund
ſeſe, ſtirpes amplexa alat & augeat, ipſaque ala
ciſſim à ſuperis externiſque naturis. Ejuſdemqu
era ſpirationibus aër alitur, & æther, & omnia [x] ſ
Ita, ſi terra naturâ tenetur & viget, eadem ra
reliquo mundo eſt. ſtirpes enim terræ inhærent.
ſpira- mantes autem [y] adſpiratione aëris ſuſtinentur: i
alii. aër nobiſcum videt, nobiſcum audit, nobiſcum
nihil enim eorum ſine eo fieri poteſt. Quin etia
vetur nobiſcum. quacumque enim imus, quac
movemur, videtur quaſi locum dare & cedere.
84 Quæque in medium locum mundi, qui eſt in
& quæ à medio in ſuperum, quæque converſio
tunda circùm medium feruntur, ea continentem

ne lapidis, aut glebæ, aut ligni partes, quæ conſtituun
lapidem, totam glebam, totum lignum, inter ſe cohær
hoc dicit, fragmenta lapidis jam non cohærere cum toto
neque fragmenta glebæ cum tota gleba? & ita ordine ca
arte? quorſùm hæc? videtur enim conſtituere velle diſcrim
res inanimas & res animatas, ut in his ſit aliquis ordo
quædam ſimilitudo; item rationis, in illis nullus ordo, n
tio. quare videtur pro *cohærendi* legendum vel *creſcendi*,
leſcendi, vel aliquid aliud tale. Contrà nihil videtur mut
nam perſpicuè diſcrimen conſtituit inter totam terram & p
lam terræ: quod terra tota ordinem quendam & artem pr
rat: non item terræ fragmenta. *Lambin.* *Nulla cohærendi*
Doctiſſ. Lambinus ingenuè fatetur, ſe non intelligere, q
velit, *nulla cohærendi natura*; aggreſſus eſt tamen explicar
ita fluctuat, & inchoata imperfectaque ſenſa mentis tam
promit, ut, perlectâ ejus notâ, nihilo magis intelligam.
igitur, an ſic nos recte obſcurum hunc locum explicemus.
dicimus, mundum conſtare & adminiſtrari naturâ, non di
ita naturâ conſtare, ut glebam aut fragmentum lapidis,
hærendi naturâ, id eſt, ut mundi partes tantùm ὡς ἔτυχεν, i
& fortuitò, cohæreant inter ſe, ſed ita naturâ conſtare,
borem, ut animal, in quibus ſummus ordo perfectaque
neceſſaria eſt ad vivendum, & ædificatore mundi Deo adhi
haud ſcio igitur an recte reſcribamus: ——— *Sola cohærena*
râ. Origines περὶ Εὐχῆς pag. 19. Edit. Oxon. Τῶν κινουμέ
μέν τινα τὸ κινοῦν ἔξωθεν ἔχει ὥσπερ τὰ ἄψυχα, καὶ ὑπὸ
μόνης συνεχόμενα. *Walker.*

efficiunt unamque naturam. Et cùm quattùor sint genera corporum, vicissitudine eorum mundi continuata natura est. Nam ex terra aqua: ex aqua oritur aër: ex aëre æther: deinde retrorsum vicissim ex æthere aër: [13] ex aëre aqua: ex aqua terra infima. Sic naturis his, ex quibus omnia constant, [z] sursum, deorsum, ultrò [a] citróque commeantibus, mundi partium conjunctio continetur.

z sursus, deorsus MSS.

a citro com. MSS.

85 Quæ aut sempiterna sit necesse est, hoc eodem ornatu, quem videmus: aut certè perdiuturna, permanens ad longinquum & immensum pænè tempus. [14] Quorum utrumvis ut sit, sequitur, naturâ mundum administrari. Quæ enim classium navigatio, aut quæ instructio exercitus, aut rursus (ut ea, quæ natura efficit, conferamus) quæ procreatio vitis, aut arboris, quæ porrò animantis figura conformatioque membrorum, tantam naturæ sollertiam significat, quantam ipse mundus? aut igitur nihil est, quod [b] sentiente naturâ regatur: aut mundum regi confitendum est. Etenim 86 qui reliquas naturas omnes earumque semina contineat, quî potest ipse non naturâ administrari? ut, [c] siqui dentes & pubertatem natura dicat exsistere: ipsum autem hominem, cui ea exsistant, non constare naturâ: non intelligat, ea, quæ efferant aliquid ex sese, perfectiores habere naturas quàm ea, quæ ex iis efferantur.

P. XLIII.

b à sent. *Lamb.*

c siquidem eis *MS.*

XXXIV. OMNIUM autem rerum, quæ naturâ administrantur, seminator, & sator, & parens, ut ita dicam, atque educator & [d] altor est mundus: omniaque, sicut membra & partes suas, nutricatur & continet. Quod si mundi partes naturâ administrantur, necesse est mundum ipsum naturâ administrari: cujus quidem administratio nihil habet in se, quod reprehen-

d alitor *MSS.*

di

13. *Ex aëre aqua.*] Ut Victorius, sic membrana Buslidiana, *inde aqua*, quomodo & editio Hervagii, quod non aliter à Cicerone accepi quàm ab omnibus Romanis eleganter adhibita adverbia loco præpositionis & adjectivi ob gratam ipsis varietatem. *Gronov.*

14. *Quorum utrumvis ut sit, sequitur &c.*] Jo. Pricæus in notis ad quintum librum Milesf. Apuleji ponit quæstionem, [Unde scimus an & hîc scribendum? *utrum utrum sit.*] cui facile responderi potest, & librorum veterum concordiâ sciri satis, non ita hic scribendum. *Idem.*

15. Vi-

di possit. ex iis enim naturis, quæ erant, quod e
87 potuit optimum, effectum est. Doceat ergo aliquis
tuisse melius. Sed nemo umquam docebit: & , si
corrigere aliquid volet, aut deterius facit, aut id, q
fieri non potuit, desiderabit. Quòd si omnes m
partes ita constitutæ sunt, ut neque ad usum meli
potuerint esse, neque ad speciem pulcriores : [15] vi
mus, utrùm ea [e] fortuita sint, an eo statu, quo co
rere nullo modo potuerint, nisi sensu moderante
nâque providentiâ. Si ergo meliora sunt ea, quæ
turâ, quàm illa, quæ arte perfecta sunt: nec ars e
quidquam sine ratione: ne natura quidem rationis
pers est habenda. Quî igitur convenit, signum au
bulam pictam cùm adspexeris, scire adhibitam esse
tem: cúmque procul cursum navigii videris, non d
tare, quin id ratione atque arte moveatur: aut
solarium vel descriptum, [f] aut ex aqua contemplere
telligere declarari horas arte, non casu: mundum
tem, qui & has ipsas artes, & earum artifices, &
cta complectatur, consilii & rationis esse expertem
88 tare? Quòd si in Scythiam, aut in Britanniam, sp
ram aliquis tulerit hanc, quam nuper familiaris no
effecit Posidonius, cujus singulæ conversiones idem
ciunt in sole, & in luna, & in quinque stellis err
bus, quod efficitur in cælo singulis diebus & noct
quis in illa [g] barbarie dubitet, quin ea sphæra sit pe
cta ratione?

XXXV. HI AUTEM dubitant de mundo, ex qu
oriuntur & fiunt omnia, casune ipse sit effectus,
necessitate aliqua, an ratione [h] ac mente divina
Archimedem arbitrantur plus valuisse [i] in imita
sphæræ conversionibus quàm naturam in efficien
præsertim cùm multis partibus sint illa perfecta q
89 hæc simulata sollertiùs. [k] Atqui ille apud [l] Attium

e fortuitæ MS.
P. B.
f vel *conj.* *Lamb.*
g barbaria MS.
h an *alii.*
i etiam in MS.
k Atque *alii.*
l Actium *alii.*

15. *Videamus, utrum ea fortuita sint, an.*] Nescio an prob
sit Gruteri aliorumque ante eum sententia, qui *τὸ ne*, quod ab V
rio & Hervagio inter *τὸ fortuita* & *τὸ sunt* ponitur, penitus dam
& omittunt. Certe quum eam voculam viderim exstare in Bus
no, non dubito quin & ipse repererit in Palatinis. Imo Cice
est. Et cur hîc magis tacent quàm in oratione pro Quintio ca
ubi notat, MSStos habere. *Nunc in discrimen versatur, utrum*
sitne se parsimonia defendere, an &c. GRONOV.

16.

r, qui navem numquam antè vidisset, ut procul di-ıum & novum vehiculum Argonautarum [m] è monte nspexit; primò admirans & perterritus, hoc modo ıuitur:

m ex alto ed. vet.

—— [16] tanta moles labitur
[17] Fremebunda ex alto, ingenti [18] sonitu & spiritu:
Præ se undas [n] volvit: vertices vi suscitat,
Ruit prolapsa: pelagus respergit: [o] proflwit.
Ita dum interruptum credas nimbum volvier,
Dum quod sublime ventis expulsum rapi
Saxum, aut procellis, vel globosos turbines
Exsistere ictos undis concursantibus:
Nisi quas terrestres Pontus strages conciet:
Aut fortè Triton fuscina [p] evertens specus,
Subter radices penitus undanti in freto
Molem ex profundo saxeam ad cælum [q] eruit.

n evolvit MSS.
o restat Lamb.
P. XLIV.
p everrens alii.
q vomit alii & Prisc.

ubitat primò, quæ sit ea natura, quam cernit igno-m: idemque, juvenibus visis, auditoque nautico ıntu,

[19] Sicut inciti atque alacres rostris perfremunt

Del-

16. *Tanta moles labitur.*] Subscribam versus à Cicerone ex Attio olatos, ita, ut mihi quidem videntur legendi:

—— Quanta moles labitur
Fremebunda ex alto, ingenti sonitu & spiritu:
Præ se undas volvit: vortices vi suscitat,
Ruit prolapsa Pelagus respergit restans.
Ita tum interruptum credas nimbum volvier,
Tum quod sublime ventis expulsum rapi
Saxum, aut procellis, vel globosos turbines
Exsistere actos undis concursantibus:
Nisi quas terrestres Pontus strages conciet:
Aut forte Triton fuscina evertens specus
Subter radices penitus undanti in freto
Molem ex profundo saxeam ad cælum vomit. Bouhier.

17. *Fremebunda ex alto &c.*] Priscianus libro de Metris Comicis io quàm hîc leguntur ordine legit. sic enim ille: *Aut fortè Tri-s fuscina evertens specus, Subter radices penitus undanti in freto olem ex prof. saxa ad cælum vomit. Fremebunda ex alto, ingenti v. &c.* Lambin.

18. *Sonitu & spiritu.*] Qui, pro *spiritu*, legere malebant *strepi-*, non animadverterunt, ex sua lectione versum claudicare. hunc item versum & alios consequentes recitat Priscianus in libro : Comicis metris. *P. Manut.*

19. *Sicut inciti atque alacres nostris perfremunt.*] Metire versum pe-

Delphini. —
item alia multa.

— *Silvani melo*
Consimilem ad aures cantum & auditum refert.

90 Ergo ut hic primo adſpectu inanimum quiddam ſe
ſuque vacuum ſe putat cernere; pòſt autem ſignis c
tioribus, quale ſit id, de quo dubitaverat, incipit
ſpicari: ſic philoſophi debuerunt, ſi fortè eos prim
adſpectus mundi conturbaverat, poſteà, cùm vidiſſe
motus ejus finitos & æquabiles, omniaque ratis ord
nibus moderata immutabilique conſtantia, intellige
ineſſe aliquem non ſolùm habitatorem in hac cæleſti
divina domo, ſed etiam rectorem, & moderatorem,
tamquam architectum tanti operis tantique muneris.

iemini XXXVI. NUNC AUTEM mihi [r] videntur ne ſuſp
cari quidem, quanta ſit admirabilitas cæleſtium rerum
91 atque terreſtrium. Principio enim terra, ſita in med
parte mundi, circumfuſa undique eſt [20] hac animabil
ſpirabilique natura, cui nomen eſt aër, Græcum illud
quidem, ſed perceptum jam tamen uſu à noſtris: tritum
eſt enim pro Latino. Hunc rurſus amplectitur immen-
ſus æther, qui conſtat ex altiſſimis ignibus. Mutuemur
hoc quoque verbum, dicaturque tam æther Latinè
quàm dicitur aër: etſi interpretatur Pacuvius:

Hoc, [21] quod memoro, noſtri cælum, Graji perhibent
æthera.

Quaſ

pedibus, vitium deprehendes, quod mutatione parva tolletur
ſi, pro *ſicut inciti*, legas, *ſicuti citi*. P. Manut.

20. *Hac animabili ſpirabilique.*] Junius ex Probo legit, *animali*
contrà Servius apud Virgil. ad illum locum lib. III. Æn. *Per hoc*
cæli ſpirabile lumen: legit, *ſpirabile*; ſic enim ille; *Spirabile, i*
eſt vitale, quo ſpiramus: & eſt ſermo Ciceronis; quamquam il
dixit ſpirabile in libris de Nat. Deor. Lambin. *Hac animabili.*] Qu
dam codd. *amabili*, ſive *amicabili*. videatur Hadrianus Junius li
IV. Animadv. cap. 20. qui mallet ex Probo *animali*. Gruter. Sin
dubio *animali ſpirabilique* eſt legendum, ut Junius vidit è Prob
in VI. Virg. Eclogam; & ita Cicero ſemper loquitur. Servi
quidem ad Æn III ℣. 600. videtur legiſſe *ſpiritabili*, ſed exem
plar mendoſum potuit ſecutus eſſe. Cicero eodem modo dixit ſu
pra, *animum illum ſpirabilem*. Bouhier.

21. *Hoc, quod memoro, noſtri cælum, &c.*] Non dubito, quin h
locus ſit idem, qui citatur à Varrone de Lingua Lat. lib. IV.

Hoc vide circum ſupraque, quod complexu continet
Terram, id quod noſtri cælum memorant,

Quasi verò non Grajus hoc dicat. At Latinè loqui-
r. Siquidem nos non quasi Græcè loquentem audia- P. B.
us. [22] Docet idem alio loco.

Grajugena de isto aperit [s] *ipsa* [t] *oratio.* s *ista* MS. t *ratio* MS.

Sed ad majora redeamus. Ex æthere igitur innume- 92
biles flammæ siderum exsistunt; quorum est princeps
l, omnia clarissima luce collustrans, multis partibus
ajor atque amplior quàm terra universa: deinde
liqua sidera magnitudinibus immensis. Atque hi tanti
nes tamque multi non modò nihil nocent terris re-
isque terrestribus, sed ita prosunt, ut si mota loco
it, conflagrare terras necesse sit à tantis ardoribus,
oderatione & temperatione sublata.

XXXVII. Hîc ego non mirer esse quemquam, 93
ui sibi persuadeat, corpora quædam solida atque in-
vidua vi & gravitate ferri, mundumque effici orna-
simum & pulcerrimum ex eorum corporum concur-
one fortuita? Hoc qui existimat fieri potuisse, non in-
lligo, cur non idem putet, si innumerabiles [23] unius
viginti formæ litterarum vel aureæ, vel quales libet,
quo [v] conjiciantur, posse ex his in terram excussis an- v conicianitur MS.
nales

ıæ est etiam sententia Scaligeri & G. J. Vossii. Primæ voces sunt
ditæ per Ciceronem, qui noluit versum priorem adducere, sed
didit *quod*, ut sensum faceret integrum. Ita solet, quando suos
ius versus adfert, ut exemplis docuit Grotius ad Aratum pag.
. Scribendum est igitur, *memorant*, ut apud Varronem. Reli-
a, quæ ad idem fragmentum pertinent, reperiuntur in fine li-
1. de Div. & eruditi recte statuunt, versus istos esse sumtos è
agœdia, cui nomen Chryses. Cicero Græcum, qui ita philo-
ohatur, opportunè ridet, proferendo ejus verba: *Quod memo-
nt nostri cælum.* Bouhier.

22. *Docet idem alio loco.*] Davisius mutat *docet* in *dicit*; verùm
us convenit melius. Pacuvius ipse nos docet, inquit Balbus,
agœdiam istam esse translatam è Græco; & forsan de Sopho-
, qui Tragœdiam eo argumento fecerat. Walker legendum
sset, *ut docet*; verùm illud non est necessarium. Paulo post le-
ur: *ut si mota loco sint*, ubi Walker legit *moti*, & refert ad
es. Lege, *mota*, & refer ad *terras.* mutatio erit minor, &
sus æquè bonus. *Idem.*

23. *Unius & viginti formæ litterarum.*] Vide Dissertat. meam de
scis Græc. & Lat. Litteris, impressam in fine Palæographiæ
ontfalconii. Quinque litteræ, additæ tempore Ciceronis, erant
Q. V. X. Z. nam H. magis adspiratio erat quàm littera.
m.

nales Ennii, ut deinceps legi possint, effici: quod nescio an ne in uno quidem versu possit tantum valere fortuna.

94 [24] Isti autem quemadmodum asseverant, ex corpusculis non colore, non qualitate aliqua, quam ποιότητα Græci vocant, non sensu præditis, sed concurrentibus temerè atque casu, mundum esse perfectum? vel innumerabiles potiùs in omni puncto temporis alios nasci, alios interire? Quòd si mundum efficere potest concursus atomorum, cur porticum, cur templum, cur domum, cur urbem non potest? quæ sunt minùs operosa & multo quidem faciliora. Certè ita temerè de P. XLV. mundo effutiunt, ut mihi quidem numquam hunc admirabilem cæli ornatum, qui locus est proximus, suspexisse videantur.

95 Præclarè ergo [25] Aristoteles, *si essent*, inquit, *qui sub terra semper habitavissent, bonis & illustribus domiciliis, quæ essent ornata signis atque picturis, instructaque rebus iis omnibus, quibus abundant ii, qui beati putantur, nec tamen exissent umquam supra terram: accepissent autem fama & auditione, esse quoddam numen & vim deorum: deinde* [x] *aliquo tempore, patefactis terræ*

x *alio* MS.

fau-

24. *Isti autem, quemadmodum adseverant, &c.*] In omnibus editionibus ad finem hujus periodi ponitur interrogandi nota; verùm ea, cùm sensum præcedentium & sequentium verborum corrumpit, est tollenda. *Bouhier.*

25. *Aristoteles.*] Ab autoritate. Non puto ea hodie Aristotelica exstare, unde hæc sunt desumpta. Mecum sentiunt Aristotelicæ doctrinæ antistites, redolent τὰ ἐξωτερικά. Quia verò in ornatus mentionem incidimus, paucula de hoc etiam annotabimus. Plin. lib. II. cap. 4. consensu gentium se motum affirmat, ut quem κόσμον Græci nomine ornamenti appellaverint, eum & ipse à perfecta absolutaque elegantia mundum diceret. Cleomedes de hac, quam διακόσμησιν nominat, elegantiâ dicturus, τοῦ κόσμου plures esse significationes innuit. Ceteras hic nos quoque prætermittimus. Affirmant Pythagoram primum rerum universitatem, τὴν ὅλων περιοχὴν, κόσμον appellasse, ἐκ τῆς ἐν αὐτῷ τάξεως. Cic. ex Platonis Timæo non mundum tantum, sed lucentem mundum nominat. Libellus ille præclarus, qui Aristotelis nomine de Mundo inscribitur, non mundum ab ornatu, sed ornatum à mundo potius dici affirmare videtur. Sic enim in eo legitur: Τό τε καλὸν πᾶν ἐπώνυμόν ἐστι τούτου, καὶ τὸ τεταγμένον ἀπὸ τοῦ κόσμου λεγόμενον κεκοσμῆσθαι. & quæ deinde sequuntur. Pulchritudinem autem hanc quatuor potissimum rebus, ut apud Plut. legitur, æstimat. *Betuleius.*

26. *Ha*

faucibus, ex illis abditis sedibus evadere in hæc loca, quæ nos incolimus, atque exire potuissent: cùm repentè terram & maria cælumque vidissent; nubium magnitudinem ventorumque vim cognovissent, adspexissentque solem, ejusque tum magnitudinem pulcritudinemque tum etiam efficientiam cognovissent, quòd is diem efficeret, toto cælo luce diffusa: cùm autem terras nox [y] *opacasset, tum cælum* [z] *totum cernerent astris distinctum & ornatum, lunæque luminum varietatem tum crescentis tum senescentis, eorumque omnium ortus & occasus, atque in omni æternitate ratos immutabilesque cursus:* [26] *hæc cùm viderent, profectò & esse deos, & hæc tanta opera deorum esse arbitrarentur.* Atque hæc quidem ille.

y occupasset MS.
z tot MSS.

XXXVIII. NOS AUTEM tenebras cogitemus tantas, quantæ quondam eruptione Ætnæorum ignium finitimas regiones obscuravisse dicuntur, ut [a] per biduum nemo hominem homo [b] agnosceret: cùm autem tertio die sol illuxisset, tum ut revixisse sibi viderentur. [c] Quòd si hoc idem ex æternis tenebris contingeret, ut subitò lucem adspiceremus: quænam species cæli videretur? Sed assiduitate quotidiana & consuetudine oculorum assuescunt animi: neque admirantur, neque [d] requirunt rationes earum rerum, quas semper vident: [e] proinde quasi novitas nos magis quàm magnitudo rerum debeat ad exquirendas causas excitare. 96

a biduo *MS.*
b cognosc. *MS.*
c Hoc si idem *MS.* P. B.
d exquirunt *alii.*
e perinde *Lamb.*

[27] Quis enim hunc hominem dixerit, qui cùm tam certos cæli motus, tam [f] ratos astrorum ordines, tamque omnia inter se connexa & apta viderit, neget in his ullam inesse rationem, eaque casu fieri dicat, quæ quanto consilio gerantur, nullo consilio assequi possumus? an cùm machinatione quadam moveri aliquid videmus, ut sphæram, ut horas, ut alia permulta; non dubitamus, quin illa opera sint rationis: cùm autem [g] impetum cæli admirabili cum celeritate moveri vertique 97

f statos *Nonius. Bouhier.*
g ambitum *Davis.*

26. *Hæc cùm viderent, profectò.*] Hodie quidem passim ita legitur. sed Aldi vetus editio, *Quæ cùm viderent*, quod & in duobus Wouw. & Pal. tert. nam sec. *quæ quæ cùm vid.* quibus varietatibus ferè inducor, ut putem verborum illam trigam esse à mala librariorum manu. *Gruter.*

27. *Quis enim hunc hominem dixerit, &c.*] Profert hunc locum Nonius in voce *aptus.* ubi animadversione dignum est, legi pro *tam ratos astrorum ordines*, quo modo habent omnes libri & mss. & impressi, *tam status astrorum ordines.* Lambin.

que videamus, constantissimè conficientem vicissitudines anniversarias, cum summa salute & conservatione rerum omnium: dubitamus, quin ea non solùm ratione fiant, sed etiam excellenti quadam divinaque ratione?
98 Licet enim jam, remota subtilitate disputandi, oculis quodammodo contemplari pulcritudinem rerum earum, quas divinâ providentiâ dicimus constitutas.

XXXIX. Ac principio terra universa cernatur, locata in media mundi sede, solida, & globosa, & undique ipsa in sese [h] nutibus suis conglobata, vestita floribus, herbis, arboribus, frugibus. quorum omnium incredibilis multitudo insatiabili varietate distinguitur. Adde huc fontium gelidas peremnitates, liquores perlucidos amnium, riparum vestitus viridissimos, [28] speluncarum concavas altitudines, saxorum asperitates, impendentium montium altitudines immensitatesque camporum: adde etiam reconditas auri argentique venas infinitamque vim marmoris.

h nixibus *Cleric.*

99 Quæ verò & quàm varia genera bestiarum vel cicurum, vel ferarum? qui volucrum lapsus atque cantus? qui pecudum pastus? quæ vita silvestrium? Quid jam de hominum genere dicam? qui quasi cultores terræ constituti, non patiuntur eam nec immanitate [i] beluarum efferari, nec [29] stirpium asperitate [k] vastari: quorumque operibus agri, insulæ litoraque collucent, distincta tectis & urbibus. Quæ si, ut animis, sic oculis videre possemus, nemo, cunctam [l] intuens terram, de divina ratione dubitaret.

P. XLVI.

i belluar. *alii.*

k vastescere *alii.*

l contuens *MS.*

100 At verò quanta maris est pulcritudo? quæ species universi? quæ multitudo & varietas insularum? quæ [m] amœnitates orarum & litorum? quot genera, quamque

m amœnitas *MS.*

28. *Speluncarum concavas altitudines.*] Sæpe fateor & scio, Tullium non refugere iterationes eorundem vocabulorum in viciniis periodis, ut hoc loco potest videri fecisse in v. *altitudines*. ut habent editiones, quantum novi, omnes & alii MSS. Sed quid tamen censebimus? In membrana Cantabrigiensi legebam diserte pro his tribus vocibus modo *speluncarum concava*. Gronov. *Solitudines* placet Bouhierio, qui etiam Lambini conjecturam *latitudines* laudat.

29 *Stirpium asperitate vastari.*] Quia locus hic profertur à Nonio in *vastescant*, Lambinus putavit hîc legendum esse, *vastescere*, sed fallitur, ut observavit Josias Mercerus ad Nonium; nam ibi non tantum legitur *vastari*, ut hic, sed etiam in voce *vastitas*, ubi hic locus denuò profertur. *Bouhier.*

30. *Ipsum*

isparia partim submersarum, partim fluitantium
ınantium beluarum, partim ad saxa nnativis testis n innatantium *alii.*
entium? 30 Ipsum autem mare sic terram appetens
ıus eludit, ut una ex duabus naturis conflata vi-
r. Exinde mari finitimus aër die & nocte di- 101
itur: isque tum fusus & extenuatus sublime fer-
tum autem concretus in nubes cogitur, humo-
ıe colligens terram auget imbribus: tum effluens
x illuc ventos efficit. Idem annuas frigorum
orum facit varietates: idemque & volatus alitum o Spiritus *Vict.*
:t, & o spiritu ductus alit & sustentat animantes.
ı. RESTAT ultimus 31 & à domiciliis nostris al-
ıs, omnia cingens & coercens cæli complexus:
em æther vocatur, extrema ora & determinatio
i: in quo cum admirabilitate maxima igneæ for-
:ursus p ordinatos definiunt. E quibus sol, cujus 102
itudine multis partibus terra superatur, circùm eam p determinatos *MS.*
volvitur. isque oriens & occidens diem no-
ue conficit: & modò accedens, tum autem rece-
binas in singulis annis reversiones ab extremo P. B.
ırias facit: quarum intervallo tum quasi tristitia
ım contrahit terram, tum vicissim lætificat, ut cum
hilarata videatur.

Luna

Ipsum autem mare &c.] Putaverim olim, pro *cludit*, seu , legendum, *clauditur.* sed cùm libb. vett. habeant, *litori-* *lit*, quid est opus conjecturâ? Nam sic ferè loquitur in ıi: *Aquillius quærentibus iis, ad quos id pertineret, quid us:* *ita definire, quà fluctus alluderet*, aliàs *eluderet*, o, *litoribus cludit*, aut *claudit*, ferri non potest. *litoribus* ır probarem, nisi tam longè abesset ab antiqua scriptura.
. *Littoribus eludit.*] Non refugi admittere scripturam Pala- n, inventam item Lambino in suis. vulgata *cludit.* insulsè.
Litoribus eludit.] Cum Davisio legendum est, *alludit*, & ıendum est tollendum ex alio Ciceronis loco Topic. cap. dicit: *Litus ita definire, quà fluctus eluderet.* Isidorus Ety- b. xv. cap. 8. videtur legisse, *quod fluctus alludit.* Saltem in impressis, sed duo antiquiss. Codd. Isidori, quos habeo, ıt, *aqua fluctus*, & in altero est, *eluit*, in altero, *eludit*; gendum crediderim, *qua fluctus alludit*, quod etiam placuit ph. Polero Pareg. cap. 5. aut potius, *alluit:* nam Cicero cripsisse, *allueret*, quod locus Isidori videtur innuere. Eo- odo corrigendus Quintilianus Instit. v. 14. in fine, ubi in ıs editionibus legitur, *litus esse, qua fluctus eludit.* Bouhier.
Et à domiciliis nostris altissimus.] Horum nihil habet codex 'ouwerii, & nescio quàm animo meo non placeant. *Gruter.*

 32. *Car-*

103 Luna autem, quæ est, ut ostendunt mathemat
major quàm dimidia pars terræ, iisdem spatiis v
tur, quibus sol: sed tum congrediens cum sole,
q digrediens, & eam lucem, quam à sole accepit,
tit in terras, & varias ipsa mutationes lucis habet
que etiam tum subjecta atque opposita soli r
ejus & lumen obscurat; tum ipsa incidens in umb
terræ, cùm est è regione solis, interpositu interj
que terræ repentè deficit. iisdemque spatiis hæ
læ, quas vagas dicimus, circùm terram feruntur,
demque modo oriuntur & occidunt: quarum n
tum incitantur, tum retardantur, sæpe etiam insi
Quo spectaculo nihil potest admirabilius esse, nihil
104 crius. Sequitur stellarum inerrantium maxima mu
do: quarum ita descripta distinctio est, ut ex not
figurarum similitudine nomina invenerint.

q degrediens *Lamb.*

XLI. Atque hoc loco me intuens, Utar, in
32 carminibus Arati, eis, quæ à te admodum adole
tulo conversa ita me delectant, quia Latina sunt
multa ex iis memoriâ teneam. Ergo, ut oculis a
r videmus sine ulla mutatione aut varietate,

r videamus *Lamb.*

Cetera labuntur celeri cælestia motu,
Cum cæloque simul noctesque diesque feruntur.

105 Quorum contemplatione nullius expleri potest
mus, naturæ constantiam videre cupientis.

Extremusque adeò duplici de cardine vertex
Dicitur esse polus.

33 Hunc circùm ἄρκτοι duæ feruntur, numquam
dentes.

Ex his altera apud Graios Cynosura vocatur,
Altera dicitur esse Helice;

P. XLVII.

34 Cujus quidem clarissimas stellas totis noctibus c
mus,

35

32. *Carminibus Arati, eis, quæ &c.*] Walker legit, *A*
quæ &c. verùm non probo, cùm Balbus non loquatur de ip
rati versibus, sed de Ciceronis versione. *Bouhier.*

33. *Hunc circum ἄρκτοι duæ.*] *Arctoe* habet vetusti
codex, & recte: eodem enim modo *Adelphoe* apud Teren
& *Canephoroe* alibi scriptum reperitur. *Ursin.*

34. *Cujus quidem clarissimas stellas totis noctibus cernimus,*
nostri septem soliti vocitare Triones.] Versus iste videtur expr
Arati: Τὸ δὴ καλέονται ἅμαξαι, ut agnovit Grotius, illun

35 *Quas nostri septem soliti vocitare Triones.*

Pa-

one istius ponens, & ut satis patet per vocem *quas*. Hoc si ita :, ille debet sequi id, quod supra dictum est de duabus ursis, & æponi versibus, *Ex his altera &c* Et certe vox *Septentriones* non spicit ursam majorem solam, sed sine differentia datur minori ue ac majori. Varro apud Gellium lib. III. cap. 10. *Is nume- Septentriones majores minoresque facit in cælo.* Hyginus Poët. tron. I. 6. *Quæ signa ursarum specie ficta à nostris Septentriones ellantur.* Ita enim legendum est, ut & apud Isidorum Orig. . XIII. cap. 6. qui locum istum descripsit. Hyginus eandem n repetit ibid. lib. II. cap. 2. & propter eandem causam Virgi- s utramque ursam vocat *geminos Triones*, Æn. I. ȳs. 748. & lib. . ȳs. 516. quod Servius tamen non videtur intellexisse. Ipse cero infra cap. 43. minorem ursam vocat *minorem Septentrionem*. que credo, totum locum ita legendum: *Hunc circùm* Ἄρκτοι *e feruntur nunquam occidentes:*

> *Quas nostri septem soliti vocitare Triones:*
> *Ex his altera apud Grajos Cynosura vocatur;*
> *Altera dicitur esse Helice.*

ius (vel *hujus*) *quidem clarissimas stellas totis noctibus cernimus. ribusque stellis similiter distinctis* (aut potius, *distincta*, è Walkeri njectura) *eundem cæli verticem lustrat parva Cynosura.* Nihil vi- », quod huic meæ conjecturæ possit opponi præter locum Ci- onis Acad. Quæst. IV. 20. *Non ad illam parvulam Cynosuram, sed licen & ad clarissimos Septentriones:* verùm id tantum significat, jorem ursam esse clariorem minore. *Bouhier.*

5. *Quas nostri.*] Hoc in Arato non est, sed Cicero de suo in- pretandi officio adjecit. Gellius lib. II. cap. 21. Lælii Marcique rronis sententiæ subscribit, qui Triones rustico vocabulo boves ellatos scribunt, quasi quosdam Teriones, hoc est, arandæ endæque terræ idoneos. Itaque hoc sidus, quod à figura positu- ue ipsa, quia simile plaustri videtur, antiqui Græcorum ἅμαξ- dixerunt, nostri quoque veteres à bobus junctis Septentriones ellarunt, id est, à septem stellis, ex quibus quasi juncti Trio- figurantur. Deinde dubitare se dicit cum Varrone, an propter- magis hæ stellæ septem appellatæ sint Triones, quia ita sunt :, ut ternæ stellæ proximæ quæque inter se faciant trigona, id triquetras figuras, &c. Per antiquos Græcorum non Ara- ı modò intelligit, apud quem legitur, ut suprà vidimus,

> ——— Δύω δέ μιν ἀμφὶς ἔχουσαι
> Ἄρκτοι, ἅμα τροχόωσι, τὸ δὴ καλέονται ἅμαξαι.

Ipsum etiam Homerum, apud quem loco jam suprà citato hic sus legitur, item Od. ε. in navigatione Ulyssis,

> Ἄρκτόν θ' ἣν καὶ ἅμαξαν ἐπίκλησιν καλέουσι.

ioñ, ursæ nomen fabulæ esse dicit: τὴν δὲ ἅμαξαν, similitu- s. Atque hic etiam ἁματροχόωσι exponit: quatuor siquidem las ἀντὶ τροχῶν, pro rotis accipi. Septentrionis non dissimile d est, quo senex apud Euripid. in Iphigenia ἑπταπόρον no- iat. *Batteleius.*

Ggg ggg ggg 4 36. *Hæc*

106 Paribusque stellis similiter distinctis eundem cæli verticem lustrat parva Cynosura.

> [36] *Hac fidunt duce nocturna Phœnices in alto.*
> *Sed prior illa magis stellis distincta refulget,*
> *Et latè prima confestim à nocte videtur.*
> *Hæc verò parva est: sed nautis usus in hac est.*
> *Nam cursu interiore brevi convertitur orbe.*

XLII. ET QUO [s] sit earum stellarum admirabilior adspectus,

> *Has inter, veluti rapido cum gurgite flumen,*
> *Torvu' Draco serpit subter, [t] supraque revolvens*
> *Sese, conficiensque sinus è corpore flexos.*

107 Ejus cùm totius [v] est præclara species, in primis suspicienda est figura capitis atque ardor oculorum.

> *Huic non una modò caput ornans stella relucet,*
> *Verùm tempora sunt duplici fulgore notata,*
> *E trucibusque oculis duo fervida lumina flagrant,*
> *Atque uno mentum radianti sidere lucet:*
> *Obstipum caput [x] & tereti cervice reflexum,*
> *Obtutum in [y] cauda majoris figere dicas.*

108 Et reliquum quidem corpus draconis totis noctibus cernimus.

> *Hoc caput [37] hic paullum sese subitoque recondit,*
> *Or-*

[s] fit *MS.*

[t] *superáque* Lamb. & MS.

[v] sit *Bouh.*

[x] *à tereti* MS.

[y] *caudam* Grot. Bouh.

36. *Hac fidunt duce nocturna &c.*] Grotius ad hæc fragmenta, quæ leguntur sub finem Arateorum ejus, putat, *hac* non esse Arati, quia debuit interpres antea loqui de ursa majore, & quod, ut transitum faceret ad minorem, debuit dicere *illa*. verùm versus præcedens, qui periit, potuit habuisse aliquam vocem significantem, sermonem esse de ursa minore, ut in sequenti versu ursa major designatur per *prior illa*, in sequentibus quoque *hac* est semper minor, & *illa* major. Libro ultimo Quæst. Acad. cap. 20. ubi idem versus adfertur, qua *fidunt* legitur; sed ita solet Cicero versus in initio mutare, ut conveniant cum ipsius oratione, quemadmodum eodem loco citat, *qua cursu interiore*, quod hic est, *nam cursu interiore*. Bouhier.

37. *Hic paullum sese subitóque recondit.*] Licet nulla sit varietas in omnibus Ciceronis MSS. & Hygini editionibus, qui Poët. Astr. IV. 3. hos versus exhibet, Grotius tamen ostendit, *subitò* huc non convenire. Ceterùm Aratus non dicit simpliciter, caput hoc se abscondere, sed quod in undam cadit. νήχεται. Ideo Grotius legit, *subitò æquore condit*, quod ferè nullam mutationem adfert, sed non patet, quo *subitò* sit referendum. Davisius, nullam proferens sententiæ suæ causam, dicit nihil esse mutandum, sed si quid sit mutandum, esse legendum: *summo æquore*. Valde probo istam con-

Ortus ubi atque obitus [38] [z] *parte admiscentur in una.* z partim MSS. & Vict.

l autem caput

[39] *Attingens defessa velut marentis imago*

Vertitur.

nam quidem Græci

Engonasin vocitant, genibus quia nixa feratur.

Hic illa eximio posita est fulgore Corona.

Atque hæc quidem à tergo: propter caput autem An- 109 P. B.
uitenens:

Quem claro perhibent Ophiuchum nomine Graji.

Hic pressu duplici palmarum continet anguem,

[a] *Ejus & ipse manet religatus corpore toto:* a Atque et ipso MSS.

Namque virum medium serpens sub [b] *pectora cingit.* b pectore MSS.

Ille tamen nitens graviter vestigia ponit,

Atque oculos urget pedibus pectusque [40] *Nepai.*

14 Septem

njecturam, nisi quis malit, *se subjecto aquore condit*, quod prous accedit ad vulgatam. *Bouhier.*

38. *Partim miscetur in una.*] Hoc quidem falsum. Ven. *Parte miscetur.* Arati autem versus notus: Μίσγονται δύσιες τε καὶ ντολαὶ ἀλλήλοισι. Neque video quid legi vetet, *Parti miscetur:* apud Plautum, *De parti mea.* Mænechmi. *Camer.*

39. *Attingens defessa velut marentis imago.*] Grotius accusat Ciceronem, quasi non bene intellexerit vocem μογέοντι, quæ est ud Aratum. Davisius conatur illum absolvere, dicens, illum spicere ad historiam istius figuræ cœlestis, qualis est relata in raphrasi Avieni secundùm Panyasin; verùm historia ista, quam rrant etiam Scholiastes Arati, Eratosthenes in Characterismis, Hyginus in Astronomico lib. II. cap. 6. Ciceronem in errorem ducere non potuit. Licet hæc sufficiant ad defendendum Cicenem, crediderim tamen, mendum hîc esse, & pro *mærentis* gendum esse *morientis.* Cicero videtur voluisse his vocibus, *defa velut morientis imago*, exprimere id, quod poëta Græcus dixe-, μογέοντι ἀνδρὶ ἐοικὸς, & ὀκλάζοντι ἔοικεν nam ὀκλάζειν signiat hominem in genua cadentem, labore & vulneribus fessum, quasi morientem. Germanicus optimè expressit figuram istam vocibus: *Effigies inde est defecta labore.* & paulo post, *Succiduis ibus lassum & miserabile sidus.* Quod attinet ad *attingens*, quod otius mutavit in *tangens*, id non est mutandum, quum sit posin pro proxima aut vicina. Cæsar de B. G. lib. I. cap. I. *Atgit à Sequanis & Helvetiis flumen Rhenum.* At hoc vulgatum est nis. *Bouhier.*

40. *Nepai.*] Διατρέτει, genitivus antiquus. Nepa linguâ Africanâ orpius est, testante Festo. Columella lib. II. cap. 2. *Calend. ril. Nepa occidit mane, tempestatem significat.* Item: *Pridie l. Majas Nepa medius occidit.* Lege ad hæc quæ annotavit usmus in Proverb. Imitabor Nepam. μέγα θηρίον Aratus vocat

[41] Septem autem triones sequitur

Arctophylax, vulgò qui dicitur esse Bootes:

Quòd quasi temone adjunctam præ se quatit Arctum.

110 Dein quæ sequuntur. [42] Huic enim Booti

—— Subter præcordia fixa videtur

Stella micans radiis Arcturus nomine claro:

cui subjecta fertur,

Spicum illustre tenens splendenti corpore Virgo.

c demetita MS. XLIII. ATQUE ITA [c] demetata signa sunt, ut in tantis descriptionibus divina sollertia appareat.

d At Patric. [d] *Et natos Geminos invises sub caput Arcti,*

Subjectus media est cancer, pedibusque tenetur

Magnu' Leo, tremulam quatiens è corpore flammam.

Auriga

e *abductus* Grot. *Sub læva Geminorum [e] obductus parte feretur.*

f *Helica.* Idem. *Adversum caput huic [f] Helice truculenta tuetur.*

[43] *At Capra lævum humerum clara obtinet.*

g *connixus* Lamb. Grot. Bouh. *convexus* Davis. Tum quæ sequuntur,

Verùm hæc est magno atque illustri prædita signo.

Contrà Hædi exiguum jaciunt mortalibus ignem.

Cujus sub pedibus

Corniger est valido [g] connexus corpore Taurus.

111 Ejus caput stellis conspersum est frequentibus.

P. XLVIII. *Has Græci stellas Hyadas vocitare suerunt,*

[44] à pluendo; ὕειν enim est pluere. Nostri imperitè su-

eo, quòd duo occupat δωδεκατημόρια. Theon annotat, Ophiuchum sinistro pede Scorpii oculos premere, dextro pectus. Ceterùm Eudoxi & Hipparchi sententia est, non utroque pede, sed altero tantum, Scorpio insistere. Scorpium, cum fabulæ ferunt, qui Orionem læserat. *Betuleius.*

41. *Septem autem Triones sequitur Arctophylax.*] Aratus dixit, Ἐξόπιθεν δ' Ἑλίκης φέρεται. hinc posset inferri, contra id, quod supra dixi, Ciceronem per *Septentriones* tantùm ursam majorem intellexisse. Verùm respondeo, hæc verba, *septem Triones &c.* non esse ex interpretatione Arati, & Balbum non loqui veluti si esset Astronomus. *Bouhier.*

42. *Huic enim Boöti.*] Priscianus lib. VI. col. 706. citat versum, ad quem Balbus respicit: *Idem in Arato: sub pedibus profert finita Boöti, pro Boötis.* Idem.

43. *At capra lævum humerum claro obtinet.*] *Humero* scriptum est in veteribus libris. *Ursin.*

44. *A pluendo; ὕειν enim.*] Ciceroni subscribit etiam Ovid. *Navita quas Hyadas Grajus ab imbre vocat..* Eadem sententiâ Plinius etiam est lib. XVIII. cap. 26. Item Tyro, Ciceronis libertus &

suculas: quasi à suibus essent, non ab imbribus nominatae. Minorem autem Septentrionem Cepheus passis palmis [h] a tergo subsequitur.

Namque ipsum ad tergum Cynosura vertitur Arcti.

Hunc antecedit

Obscura specie stellarum Cassiopea.
Hanc autem illustri versatur corpore propter
Andromeda, 45 aufugiens adspectum maesta parentis.
Huic Equus ille jubam quatiens fulgore micanti,
46 Summum contingit caput alvo: stellaque jungens
Una, tenet duplices communi lumine formas,
Aeternum ex astris cupiens connectere nodum.
Exin contortis Aries cum cornibus [i] haeret,

[k] quem propter

Pisces, quorum alter paullum [l] praelabitur antè,

47 *Et*

h terga Grut. & alii.

i claret aut ardet Bouh.

k alii quam male.

l prolabitur MSS.

& studiorum ipsius adjutor. Cujus sententiam impugnat Gellius lib. XIII. cap. 9. asserens eas, sicut à Graecis ὕαδες dicuntur, sic Latinis primùm syadas, deinde suculas dici. Sunt rursus qui succulas dictas credant, quasi succo id est humiditate & pluviis plenas. Sunt item qui ὑάδας à nescio quo Hyante dictas credant. Hactenus de communi illarum nomine. Singularum Theon & Joan. Tzetzes ex Hesiodo recensent,

Φαισύλη, ἠδὲ κορωνὶς, ἐΰστεφανός τε κλέεια,
Φαιώ θ' ἱμερόεσσα, καὶ εὐδώρη τανύπεπλος,
Νύμφαι, ἃς ὕαδας καλέουσι φῦλ' ἀνθρώπων.

Hyginus verò in quibusdam nominibus variat. ponit enim Phaosylam, Ambrosiam, Coronidem. Eudoram, Polyxo. Variat item Boccatius lib. IV. cap. 33. Variat etiam Homeri commentator Iliad. VI. qui Pherecydis auctoritate nititur, φαισύλην ipse αἰσύλην nominat. Habet Ambrosiam & Dionen, κλέειαν omittit. *Betuleius.*

45. *Aufugiens adspectum maesta parentis.*] Palatinus pr. (heic enim iterum nobis adjumento venit, antea mutilus) *haud fugiens.* nec aliter sec. nisi quod is, *haut.* Gruter. Quaedam edd. exhibent *effugiens*, aut *fugiens.*

46. *Summum contingit caput alvo.*] Davisius corrigit, *summa*, quia Aratus dixerat, γαστέρι νειάτῃ. sed correctio ista non est necessaria; nam *alvus* exprimit duas voces Graecas, & Germanicus eodem modo transtulit, *Qua stella sub ipsa alvo fulget equi.* Avienus eodem modo expressit, & praeterea *summum caput* ita transtulit:

——— *qua vertex crine tumescit*
Andromedae capiti succingitur indiga pleni
Alvus equi.

Ubi tamen pro, *indiga pleni Alvus equi*, est legendum, *indiga pennis Alvus equi*, quod non displicebit iis, qui noverint, quomodo iste equus soleat pingi. *Bouhier.*

47. *Et*

m alii *alis.* 47 *Et magis horriferis aquilonis tangitur* [m] *auris.*

112 XLIV. AD PEDES Andromedæ Perseus describitur,

48 *Quem summa ab regione aquilonis flamina pulsant.*

49 *At propter lævum genus omni ex parte locatas*

Parvas Vergilias tenui cum luce videbis.

50 *Inde Fides leviter posita & convexa videtur.*

51 *Inde est ales avis lato sub tegmine cæli.*

Ca-

47. *Et magis horriferis.*] *Horrisonis* vetus liber. *Ursin.* *Horrisonis* placet etiam Bouhierio.

48. *Quem summa.*] Alii *quam* legunt. illa mihi lectio videtur emunctior, quâ sic legitur, *Quà summa, &c.* Græca namque sic habent:

'Αυτὰρ ὅγ' ἐν βορέῳ φέρεται περιμήκετος ἄλλων. *Betuleius.*

49. *Cujus propter lævum genu.*] Quæ mens agitaverit Gruterum, ut ex aliis hîc ita mallet edere quàm ut nunc curavi reponi ex Victorianis & Buslidiano ignoro, præsertim quum infra in ipsis fragmentis sequatur hanc ipsam nostram lectionem, atque etiam nota oppugnet idipsum, quod hîc subjecit. Ipsum *genus* pro *genu* non potuit ab librario venisse. Ex eodem Buslidiano etiam reposui *convexa*. Gronov. *At propter lævum genus.*] De vulgata lectione quæstionem non moveo. Verumtamen animadversione dignum est, quod Servius legit, *hujus propter*, quod reperitur adhuc in multis MSS. Si Cicero *hujus* adhibuit, potuit vocem eam unius syllabæ fecisse. Vide Wase de Essent. Vet. Poët. pag. 103. seqq. qui profert exempla multa, & inter ea unum Laberii, qui Ciceronis ætate vixit. Sine dubio hujus sensum faceret meliorem. *Bouhier.*

50. *Inde fides leviter posita &c.*] Turnebus malè legit, *levis apposita*, quoniam *leviter posita* significat eandem rem. quod attinet ad *connexa*, non video, quid significet, quum Lyra non erat vicina Pleiadibus. *Confecta* Grotii etiam non convenit. Crediderim legendum, *conversa.* notum est enim, Astronomos Lyram ponere conversam. Apud Horatium (quod in transitu est monendum) lib. II. Od. XVIII. *Fides & ingeni benigna vena est*, significat, lyram ei peperisse nomen & fautores. *Bouhier.*

51. *Inde est ales avis.*] Priscianus nobis conservavit locum hunc integrum:

Namque est ales avis lato sub tegmine cæli
Qui volat.

quod est longe melius, præsertim si corrigatur, *latè*, pro *lato*, quod formam signi, qui fingitur expansis alis, exprimit. Germanicus dixit, *Penna utraque lata.* Avienus: *Latè Cepheïda dextram Radens remigio.* & Manilius lib. I.

Nunc quoque diductas volitat stellatus in alas.

Forsan tamen Cicero, dans has partes Balbo, *lato* hîc posuit pro *latè*, quod non eandem vim habet, præsertim sublato verbo *volat*. *Bouhier.*

52. Cor-

Capiti autem Equi proximat Aquarii dextra, totusque deinceps Aquarius.

Tum gelidum valido de pectore frigus anhelans,
52 *Corpore semifero magno Capricornus in orbe.*
Quem cùm perpetuo vestivit lumine Titan,
Brumali flectens contorquet tempore currum.

Hinc autem [n] adspicitur, 113 P. B.

Ut sese emergens ostendat Scorpius altè
53 *Posteriore trahens* [o] *flexum vi corporis arcum,*
54 *Quem propter nitens* [p] *pennis convolvitur ales.*
At propter se Aquila ardenti cum corpore portat.

n adspiciatur *Bouh.*
o *plexum* MSS.
p *pinnis* MS.

Deinde Delphinus.

Exinde Orion obliquo corpore nitens.

Quem subsequens,

Fervidus ille Canis stellarum luce refulget.

Pòst Lepus subsequitur,

Curriculum numquam defesso corpore sedans.
At Canis ad caudam serpens prolabitur Argo.
55 *Hanc Aries tegit, & squamoso corpore Pisces,*

56 *Flu-*

52. *Corpore semifero.*] Interpretes Ciceroni litem moverunt de voce *semifero*, quum Capricornus non *semiferus*, sed *ferus* fuerit dicendus; & recte quidem illi. Credidi aliquando, scribendum, *squamifero*, verùm nunc legendum videtur, *setifero*, quod Avieno etiam videtur lectum; dicit enim:

Hispida setosi marcet facies Capricorni. Bouhier.

53. *Posteriore trahens.*] Bonus ille Lescaloperius hîc omnem lapidem movet, ut detegat, quare Cicero arcum attribuit Scorpioni. Non videt scilicet, *arcus* hîc poëticè esse positum pro *arcitenens*, sive Sagittarius. *Idem.*

54. *Quem propter nitens pennis.*] Videtur Cygnum posuisse prope Sagittarium, quod non solum est contra veritatem, verùm etiam contra Ciceronis scientiam, qui in interpretatione Arati eum posuerat post Sagittam:

Hic missore vacans fulgens jacet una sagitta,
Quam propter nitens pennis convolvitur ales.

Ideo versus prior videtur mihi recipiendus in textum, & antea ita visum est Lescaloperio. *Idem.*

55. *Hanc aries tegit.*] Per voculam istam *hanc* videtur significari Argo, verùm sequentia conveniunt. Cetæ, ut Lescaloperius recte observavit. Concedamus igitur, hîc aliquid deesse inter versum præcedentem & hunc, ut *deinde pistrix*, quas duas voces facile librarii potuerunt omisisse. *Idem.*

56. *Flu-*

56 *Fluminis illustris tangentem corpore ripas.*
114 57 Quam longè serpentem & manantem adspicies,
—— *proceraque Vincla videbis,*
Quæ retinent Pisces caudarum à parte locata.
58 *Inde Nepæ cernes propter fulgentis acumen,*
Aram, quam flatu permulcet spiritus austri.
59 propter quæ Centaurus
60 *Cedit, Equi partes properans* q *submergere Che*
61 *Hic dextram porgens, quadrupes quà vasta tene*
Te

q *subjungere Cetis* MSS.

56. *Fluminis illustri tangentem corpore ripas.*] Grotius & Davi secuti Patricium ad Fragmenta Ciceronis, legunt, *illustris*, *illustri.* Præterea Patricius pro *corpore* legebat *pectore*, quod c venit Astronomorum Placitis; nam pistrix pectore tangebat men Eridanum. Hyginus Astron. lib. III. cap. 30. *Hujus pri partem corporis prope alluere flumen Eridanus videtur.* Bouhier.

57. *Quam longè serpentem &c.*] Aldi editio, nostrique, & P. *longè serp.* Pal. sec. *que longè.* Gruterus. *Quem longè serpente manantem adspicies.*] Lescaloperius & Davisius post eum oste runt, *quem* non esse mutandum in *quod*, & Ciceronem loqu consuetudine usitatissima usurpasse genus rei significatæ, qu *Eridanus.* Verùm miror, postquam idem Lescaloperius rectè nuit, vocem *adspicies* non pertinere ad versum sequentem, i tii non esse emendatum in edit. Cantabr. *Bouhier.*

58. *Inde Nepæ.*] Vix dubito, quin Cicero ante hæc fecerit tionem piscis solitarii, quem in sua versione *piscem australem* cat. Nam Balbus, ut patet, sermonem instituerat de om Signis præcipuis; verùm unica voce cum monuerit, librarii animadverterunt. *Idem.*

59. *Propter quæ Centaurus.*] Lescaloperius hîc malè putat, tum & Ciceronem inter se opposita dicere. Uterque dicit, q admodum omnes Astronomi, Centaurum esse vicinum Ar Scorpioni, & consequenter Libræ. Patricius optime hunc l explicuit. Is putat, versu sequenti esse legendum *subjungere* que monenti rectè obtemperaverunt Gronovius & Dav *Idem.*

60. *Cedit equi partis properans subjungere cetis.*] Antiqui qu libri, *chelis*, non *cetis*, habent: quod rectum esse puto. na Arati versus, quem interpretatur, ita habet, *'Ιππουριά δ σοῖσι χηλαὶ ἔχουσιν.* Et sanè non pauca menda de his carmi ex Arato conversis sustulimus: nec tamen necesse esse duxi omnia repetere. nam quædam certiora & illustriora sunt ut oporteat illa aut confirmare ullis autoritatibus, aut magi clarare. *Victor.*

61. *Hic dextram porgens.*] *Hic* est positum hoc loco pro *ill* propterea non rectè fecerunt, qui ei imposuerunt accentum, adverbiis. Quod attinet ad *porgens*, ferri posset, si abesset bum *tendit*, quod sequitur, & eandem rem significat. Leg

Tendit, & illustrem truculentus cædit ad aram,
Hîc sese infernis è partibus erigit Hydra:

cujus longè corpus est fusum:

In medioque sinu [62] *fulgens Cratera relucet.*
[63] *Extremam nitens plumato corpore Corvus*
Rostro [r] *tundit: & hic Geminis est ille sub ipsis*
[64] [s] *Ante-Canem, Grajo Procyon qui nomine fertur.*

r *tendet* alii.
s *Apri-canis* alii.

Hæc omnis descriptio siderum atque hic tantus cæli ornatus ex corporibus huc & illuc casu & [65] temerè concursantibus potuisse effici, cuiquam sano videri potest? aut verò alia quæ natura, mentis & rationis expers, hæc efficere potuit, quæ non modò ut fierent, ratione eguerunt, sed intelligi qualia sint sine summa ratione non possunt? p. XLIX.

XLV. NEC VERÒ hæc solùm admirabilia, sed nihil majus quàm quòd ita stabilis est mundus, atque ita cohæret ad permanendum, ut nihil ne excogitari quidem possit aptius. omnes enim partes ejus undique medium locum capessentes nituntur æqualiter. maximè autem corpora inter se juncta permanent, [66] cùm quo-

igitur, *pergens*, quod ex indicio Grotii reperitur in prima edit. Fragmentorum, & egregium sensum facit. *Bouhier.*

62. *Fulgens Cratera.*] Si Nonio esset credendum, legeremus, *Creterra*. Non facile est decernere, an ille rectè putet. Barthius ad Stat. Tomo I. pag. 300. in Nonio corrigendum putat, *Cratera*. Verùm Nonius, qui etiam paulò ante de voce locutus erat, videtur voluisse notare differentiam inter utramque. In MS. admodum veteri istius Grammatici, quem possideo, legitur: *Craterra est quam &c.* hoc evincit, Dausquium forsan non errare, quum in Cicerone censet legendum, *Fulgens cretera*, in Diss. de Ortographia vol. II. pag. 99. Festus: *Cretera vocabulum trahitur à Cratere*, & Glossar. vetus: *Creterra* (sive potius *Cretera*) ὑδρία. Casaubonus ad Pers. Sat. II. ỳs. 52. mavult tamen *Craterra*. Bouhier.

63. *Extremam nitens.*] *Extremum* habet antiquus codex. *Ursin.*

64. *Antecanis Procyon.*] Ven. *Ante canem, ut proconsule.* Et sane compositio, *ante-canis*, durior videtur. *Ante canem* autem oritur illa stella, ut notum est. *Camer.*

65. *Temere concursantibus &c.*] Vox ultima huic loco est aptissima, & propterea non mutanda in *cursantibus*, quod Davis. reperit in quibusdam MSS. neque etiam legendum in sequentibus, *aut vero alia, quæ natura &c.* An igitur atomi, de quibus loquitur Balbus, non sunt *aliqua natura?* Facile igitur patet, eum non solum hîc loqui contra Epicureos, verùm etiam contra eos, qui aut quatuor elementa in numerum Deorum referebant. *Bouhier.*

66. *Cum quodam quasi vinculo circumdato colligantur*] Primùm legendum est, quemadmodum in omnibus editt. vett. *circumdata*, quod Davis. adnotat. deinde libenter ex hoc loco tollerem ingratum

quodam quasi vinculo circumdato colligantur: quod facit ea natura, quæ per omnem mundum omnia mente & ratione conficiens funditur, & ad medium rapit & convertit extrema.

116 Quocirca si mundus globosus est, ob eamque caussam omnes ejus partes undique [t] æquabiles ipsæ per se atque inter se continentur: contingere idem terræ necesse est, ut, omnibus ejus partibus in medium vergentibus, (id autem medium infimum in sphæra est) nihil interrumpat, quo labefactari possit tanta contentio gravitatis & ponderum. Eademque ratione mare, cùm supra terram sit, medium tamen terræ locum expetens, conglobatur undique æquabiliter, neque redundat umquam, neque effunditur.

t æquales *alia edd.*

117 [67] Huic autem continens aër, fertur ille quidem levitate [v] sublimi, sed tamen in omnes partes se ipse fundit. itaque & mari continuatus & [x] junctus est, & naturâ fertur ad cælum: cujus tenuitate & calore temperatus vitalem & salutarem spiritum præbet animantibus. Quem complexa summa pars cæli, quæ [y] æthra dicitur, & suum retinet ardorem tenuem & nulla admistione concretum, & cum aëris extremitate conjungitur.

v sublimis *alii.*
x conjunctus *MS.*
y *alii* æther, *aut* ætherea, *aut* æthera.

XLVI. IN ÆTHERE autem astra volvuntur; quæ se & nixu suo [z] conglobata continent: & formâ ipsâ figurâque suâ momenta sustentant. sunt enim rotunda: quibus formis, ut antè dixisse videor, minimè noceri potest.

118 Sunt autem stellæ naturâ flammeæ. quocirca terræ, maris, aquarum vaporibus aluntur iis, qui à sole [a] ex agris tepefactis & ex aquis excitantur: quibus altæ renovatæque stellæ, atque [68] omnis æther, [b] refundunt [c] eadem & rursum trahunt indidem, nihil ut ferè intereat, aut admodum [d] paullulum, quod astrorum [e] ignis & ætheris flamma consumat. Ex quo eventu-

P. B.
z globata *Vict. & alii.*
a *tres seqq. voces desunt in MSS.*
b refundant *alii.*
c eodem *Lamb.*
d paulum *alii.*
e ignes *Prob. Bouh.*

tum loquendi modum, qui sententiam reddit dubiam; nam incertum est, an *colligantur* veniat à *colligere*, an vero à *colligare*. Legi igitur: *Tum quodam quasi vinculo circumdata colligantur.* *Tum* ibi ponitur pro *&*, ut infra cap. 63. *Cervices natæ ad jugum tum vices humerorum ad aratra extrahenda.* Bouhier.

67. *Huic autem continens aër fertur.*] *Circumfertur* est in antiquo. *Ursin.*

68. *Quà æther.*] *Ætherea* est in manuscripto. *Idem.*

69. *Alia*

turum nostri putant id, de quo Panætium addubitare
dicebant, ut ad extremum omnis mundus ignesceret,
cùm, humore consumpto, neque terra ali posset, neque f remane-
[f] remearet aër; cujus ortus, aquâ omni exhaustâ, esse ret *Prob.*
non posset: ita relinqui nihil præter ignem; à quo rur- remanaret
sum animante ac deo renovatio mundi fieret, atque *Bouh.*
idem ornatus [g] oriretur. g oreretur *MS.*

Nolo in stellarum ratione multus vobis videri, maxi- 119
méque earum, quæ errare dicuntur. quarum tantus
est concentus ex [h] dissimillimis motibus, ut, cùm sum- h dissimi-
ma Saturni refrigeret, media Martis incendat, his in- libus *MS.*
terjecta Jovis illustret & temperet, infraque Martem
duæ Soli obediant, ipse Sol mundum omnem sua luce
compleat, ab eoque Luna illuminata graviditates &
partes afferat maturitatesque gignendi. Quæ copulatio
rerum & quasi consentiens ad mundi incolumitatem
coagmentatio naturæ, quem non movet; hunc horum
nihil umquam reputavisse certò scio.

XLVII. AGE UT à cœlestibus rebus ad terrestres 120
veniamus, quid est in his, in quo non naturæ ratio in-
telligentis appareat? Principio, eorum, quæ gignuntur
è terra, stirpes & stabilitatem dant iis, quæ [i] sustinent P. L.
& ex terra succum trahunt, quo alantur ea, quæ radi- i sustinen-
cibus continentur: obducunturque libro aut cortice tur *MS.*
trunci, quo sint à frigoribus & caloribus tutiores. Jam
verò vites sic claviculis adminicula, tamquam manibus,
apprehendunt, atque se ita erigunt, ut animantes. Quin
etiam à caulibus brassicisque, si [k] propter sati sint, ut k *ita Vict.*
à pestiferis & nocentibus refugere dicuntur, nec eos *alii* prope.
ulla ex parte contingere.

Animantium verò quanta varietas est? quanta ad eam 121
rem vis, ut in suo quæque genere permaneant? qua-
rum aliæ coriis tectæ sunt, aliæ villis vestitæ, aliæ spi-
nis hirsutæ: plumâ alias, alias [l] squamâ videmus obdu- l squam-
ctas: alias esse cornibus armatas, alias habere effugia ma *alii.*
[m] pennarum. Pastum autem amantibus largè & co- m pinna-
piosè natura eum, qui cuique aptus erat, comparavit. rum *MSS.*
Enumerare possum ad eum pastum capessendum con-
ficiendumque, quæ sit in figuris animantium & quàm
sollers subtilisque descriptio partium, quamque admi-
rabilis fabrica membrorum. omnia enim, quæ quidem
intus inclusa sunt, ita nata atque ita locata sunt; ut ni-
hil

n detinendam MSS. hil eorum supervacaneum sit, nihil ad vitam [n] retinendam non necessarium.

122 Dedit autem eadem natura beluis & sensum & appetitum; ut altero conatum haberent ad naturales pastus capessendos, altero secernerent pestifera à salutaribus. Jam verò alia animalia gradiendo, alia serpendo ad pastum accedunt, alia volando, alia nando: cibumque partim oris hiatu & dentibus ipsis capessunt, partim unguium tenacitate arripiunt, partim aduncitate rostrorum: [69] alia sugunt, alia carpunt, alia vorant, alia mandunt. [70] Atque etiam aliorum ea est humilitas, ut

P. B. cibum terrestrem rostris facilè contingant. Quæ autem

123 altiora sunt, ut anseres, ut cygni, ut grues, ut cameli; adjuvantur proceritate collorum. Manus etiam data elephantis, quia propter magnitudinem corporis difficiles aditus habebant ad pastum.

o alii MS. p iis aut conj. Lamb.

XLVIII. AT, QUIBUS bestiis erat is cibus, ut [o] alîus generis bestiis vescerentur, [p] aut vires natura dedit aut celeritatem. data est quibusdam etiam machinatio quædam atque sollertia: ut in [71] araneolis, aliæ quasi

69. *Alia sugunt, alia carpunt &c.*] Lescaloperius egregiè explicitam dedit vocem *carpere*, explicans per *intra os ipsum accipere*, quasi vero id non conveniret omnibus aliis edendi modis. *Carpere* est divellere, ut faciunt boves, capreæ, oves, &c. Exempla ubique apud bonos auctores sunt obvia. *Bouhier.*

70. *Atque etiam aliorum ea humilitas, ut cibum, &c.*] Critici hic nullam faciunt mentionem varietatis ullius lectionum. In edit. Aldina tamen hic locus ita legitur: *Atque etiam alia humilia, ita ut cibum, &c.* quod mihi melius videtur vulgato. *Idem.*

71. *Araneolis.*] De Aranearum solertia scribit Plinius lib. II. cap. 24. Plut. in Dialogo πότερα τῶν ζώων φρονιμώτερα. Ælian. lib. VIII. Theodoret. Serm. V. Hinc Arachnes fabula nata videtur. ἀράχνη siquidem Araneam significat, & Pallas Araneæ infesta legitur. Verg. IV. Georg.

——— *Aut invisa Minerva,*
In foribus laxos suspendit aranea casses.

Betuleius. *Araneolis, aliæ quasi rete texunt, &c.*] Mirum est, quod hic legitur *de araneis*, alteram texere rete, & alteram eo uti, ut arripiat prædam in id incidentem; nam experientia nos docuit, utrumque fieri ab una eademque aranea. Aristoteles Hist. An. lib. IX. cap. 38. dicit quidem, masculam araneam nihil agere, sed fœminam, postquam rete tetendit, insidiari prædæ; verùm etiamsi illud esset certissimum, de quo valde dubito, magna tamen est differentia inter illud Aristotelis & hoc quod dicit Cicero. Plinius quidem Hist. Nat. XI. 24. confirmat, id quod dicit Ci-

quasi rete texunt, ut, si quid inhæserit, conficiant, aliæ autem [q] ut ex inopinato observant, &, si quid incidit, arripiunt idque consumunt. Pina verò (sic enim Græcè dicitur) duabus grandibus patula conchis, cum parva squilla quasi societatem coit comparandi cibi. Itaque cùm pisciculi parvi in concham hiantem [r] innataverint, tum admonita à squilla pina morsu comprimit conchas. Sic dissimillimis bestiolis communiter cibus quæritur.

q *ut deest in MS.*

r innataverunt *MS.*

In quo admirandum est, [s] congressune aliquo inter se, 124
72 an jam inde ab ortu naturæ ipsæ congregatæ sint. Est etiam admiratio nonnulla in bestiis aquatilibus iis, quæ gignuntur in terra: veluti crocodili fluviatilesque testudines, quædamque serpentes ortæ extra aquam, simul ac primùm niti possunt aquam persequuntur. Quin etiam anatum ova gallinis sæpè supponimus; è quibus pulli orti primùm 73 aluntur ab iis, ut à matribus, à quibus exclusi fotique sunt: deinde eas relinquunt & effugiunt sequentes, cùm primùm aquam, quasi naturalem domum, videre potuerunt. Tantam ingenuit animantibus conservandi sui natura custodiam.

s progressune *alii.*

XLIX. LEGI ETIAM scriptum, esse avem quandam,

Cicero: *Fœminam putant esse, quæ texat, marem qui venetur*; verùm is hoc loco erravit, ut in multis aliis, & Aristotelem, quem in ejusmodi rebus sequitur, non rectè expressit. Cicero est multò accuratior quàm Plinius, & propterea crediderim, illum scripsisse: *Ut in araneolis aliàs, quasi rete texunt, ut si quid inhæserit conficiant; aliàs autem ex opinato observant &c.* Librarii, qui crediderunt *alias* esse contrarium consecutioni Grammaticæ, putaverunt, se egregiè gessisse rem, mutando vocem istam in *aliæ*. Nihil tamen affirmo. *Bouhier.*

72. *An jam inde ab ortu naturæ ipsæ congregatæ sint.*] Walker legendum putat, *natura ipsa*; verùm non video, quid lectio vulgata habeat minus bene constitutum. Cicero in hoc Dialogo sæpissime usus est voce *natura*, ad significandum rerum varias species. Nihilo magis probo mutationem, quam proponit capite sequenti, ubi *id quod ipsa invaderet* mutatur in *in quod &c.* An Cicero non dixit *invadere urbem*, & *in urbem &c.* Idem.

73. *Aluntur ab iis, ut à matribus, à quibus exclusi fotique sunt: deinde eas relinquunt & effugiunt sequentes, cùm primùm &c.*] Possessionem in suam collocavi scripturam veterem (mirè distortam in Aldinis ceterisque edit. verboque integro decurtatam) fide Pall. trium; quibus accessit & auctoritas P. & Victorianæ, nisi quod hæc perperam interpungat: *effugiunt, sequentes cùm pr.* nam *sequentes* nutricum est non *anatum*, Gruterus.

 74. Pla-

t nomine- tur *alii.* dam, quæ [74] Platalea [t] nominaretur: eam sibi cibum

P. LI. quærere advolantem ad eas aves, quæ se in [v] mari mergerent: quæ cùm emersissent piscemque cepissent, usque eò premere earum capita mordicus, dum illæ captum amitterent; id quod ipsa invaderet. Eademque hæc avis scribitur conchis se solere complere, easque, cùm stomachi calóre concoxerit, evomere, atque ita eligere ex iis, quæ sunt esculenta.

v mare *conj. Lamb.*

125 Ranæ autem marinæ dicuntur obruere sese arenâ solere & moveri propè aquam: ad quas, quasi ad escam, pisces cùm accesserint, confici à ranis atque consumi. [75] Miluo est quoddam bellum quasi naturale cum corvo. ergo alter alterius, ubicumque nactus est, ova frangit. Illud verò ab Aristotele animadversum, à quo pleraque, quis potest non mirari? Grues, cùm loca calidiora petentes maria [x] transmittant, trianguli efficere formam. ejus autem summo angulo aër ab iis adversus pellitur: deinde sensim ab utroque latere, tamquam remis, ita [y] pennis cursus avium levatur. Basis autem trianguli, quam grues efficiunt, ea tamquam à puppi, ventis adjuvatur: hæque in tergo prævolantium colla & capita reponunt. quod quia ipse dux facere non potest, quia non habet ubi nitatur, revolat, ut ipse quoque quiescat. In ejus locum succedit ex iis, quæ [z] acquierunt: eaque vicissitudo in omni cursu conservatur.

x transmittunt *alii.* transmeant *MS.*
y pinnis *MSS.*
z acquierunt proxima, eaque *Lamb.*

126 Multa ejusmodi proferre possum: sed genus ipsum videtis. Jam verò illa etiam notiora, quanto se opere custodiant bestiæ, ut in pastu circumspectent, ut in cubilibus [a] delitescant, atque alia mirabilia.

a *ita Bouh. alii aliter.*

L. [76] Quid ea, quæ nuper, id est paucis antè sæ-

74. *Platalea nominetur.*] *Platea* appellatur ab Aristotele lib. VIII. cap. 12. & Plin. lib. X. cap. 40. ut fortasse hic quoque ita scribendum sit. *Ursin.*

75. *Milvo est quoddam bellum quasi naturale &c.*] Revocatam voluit dictionem *quasi* Victorius, sed nescio an quis secutus sit. exulat sanè Aldinis, & Brutianis, & Lambinis &c. agnoscuntque & Pall. & Wouw. & P. Gulielmii. *Gruterus.*

76. *Quid ea, quæ nuper &c.*] Primo non placet *reperta*; nam non patet, inventa illa esse Medicorum. magis verisimile est, ea esse reperta à rusticis, & medicos eo profecisse. Præterea dicendum fuisset, *à Medicorum ingeniis reperta.* Secundò, in sequentibus non agnosco stilum Ciceronis, neque in Variis Lect. MSS. neque in conjecturis Criticorum. Judicent alii, an propius ad Ci-

sæculis, medicorum ingeniis reperta sunt? 77 vomitione canes; purgante autem alvos ibes Ægyptiæ curant. Au-

Ciceronis mentem accesserim, totum locum ita corrigendo: *Quid ea, quæ nuper, id est paucis ante seculis, medicorum ingeniis aperta sunt, vomitione canes, purgatione autem alvos Ibes Ægyptias curare.* Notum est, Ciceronem sæpe usurpare *aperire* pro ostendere & docere. *Bouhier.*

77. *Vomitione canis purgare alvos ibes Ægyptiæ curant.*] Hic locus depravatus mihi visus est: neque enim ullam certam structuram aut sententiam horum verborum esse puto, & in veteribus etiam exemplaribus non parum ab hac diversam lectionem inveni: quamvis neque in illis etiam ea integra & sincera sit: talis est tamen, ut indicio esse possit, in hoc loco vitium subesse & perversionem aliquam. Duo sunt remedia, quæ medici è beluis (ut ferunt) didicêre, & utraque ad corpora purganda accommodata: unum scilicet vomitus, quod à canibus, cum eos herbula quadam perpurgari conspexissent, acceperunt: alterum clyster, ab Ibi Ægyptia videntes eam marina aqua per inferiores partes se abluere. Exponebat igitur ea nunc Cicero: sed in hac, quam habemus, scriptura confusa sunt & perturbata omnia: itaque rectius esse putavi hunc locum quemadmodum in priscis libris est describere. cùm tamen corruptum esse constet, ad eum notam, quæ mendum indicet, adposui. Plut. in commentario, quo disputat, utra sint animantia prudentiora, terrenane, an aquatilia, utramque historiam tradit his verbis, Κύνες δὲ πόᾳ τινὶ καθαίροντες ἑαυτοὺς χολεμιῶντας. Et paulò infrà, Τῆς τε ἴβεως τὸν ὑποκλυσμὸν ἅλμῃ καταιρομένης Αἰγύπτιοι συνιδεῖν καὶ μιμήσασθαί φασιν. *Victor.* *Vomitione canis purgare alvos ibes Ægyptiæ curant.*] Variè legitur in libb. MSS. nam pro *purgare* & *purgante*, & *purgantes*, & *purgant* reperitur; & pro *canis*, *canes*: ut fortasse ita corrigendum sit: *Vomitione canes purgantur: alvo se ibes Ægyptiæ curant.* cujus rei historiam ex Plinio & Plutarcho licet cognoscere. *P. Manut.* *Vomitione canes, purgatione autem alvos Ibes Ægyptiæ curant.*] Est ab editione Victorii; neque aliter Palat. pr. nam sec. *purgantur autem alvos Ibis Ægyptiæ curant.* tert. verò, *purgare autem alvos Ibis Ægyptiæ curant.* vulgatæ *vomitione canis purgare alvos Ibes Ægyptiæ curant.* P. Manutius fingebat; *vomitione canes purgantur: alvo se Ibes Ægyptiæ curant.* Lambinus heic non simpliciter insanit. *Gruterus.* Apparet manifeste, verum esse *purgatu autem.* Gronovius. *Vomitione & dejectione purgare, ex eo, quòd vomitione canes, alvo se ibes &c.*] Sic restitui, scripturæ veteris vestigia secutus, nam vulgata lectio, *vomitione canis purgare, alvos ibes Ægyptiæ curant*, mendosa est. sed in re perspicua quid opus est exemplis præsertim in promptu positis? ita, quæ desunt, supplenda sunt. Nam perspicue dicit Cicero, medicos reperisse, non vomitione canes purgare. neque alvo ibes Ægyptias se curare. nam etiam qui non erant medici hæc viderunt: sed rationem purgandi per vomitionem & alvi dejectionem, ex eo, quòd canes & ibes his duobus diversis modis se curant. *Lambin.*

Auditum est, pantheras, quæ in barbaria venenata [...]
P. B. ne [b] caperentur, remedium quoddam habere; quo [...]
essent usæ non morerentur: capras autem in Cret[...]
ras, cùm essent confixæ venenatis sagittis, herbam q[...]
rere, quæ dictamnus vocaretur; quàm cùm gustavisse[...]
sagittas excidere [c] dicunt è corpore.

127 Cervæque paulo ante partum perpurgant se qu[...] herbulâ, quæ Seselis dicitur. Jam illa cernimus, [...] contra metum & vim suis se armis quæque defen[...] Cornibus tauri, apri dentibus, morsu leones; aliæ [...] se, aliæ occultatione tutantur: atramenti effusione [...] piæ, [78] torpore torpedines. multæ etiam insectan[...] odoris intolerabili fœditate depellunt.

LI. Ut verò perpetuus mundi esset orna[...] magna adhibita cura est à providentia deorum, ut s[...] per essent & bestiarum genera, & arborum, omni[...] que rerum, [79] quæ altæ aut radicibus à terra, aut [...] pi[...]

b carperentur MSS.
c dicunt delet Grut.

78. *Torpore torpedines.*] Νάρκην Græci vocant. nec dubium [...] quin à natura & effectu nomen invenerit in utraque lingua. [...] lectio mihi vehementer suspecta fieri cœpit, postquam eam [...] aliis scriptoribus contuli. Ita enim vulgo legitur: *Torpore tor[...] nes multæ etiam insectantes odoris intolerabili fœditate depellunt.* [...] verò, *inultæ*, legendum censeo. Singulæ siquidem, non [...] duntaxat, valent. Cicero sanè de insectantibus indefinitè pro[...] nunciat. Aristot. lib. IX. cap. 37. pisces duntaxat insectantes [...] κᾶν facere scribit. Sed quæ Plinius & Plutarchus memoran[...] etiam de hominibus intelligi possunt sine ambiguitate. Exstat [...] hac Claudiani carmen. *Betuleius.*

79. *Quæ altæ aut radicibus à terra aut stirpibus continerentur.*] [...] vulgati: sic & Bonon. 1494. at nonnulli Codd. *quæ à terra*, [...] *terrâ*, *continentur*, omissis ceteris, quæ sordes librariorum Gru[...] ro videntur. Ipsam verò, nisi fallor, Ciceronis manum dat [...] noster, qui sic habet, *quæ aut radicibus, aut stirpibus à terra con[...] tinerentur*; neglecto scilicet *altæ* participio, quod prorsus imp[...] tunum hic arbitror. *Davis.* Davisius rejicit *altæ*, quod in ple[...] que MSS. non reperitur, neque præsertim in cod. quo Davisiu[...] Anglia est usus, in quo hic locus ita legitur: *Quæ aut radicib[...] aut stirpibus à terra continerentur.* Superest tamen quædam d[...] cultas, scilicet differentia, quæ hic videtur esse posita inter r[...] ces & stirpes. Equidem scio, vocem posteriorem latius pate[...] usurpari de omnibus plantis generatim, verùm de eo usu [...] hic non agitur. Altera illa significatio vocis propria nihil d[...] à *radices*, præsertim in Cicerone, qui dicit cap. 10. h. l. *Ea[...] rum stirpes terrâ continentur.* & cap. 33. *Si ea, quæ à terra s[...] bus continentur.* Lescaloperius, ut secaret nodum istum, d[...] *radices* esse arborum, *stirpes* vero plantarum. Quam non[...]

pibus continerentur. quæ quidem omnia eam vim
seminis habent in se, ut ex uno plura generentur: id-
que semen inclusum est in intima parte earum bacca-
rum, quæ ex quaque stirpe funduntur: iisdemque semi-
nibus & homines affatim vescuntur, & terræ ejusdem
generis stirpium renovatione complentur.

Quid loquar, quanta ratio in bestiis ad perpetuam 128
conservationem earum generis appareat? nam primùm
aliæ mares, aliæ fœminæ sunt: quod perpetuitatis cau-
sâ machinata natura est. Deinde partes corporis & ad
procreandum & ad concipiendum aptissimæ: & in
mare & in fœmina commiscendorum corporum miræ
libidines. Cùm autem in locis semen insedit, rapit
omnem ferè cibum ad sese, eoque [d] septum fingit ani- d cœptum
mal: quòd cùm ex utero elapsum excidit; in iis ani- *Grut. conj.*
mantibus, quæ lacte aluntur, omnis ferè cibus matrum
lactescere incipit: eaque, quæ paullo antè nata sunt, P. LII.
sine magistro, duce natura, mammas appetunt, ea-
rumque ubertate saturantur. Atque, ut intelligamus,
nihil horum esse fortuitum, & hæc omnia esse [e] opera e *alii non*
providæ sollertisque naturæ: quæ multiplices fœtus pro- *habent*
creant, ut sues, ut canes, his mammarum data est opera.
multitudo: quas easdem paucas habent eæ bestiæ, quæ
pauca gignunt. Quid dicam, quantus amor bestiarum 129
sit in educandis custodiendisque iis, quæ [f] procreave- f procrea-
runt, usque [g] ad eum finem, [80] dum possint se ipsa de- verint *alii.*
fendere? etsi pisces, ut ajunt, ova cùm genuerunt, re- g ad eum
linquunt. [81] facilè enim illa aquâ & sustinentur & finem *delet*
fœtum fundunt. *Grut.*

LII.

Lescaloperius inierit rationem, patet vel è sequentibus Ciceronis verbis, quæ leguntur in Or. cap. 43. *Omnium magnarum artium, sicut arborum, altitudo nos delectat; radices stirpesque non item.* unde patet, *stirpes* dici de radicibus arborum altarum, quemadmodum de aliis. Eo autem lubentius locum istum protuli, quod facit multum ad confirmandam correctionem, quam proponam, scilicet: *Qua latè radicibus & stirpibus à terra continerentur*, aut potius minore adhuc mutatione: *Qua alte à terra radicibus & stirpibus continerentur.* quod vere idem est, quod dictum est supra cap. 10. *Qua terra ex se generata stirpibus infixa contineat.* Bouhier.

80. *Dum possint se ipsa defendere.*] Arist. lib. 1. Pol. Τὰ μὲν συνεκτίκτει τῶν ζῴων τοσαύτην τροφὴν, ὡς ἱκανὴν εἶναι μέχρις οὗ δύνηται αὐτὸ αὑτῷ πορίζειν τὸ γεννηθέν. *Ursin.*

81. *Facile enim illa aquâ & sustinentur & fœtum fundunt.*] Hæc vi-

LII. [82] Testudines autem & crocodilos cunt, cùm in terra partum ediderint, obruere deinde discedere. ita & nascuntur, & educantur per sese. Jam gallinæ avesque reliquæ & quietum quirunt ad pariendum locum, & [83] cubilia sibi nidos [h] construunt, eosque quàm possunt mollissimè su nunt, ut quàm facillimè ova serventur. Ex qu pullos cùm excluserint, ita tuentur, ut & [i] pennis veant, ne frigore lædantur; &, si est calor à sole, opponant. Cùm autem [k] pulli pennulis uti possi tum volatus eorum matres prosequuntur; reliqua liberantur.

h constituunt ed. vet.

i pinnis MSS.

k pulli deest in MS.

130 Accidit etiam ad nonnullorum animantium & con rerum, quas terra gignit, conservationem & salu hominum etiam sollertia & diligentia. Nam mu & pecudes & stirpes sunt, quæ sine procuratione h minum salvæ esse non possunt. Magnæ etiam opp tunitates ad cultum hominum atque abundantiam,

videntur exprimere, quasi aqua, in quam ova piscium in multum conferret ad pisces producendos, cùm tamen Ph vim attribuant calori solis. Aristoteles ipse, quem Ci ubique sequitur, inquit lib. vi. cap. 13, 14. Hist. An. O quæ ab aqua auferuntur, & nihil reperiunt, quod ea reti dubio perire. Crediderim igitur, hic voculam unam positam, & corrigendum esse: *Facile enim illa & aquâ s & fœtum fundunt.* Necessarium est ita legi, etiamsi n esset causa, quàm quod *illa aqua*, juxta se posita, se reddunt dubiam. *Bouhier.*

82. *Testudines & crocodilos dicunt.*] Hisce, ne plures m consentanea tradunt Aristot. H. A. V. 33. Plutarchus de Anim. pag. 982. & Ælianus V. H. I. 6. Insuper notari Reg. *Corcodilos* exhibere; quod haud temerè damnandum Græci semper Κροκοδείλυς dicant. Certè nonnullorum p Latinorum versus sine hac litterarum transpositione non c Omninò vide Marq. Gudium ad Phædri lib. I. Fab. xxv. D Memoriæ vitio sine dubio est factum, quod Davisius dici quæ Cicero narrat, de testudine & crocodilo, convenire ii dicit Aristoteles Hist. An. V. 33. nam philosophus iste vult que animal incubare ovis suis. verùm fieri facile possit, ut teles, alios duces secutus in aliis operibus, quæ jam sunt idem dixerit. *Bouhier.*

83. *Cubilia sibi nidosque &c.*] Lege, *nidosve.* Est enim Ciceronem respicere varios modos, quibus aves præpara in quibus ova ponere volunt. Vulgatissimum est, in MSS. tari in *que.* Vide cel. Bentlejum ad Horat. lib. III. Od. II. *Idem.*

aliis in locis reperiuntur. Ægyptum [84] Nilus irrigat, &, cùm tota æstate obrutam oppletamque tenuit, [85] tum recedit, mollitosque & oblimatos agros ad serendum relinquit. [86] Mesopotamiam fertilem efficit Euphrates: in quam [l] quotannis quasi novos agros invehit. Indus vero, qui est omnium fluminum maximus, non aquâ solùm agros lætificat & mitigat, sed eos etiam conserit, magnam enim [87] vim seminum secum frumenti simi-

P. B.

l Vict. & MSS. quotannos.

84. *Nilus.*] Reliqua de Nili miraculis memoriæ prodita missa facimus. De Nili exundantia varias scriptorum sententias collegit Plut. in Placitis, lib. IV. cap. I. Citat inter reliquos historicos Herodotum. Præter hunc liberalem de hoc mentionem fecerunt (ut ego quidem legi) Arrianus lib. VIII. de Vita Alexandri. Diod. Sicul. de Rerum antiq. lib. I. cap. 3. Philost. lib. VI. de Apollonii vita. ex oratoribus, Isocrates in Busiride. ex philosophis, meminerunt quidem Plato & Aristoteles: & citatur quidem Aristotelis titulo liber de Nilo, qui tamen in catalogo non reperitur. Seneca liberalius lib. IV. de Naturalib. Quæstionibus. Lucret. lib. VI. ex Geographis Pomp. Mela lib. I. Plin. lib. V. cap. 9. Solin. cap. 40. Strabo lib. XVII. ex Astronomis Cleomedes, ubi disputat, utrum sub aquilone habitetur. Exstat de hoc Claudiani carmen. *Betuleius.*

85. *Tum recidit.*] Victorius, Hervagius aliique ante Gruterum *recedit*, ut est quoque in Buslid. certe cap. seq. dicuntur, *æstus maritimi multum accedentes & recedentes.* Et κατάβασις Nili dicebatur. Sed videtur Grutero amatum fuisse jota, unde cap. 51. edit, *& in mari & in fæmina*, ubi iidem *mare.* Gronov.

86. *Mesopotamiam fertilem efficit Euphrates.*] Lucan. lib. III.

——— Sed sparsus in agros
Fertilis Euphrates, Pharia vice fungitur unda.

Solin. cap. 50. Polyhistoris: *Mesopotamiam opimat annuæ inundationis excessibus, ad instar Ægyptii amnis terris superfusus, invecta soli fœcunditate, iisdem fermè temporibus quibus Nilus exit, sole scilicet in parte cancri vicesima constituto.* Causas istius fœcundæ inundationis reddit Polybius sub finem IX. Epitomes: Αἴτιον δὲ τούτων, ὅτι συμβαίνει τὴν μὲν αὔξησιν οὐκ ἐκ τῆς συῤῥήσεως τῶν χειμερινῶν ὄμβρων, ἀλλ᾽ ἐκ τῆς ἀνατήξεως τῶν χιόνων· τὴν δὲ μείωσιν διὰ τὰς ἐκτροπὰς τὰς ἐπὶ τὴν χώραν, καὶ τὸν μερισμὸν αὐτοῦ τὸν ἐπὶ τὰς ἀρδεύσεις. Arrianus hoc omnibus Asiæ fluminibus commune esse dicit. Plura ex Plinio & Strabone petere licebit. *Betuleius.*

87. *Vim seminum secum frumenti similium.*] An igitur putavit Tullius, Indum, non ipsa frumenti semina, sed aliquid iis simile deportasse? Nullo modo. Huic incommodo vitando plures ediderunt, *vim seminum secum frumenti & similium*; Aldus autem pater vocem *similium* prorsus omisit. Commodas modo distinctiones pone, rectéque se habebit MSStorum lectio: *Vim seminum secum, frumenti, similium, dicitur deportare.* Porrò quæ de fluviis hisce tradit Noster, in Octavium suum transtulit Minuc. Felix cap.

 18.

131 milium dicitur deportare. Multaque alia in aliis locis commemorabilia proferre poſſum: multos fertiles agros, alios aliorum fructuum.

LIII. SED ILLA quanta benignitas naturæ, quòd tam multa ad veſcendum, tam varia tamque jucunda gignit: neque ea uno tempore anni: ut ſemper & novitate delectemur & copiâ? Quàm tempeſtivos autem dedit, quàm ſalutares non modò hominum, ſed etiam pecudum generi, iis denique omnibus, quæ oriuntur è terra, ventos Eteſias? quorum flatu nimii temperantur calores. Ab iisdem etiam maritimi curſus celeres & certi diriguntur. Multa prætereunda ſunt: & tamen
132 multa dicuntur. Enumerari enim non poſſunt fluminum opportunitates: æſtus maritimi [m] multùm accedentes & recedentes: montes veſtiti atque ſilveſtres: ſalinæ ab ora maritima remotiſſimæ: medicamentorum ſalutarium pleniſſimæ terræ: artes denique innumerabiles, ad victum & ad vitam neceſſariæ. Jam diei noctisque viciſſitudo conſervat animantes, tribuens aliud agendi tempus, aliud quieſcendi. Sic undique omni ratione concluditur, mente conſilioque divino omnia in hoc mundo ad ſalutem omnium conſervationemque admirabiliter adminiſtrari.

[m] tum acced. tum recedentes *alii.* mutuum acced. *Daviſ.*

133 Sin [n] quæret quiſpiam, cujusnam cauſâ tantarum rerum molitio facta ſit: arborumne & herbarum? quæ quamquam ſine ſenſu ſunt, tamen à natura ſuſtinentur. at id quidem abſurdum eſt. An beſtiarum? nihilo probabilius, deos mutarum & nihil intelligentium cauſâ tantum laboraſſe. Quorum igitur cauſâ quis dixerit effectum eſſe mundum? Eorum [o] ſcilicet animantium, quæ ratione utuntur. hi ſunt dii & homines: quibus profectò nihil eſt melius. ratio eſt enim, quæ præſtat omnibus. [88] ita ſit credibile, deorum & hominum cau-

[n] quærat *MS.*

P. LIII.

[o] ſo'um anim. *MS.*

18. *Daviſ.* Cum Daviſio facerem, ſi pateret, unde hæc Cicero tranſtulit, etſi nos utriusque verba poſſemus conferre. Hoc cùm incertum ſit, vulgatæ lectioni tanto libentius adhæreo, quia res, quam illa deſignat, minus eſt incredibilis quàm altera illa. Frumentum illud erat veriſimiliter milium, quo apud veteres non tantum Indi veſcebantur, ſed etiam Sarmatæ, qui erant vicini fontibus Indi. Vide Ælianum Var. Hiſt. III. 39. & ibi Perizonium. *Bouhier.*

88. *Ita ſit credibile.*] Hactenus cuſi, *itaque*; ſed enclitica ea omnibus aberat Palatinis, eaque propter rejeci. *Gruterus.* Sed an vel hic

causâ factum esse mundum, quæque in eo sint omnia. Faciliusque intelligitur, à diis immortalibus hominibus esse provisum, si erit tota hominis fabricatio perspecta, omnisque humanæ naturæ figura atque perfectio. Nam 134
cùm tribus rebus animantium vita p teneatur, cibo, potione, spiritu: ad hæc omnia percipienda os est aptissimum: quod adjunctis naribus spiritu augetur.

p contineatur alii.

LIV. DENTIBUS autem in ore q constructis manditur, atque ab his extenuatur & 89 molitur cibus. eorum adversi acuti morsu dividunt escas, intimi autem conficiunt, qui genuini vocantur: quæ confectio etiam à lingua adjuvari videtur. Linguam autem ad 135
radices ejus hærens excipit stomachus: quò primùm illabuntur ea, quæ accepta 90 sunt: oris utraque ex parte tonsillas attingens, palato extremo atque intimo terminatur. Atque is agitatione & motibus linguæ cùm 91 depulsum & quasi detrusum cibum accepit, r depellit. Ipsius autem partes eæ, 92 quæ sunt infra id, quod devoratur, dilatantur: quæ autem suprà, contrahuntur.

q constrictis MS.

r deglutit Davis.

Sed cùm aspera arteria (sic enim à medicis appellatur) ostium habeat, adjunctum linguæ radicibus, paullo suprà quàm ad linguam stomachus annectitur, eaque ad pulmones usque pertineat excipiatque animam 136
s eam,

hic vel eo priores recte agunt recidentes vocem, quæ est in Victorianis aliisque antiquis editionibus, *mundum, quæque in eo mundo sint, omnia*, ut quidem legi quoque in Buslidiano. Utique tales iterationes sunt ex decore Latini sermonis, etsi cap. 61. in simili locutione quidem omittatur. *Gronov.*

89. *Mollitur cibus.*] Satis aptus elicitur sensus: mihi tamen magis placeret, *molitur:* à verbo *molo*, *molis*, unde *molares dentes*. atque etiam in hoc verbo Maffæi liber consonantem non geminat. *P. Manut.*

90. *Sunt. oris utraque &c.*] Sic Pall. nostri & P. sic editi à Victorio. prius erat, *sunt ore. is utraque.* sed quo minus id heic toleretur facit repetitio ejusdem *is* paullò post. *Gruterus.*

91. *Depulsum & quasi detrusum cibum accepit, depellit.*] Non possum mihi persuadere isthæc esse sine vitio. nihil tamen discordant mss. nostri. *Idem.* Sed in Buslidiano tamen erat, *motibus lingua pulsum &.* Gronovius.

92. *Quæ sunt infra id, quod devoratur.*] Aliter legitur hic locus in manuscriptis: *quæ sunt infra, in quas id, quod devoratur, descendit.* paullo post antiquus idem liber habet, *eademque à pulmonibus redeat.* Ursin.

93. Quod

s ex qua eductus sit spiritus *MS.* P. B.

[s]eam, quæ ducta sit spiritu, eandemque à pulmonibus respiret & reddat: tegitur quodam quasi operculo. 93 quod ob eam causam datum est, ne, siquid in eam cibi fortè incidisset, spiritus impediretur. Sed cùm alvi natura, subjecta stomacho, cibi & potionis sit receptaculum: pulmones autem & cor extrinsecus spiritum adducant: in alvo multa sunt mirabiliter effecta, 94 quæ constant ferè è nervis. Est autem multiplex & tortuosa, arcetque & continet, sive illud aridum est, sive humidum, quod recipit, ut id mutari & concoqui [t]possit, eaque tum adstringitur, tum relaxatur, atque omne, quod accipit, cogit & confundit: ut facilè & calore, quem multum habet, 95 exterendo cibo, & præterea spiritu omnia cocta atque confecta 96 in reliquum corpus dividantur.

t facile possit *alii.*

LV. In pulmonibus autem inest raritas quædam & assimilis spongiis mollitudo, ad hauriendum spiritum aptissima: qui tum se contrahunt adspirantes, 97 tum respiritu dilatant, ut frequenter ducatur cibus ani-

93. *Quod ob quam causam datum est, nisi quod si in eam.*] Veneta lectio verior: *Quod ob quam causam datum est? Ne si quid cibi forte incidisset &c.* Camer.

94. *Quæ constant fere è nervis.*] Legendum *constat*, ut est in manuscripto, ut ad *alvum* referatur. *Ursin.*

95. *Exterendo cibo.*] Ita Victorius, inventumque in P. Gulielmii. nam. Pall. pr. ac sec. retinent vulgatum, *& terendo cibo.* tert. verò habet, *in terendo cibo.* mallem omnia abessent. sane olent glossam. *Gruterus.*

96. *In reliquum corpus didantur.*] Sic legendum, *didantur*; id est diffundantur, distribuantur. Lucret. *Inde quod exprimimus, per caulas omne palati Diditur, &c.* Lambin. *In reliquum corpus dividantur.*] Lambinus, *didantur*, sed non respondent membranæ nostræ ullæ. *Gruter.* Livius II, 32. *Reddentem in omnes corporis partes hunc, quo vivimus, divisum pariter in venas maturum confecto cibo sanguinem.* Gronovius.

97. *Tum spiritu dilatant.*] Deest, *se*, quod est in antiquo, *tum se spiritu. &c.* Ursin. *Tum respiritu dilatant.*] Est à Victorianis; neque aliter Pal. pr. nam sec. *respirant.* vulgg. *tum spiritu dilatant.* Lambinus, *tum in respiratu dil.* Pal. tert. habebat, *tum in se spiritu dil.* P. verò; *tum se in spiritu dil.* quæ omnia arguunt, fuisse ibi vocem vulgo invisam. *Gruterus.* Quæ scilicet fuit *respiritu*, pro qua vides nonnullos habere *respiratu*, ut est & in Buslid. eadem hæsitatione hic oborta, quæ in v. *suspiritus*, quam ex Livii libro XXX. etiam & aliis locis expulerant inhumaniores. *Tum in respiritu dilatant* autem est in Victorianis integre, quod nescio qui sic

animalis, quo maximè aluntur animantes. Ex intestinis 137
autem [v] & alvo [x] secretus à reliquo cibo succus is, quo
alimur, permanat ad jecur per quasdam [98] à medio intestino

v & *non est in MSS.*
x secretis *MS.*

sic imperfectè Gruterus aut adspexerit aut nobis narret. Quum tamen pateat, quid velit, integrum Victorianum reposui, vel ex ipsius arbitrio. *Gronovius.* Davisius legit: *Tum se in respiritu dilatant.*

98. *A medio intestino.*] Ciceronem nostrum falsi reum facit Andr. Vesalius lib. de Humani Corporis Fabrica v. cap. 6. Vesalius inquam, vir non modò de arte sua, sed de literis in universum optimè meritus. Ciceronis causam suscipiam ex æquo & bono componendam, idque coram arbitris, ut opinor, satis idoneis. Concessurus hoc pro sua, quam re ipsa comperi, humanitate nobis, ut spero, est. Neque enim opus est, ut ἀκριβοδίκαιον Rhadamanti summo jure contendentes experiamur. Cedat ipse Galenum arbitrum, virum ex Asclepiadea doctrina minimè repudiandum. Nos pro manibus Ciceronis Macrobium exorabimus, virum rerum naturalium minimè imperitum & utriusque linguæ callentissimum. Horum arbitrio causam judicandam sine appellatione committemus. *Nos τὸ μεσεντέριον*, inquit, *sive τὸ μεσάραιον, Cicero falsò medium intestinum transtulit.* Quomodo igitur? Nam multa vir ille Græca Latinis verbis efferre voluit, & in communem loquendi usum traducere, eaque, quæ duriora videbantur, usu mollire. In his nimirum hoc quoque fuit, quod cum Latina durities componi non permitteret, disjunctim enunciavit Græcorum compositionem, multoque comptius. Hanc naturalem transferendi rationem sequutus est etiam Andernacus, qui nunc *medium intestinum*, nunc *medium intestinorum*, apud Galenum transferre nihil dubitavit, parum fortè istius Tullianæ translationis conscius. Sed quid aliud vel è re natum, vel diu deliberatum in mentem venire potuit vel illi, vel alii cuivis, quàm verbum è verbo *medium intestinum* dicere Latinè, ubi Grajis suâ linguâ μεσεντέριον est? Neque enim quicquam aliud monebit vel etymologia, vel derivatio. Repetat nobis Galenus quæ olim scripta reliquit. Nam in Anatomici operis lib. VI. has illis nominibus appellationes ab accidentibus inditas affirmat. Verba sua lingua sonantis sunt: *Μεσεντέριον μὲν ἀπὸ τῆς θέσεως, μεσάραιον ἀπὸ τῆς οἰκίας οὐσίας. μέσον τε γὰρ τέτακται τῶν ἐντέρων, καὶ πάσας τὰς ἐξ ἥπατος εἰς αὐτὸ καταφερομένας φλέβας, ἅμα ταῖς παρακειμέναις ἀρτηρίαις τε καὶ νεύροις ἐν κύκλῳ περιλαμβάνει, καθάπερ ἕκαστον τῶν ἐντέρων.* Græcis certè verbis Latinam hanc Cicero versionem firmius fulcire non poterat. Sed audiamus etiam nostrum, Latinè non dissimilia pronunciantem: ita tamen Latinè, ut ex Græcis fontibus fluxisse videantur. Sic legitur in primo de Som. Scip. capite: *Intestina principalia tria, quorum unum dissipium* (sic τὸ διάφραγμα vertit, licet alii *dissepium* legant) *alterum medium, quod Græcè μεσεντέριον dicunt: tertium, quod veteres hiram vocaverunt, habeturque principium intestinorum omnium, & sibi retrimenta deducit.* Contentus his sententiis Vesalius deinceps, quæ

testino usque ad portas jecoris (sic enim appellant) ductas & directas vias, quæ pertinent [y] ad jecur eique adhærent. Atque inde aliæ [z] pertinentes sunt, per quas cadit cibus à jecore [a] dilapsus. Ab eo cibo cùm est secreta bilis, iique humores, qui ex renibus profunduntur, reliqua se in sanguinem vertunt, 99 ad easdemque portas jecoris confluunt, ad quas omnes ejus viæ pertinent: per quas lapsus cibus, in hoc ipso loco in eam venam, quæ cava appellatur, confunditur, perque eam ad cor confectus jam coactusque perlabitur: à corde autem in totum corpus distribuitur per venas admodum multas, in omnes partes corporis pertinentes.

y jecorique adhær. *MS.*
z ad renes pert. *Lamb.*
a delapsus *Idem*.

P. LIV.

138 Quemadmodum autem reliquiæ cibi [b] depellantur, tum adstringentibus se intestinis tum relaxantibus, haud sanè difficile dictu est: sed tamen prætereundum est, ne quid habeat injucunditatis oratio. Illa potiùs explicetur incredibilis fabrica naturæ. Nam quæ spiritu in pulmones anima ducitur, ea calescit primùm [c] ab eo spiritu, deinde [d] contagione pulmonum: ex eaque pars redditur respirando, pars concipitur cordis parte quadam, quam ventriculum cordis appellant: cui similis alter adjunctus est, in quem sanguis à jecore per venam illam cavam influit. Eoque modo ex his partibus & sanguis per venas in omne corpus diffunditur, & spiritus per arterias. Utræque autem crebræ multæque toto corpore intextæ vim quandam incredibilem artificiosi operis divinique testantur.

b propellantur *MS.*
c ipso à spir. *MS.*
d coagitatione *edd. vett.* cogitatione *alii*.

139 Quid dicam de ossibus? quæ subjecta corpori mirabiles commissuras habent, & ad stabilitatem aptas, & ad artus finiendos accommodatas, & ad motum, & ad omnem corporis actionem. Huc adde nervos, à quibus artus continentur; eorumque implicationem toto corpore pertinentem: [1] qui, sicut venæ & arteriæ, à corde

quæ ipsius est humanitas, Ciceroni æquior erit, nec mihi inter amicos dudum recepto indignabitur, si homo grammaticus falcem meam in medicorum messem immiserim. Nam hoc prærogativæ litteræ dudum publicè habent, & jure quodam quasi gentium constitutum. *Betuleius.*

99. *Ad easque portas jecoris.*] Ita est in manuscripto pro, *ad easdemque.* Ursin.

1. *Qui, sicut venæ & arteriæ, à corde tracta & profecta, in corpus omne ducuntur.*] **Comparatio isthæc venarum & arteriarum,** qua-

corde tractæ & profectæ, in corpus omne ducuntur.

LVI. AD HANC providentiam naturæ tam diligentem tamque sollertem adjungi multa possunt, è quibus intelligatur, quantæ res hominibus à deo quamque eximiæ tributæ sint: qui primùm eos, humo excitatos, celsos & [e] erectos constituit, ut deorum cognitionem, cælum intuentes, capere possent. Sunt enim [f] è terra homines non ut incolæ atque habitatores, sed quasi spectatores superarum rerum atque cælestium, quarum spectaculum ad nullum aliud genus animantium pertinet. Sensus autem, interpretes ac nuntii rerum, in capite, tamquam in arce, mirificè ad usus necessarios & facti & collocati sunt. Nam oculi, tamquam speculatores, altissimum locum obtinent: ex quo plurima conspicientes fungantur suo munere. 140

e rectos const. *Lamb.*

f ita *MSS.* *Davisius tamen* in terra. P. B.

Et aures cùm sonum [g] percipere debeant, qui naturâ in sublime fertur; rectè in altis corporum partibus collocatæ sunt. Itemque nares, eò quòd omnis odor ad supera fertur, rectè sursum sunt: & quòd cibi & potionis judicium magnum earum est, non sine causa vicinitatem oris secutæ sunt. Jam gustatus, qui sentire eorum, quibus vescimur, genera [h] deberet, habitat in ea parte oris, qua [2] esculentis & potulentis iter natura patefecit. Tactus autem toto corpore æquabiliter fusus est, ut omnes ictus omnesque nimios & frigoris & caloris appulsus sentire possimus. Atque, ut in ædificiis architecti avertunt ab oculis & naribus dominorum ea, quæ [i] profluentia necessariò tætri essent aliquid habitura: 141

g recipere *Ald.* accipere *Lamb.*

h debet *alii.*

i profluenti *MSS.*

quarum principia hic indicantur, satis ostendit, Balbum eandem rem sensisse de nervis. & re vera ea erat opinio Stoicorum, quod nervi principium habebant in corde, ut docet Galenus de Foet. Form. loco à Lescaloperio citato. Ideo crediderim, Ciceronem scripsisse: *Qui, sicut vena & arteria, à corde tracti & profecti, in corpus omne ducuntur.* Non est verisimile, quod Cicero, cùm possit totam Stoicorum sententiam de omnibus his rebus tam paucis verbis explicare, reliquisset rem unam incertam. Ceterùm non patet, quare Cicero, loquens de nervis, etiam locutus fuisset de venarum & arteriarum principio, si non quodammodo conveniret cum nervis. *Bouhier.*

2. *Esculentis & poculentis.*] Ven. à potu *potulentis*. Sed *poculum* certe etiam potum significat, ut, *Pocula si quando sæva infecere noverca.* Camer. *Potulentibus*, quod occupaverat editiones Gruteri & Gronovii, ut plane barbarum, à me hinc est ejectum.

3. Qua

k ablegavit *MS.* bitura: sic natura res similes procul [k] amandavit à sensibus.

142 LVII. Quis verò opifex, præter naturam, quâ nihil potest esse callidius, tantam sollertiam persequi potuisset in sensibus? quæ primùm oculos membranis tenuissimis vestivit & sepsit: quas primùm perlucidas fecit, ut per eas cerni posset; firmas autem, ut [l] continerentur. Sed lubricos oculos fecit & mobiles, ut & declinarent, siquid noceret: & adspectum, quò vellent, facilè converterent. aciesque ipsa, quâ cernimus, 3 quæ pupula vocatur, ita parva est, ut ea, quæ nocere possint, facile vitet. Palpebræque, quæ sunt [m] tegmenta oculorum, mollissimæ tactu, ne læderent aciem, aptissimè factæ & ad claudendas pupulas, ne quid incideret, & ad aperiendas: idque providit, ut identidem fieri posset cum maxima celeritate.

l continerent *Lamb.*
m tegumenta *alii.*
P. LV.

143 4 Munitæque sunt palpebræ tamquam vallo pilorum: quibus & apertis oculis, si quid incideret, repelleretur; & somno [n] conniventibus, cùm oculis ad cernendum non egeremus, ut qui, tamquam involuti, quiescerent. Latent præterea utiliter & excelsis undique partibus sepiuntur. Primùm enim superiora, superciliis obducta, sudorem à capite [o] & à fronte defluentem repellunt. Genæ deinde ab [p] inferiore parte tutantur subjectæ leviterque eminentes. [q] Nasus [r] ita locatus est, ut quasi murus oculis interjectus esse videatur.

n coniventibus *MSS.*
o & fronte *alii.*
p inferiori *alii.*
q Nasusque *Vict.*

144 Auditus autem semper patet. ejus enim sensu etiam dor-

r itaque *MSS.*

3. *Quæ pupilla vocatur.*] Ven. *Pupula*: illud autem alterum diminutivum fuerit, ut *cista*, *cistula*, *cistella*. Sed *pupulam* dicunt quam Græci κόρην nigrum in oculo. *Camer.*

4. *Munitæque sunt palpebræ, tanquam vallo pilorum, quibus & apertis oculis.*] Si sequamur istam distinctionem, sequitur etiam, voces sequentes, *Et somno conniventibus*, esse referendas ad *oculis*, quod plane absurdum est, quia Cicero tum diceret, oculos dormientium esse involutos oculis. Interpungendum est igitur: *Quibus & apertis, oculis si quid incideret, repelleretur; & somno conniventibus &c.* Quod sequitur est intricatissimum: *Et somno conniventibus, cùm oculis ad cernendum non egeremus, ut qui, tanquam involuti, quiescerent.* Davisius in additionibus notarum suspicatur, istas voces: *Cum oculis ad cernendum non egeremus, ut qui*, non esse Ciceronis. Saltem corrigendum putat: *Cum illis ad cernendum non egeremus utique, tanquam &c.* Ad me quod attinet, videtur sensus satis constare, si absque tanta mutatione legatur: *Et somno conniventibus, cum oculis ad cernendum non egemus, utique, tanquam involuti, quiescerent.* Bouhier.

5. Si-

dormientes egemus. à quo cùm sonus est acceptus, etiam è somno excitamur. Flexuosum iter habet, ne quid intrare possit, [s] si simplex & directum pateret. provisum etiam, ut, [5] si qua minima bestiola conaretur irrumpere, in sordibus aurium, tamquam in visco, inhæresceret. Extrà autem eminent, quæ appellantur aures, & tegendi causâ factæ tutandique sensus; & ne adjectæ voces laberentur atque errarent, priusquàm sensus ab his pulsus esset. Sed duros [6] & quasi corneolos habent introitus, multisque cum flexibus, quòd his naturis relatus amplificatur sonus. Quocirca & in fidibus testudine resonatur, aut cornu: & ex tortuosis locis & inclusis [t] referuntur ampliores. Similiter nares, 145 quæ semper propter necessarias utilitates patent, contractiores habent introitus, ne quid in eas, quod noceat, possit pervadere: humoremque semper habent ad pulverem multaque alia [v] depellenda non inutilem. Gustatus præclarè septus est. ore enim continetur, & ad usum aptè, & ad incolumitatis custodiam. Omnisque sensus hominum multò antecellit sensibus bestiarum.

[s] *quinque seqq. voces desunt in MSS.*

[t] soni refer. *Lamb. Davis.*

[v] repellenda *alii.* P. B.

LVIII. PRIMUM enim oculi in iis artibus, quarum judicium est oculorum, in pictis, fictis cælatisque formis, in corporum etiam motione atque gestu multa cernunt subtiliùs. colorum etiam & figurarum [x] tum venustatem atque ordinem, [7] &, ut ita dicam, decentiam, oculi judicant: atque etiam alia majora. nam & virtutes & vitia cognoscunt: iratum, propitium: lætantem, dolentem: fortem, ignavum: audacem timidumque cognoscunt.

[x] tum *Lamb. delet.*

Au-

5. *Siqua minima bestiola conaretur irrumpere.*] Quidam legendum putant, *irripere*; idque annotatum est ad oram Cod. Memmiani; non tamen, ut ex antiquo aliquo exemplari profectum, sed quasi à conjectura natum. *Lambin.* *Conaretur irrumpere.*] Admodum verosimiliter corrigebat Claud. Puteanus, *irrepere.* Gruter.

6. *Et quasi corneolos habent introitus.*] *Corneos* legitur in manuscriptis. *Ursin.*

7. *Et, ut ita dicam, decentiam, &c.*] Profert hunc locum Nonius in voce *Decorem.* Quamvis autem apud eum, ut in libris M. Tullii, *tum venustatem.* ego tamen puto delendam particulam *tum*, ut natam ex postrema syllaba vocis antecedentis *figurarum*: cum scriptor syllabam *rum* bis scripsisset; ex eaque alius *tum* fecisset. *Lambin.*

8. *Apert-*

146 Auriumque item est admirabile quoddam artificiosumque judicium, quo judicatur & in vocis, & in tibiarum nervorumque cantibus varietas sonorum, intervalla, distinctio & vocis genera permulta: y canorum, fuscum: læve, asperum: grave, acutum: flexibile, durum: quæ hominum solùm auribus judicantur. Nariumque z item, & gustandi, [8] & arte tangendi magna judicia sunt. Ad quos sensus capiendos & perfruendos plures etiam, quàm vellem, artes repertæ sunt. Perspicuum est enim, quò compositiones unguentorum, quò ciborum conditiones, quò corporum lenocinia processerint.

y candidum *Davis.*

z item *deest in MS.*

147 LIX. JAM VERÒ animum ipsum mentemque hominis, rationem, consilium, prudentiam, qui non divinâ curâ perfecta esse perspicit, is his ipsis rebus mihi videtur carere. De quo dum disputarem, tuam mihi dari a velim, Cotta, eloquentiam. Quo enim tu illa modo diceres? quanta primùm intelligentia, deinde consequentium rerum cum primis conjunctio & comprehensio esset in nobis: ex quo videlicet, quid ex quibusque rebus efficiatur, idque ratione, concludimus: singulasque res definimus circumscriptéque complectimur: ex quo scientia intelligitur quam vim habeat, qualis sit: qua ne in deo quidem est res ulla præstantior. Quanta verò illa sunt, quæ vos Academici b infirmatis & tollitis, quòd & sensibus, & animo ea, quæ extrà sunt, percipimus atque comprehendimus?

a vellem *conj. Lamb. & Davis.*

P. LVI.

b infirmitatis ext. *MS.*

148 Ex quibus collatis inter se & comparatis artes quoque efficimus, partim ad usum vitæ, partim ad oblectationem necessarias. Jam verò domina rerum (ut vos soletis dicere) eloquendi vis quàm est præclara quámque divina? quæ primùm efficit, ut ea, quæ ignoramus, discere, & ea, quæ scimus, alios docere possimus. Deinde hac cohortamur, hac persuademus, hac con-

8. *Aperte tangendi.*] In libro Maffæi lectio probabilior, *pariter tangendi*; cujus sententiam, quia patet, ostendere supervacaneum videtur. *P. Manut.* *Arte tangendi.*] Lectio fortè minus sana. nam Pal. pr. & sec. *& parte tang.* neque aliter P. Gulielmii, qui conjiciebat, *peritè*. Aldus pater expressit, *apertè*, Nepos, *gustandi pariter & tangendi*, ex Maffæi libro. quod & habent Lambiniani. nostrum exhibuit primum Victorius, ut puto. nam id inveni in Camerarianis, in Sturmianis, &c. *Gruter.*

10. *Pa*

consolamur afflictos, hac deducimus perterritos à timore, hac gestientes comprimimus, hac cupiditates iracundiasque restinguimus. hæc nos juris, legum, urbium societate devinxit: [c] hæc à vita immani & fera segregavit.

c hæc vitam humanam à fera *Davis.*

Ad usum autem orationis incredibile est, nisi diligenter attenderis, quanta opera machinata natura sit. 149
Primùm enim à pulmonibus arteria usque ad os intimum pertinet: 9 per quam vox, principium à mente ducens, percipitur & funditur. Deinde in ore sita lingua est, finita dentibus. Ea vocem immoderatè profusam fingit & terminat: [d] quæ sonos vocis distinctos & pressos efficit, cùm & ad dentes, & ad alias partes pellit oris. Itaque plectri similem linguam nostri solent dicere: chordarum dentes, 10 nares cornibus iis, 11 qui ad nervos resonant in cantibus.

d sonosque vocis *Lamb.* atque sonos *Davis.*

LX. QUAM VERÒ aptas quamque multarum artium ministras manus natura homini [e] dedit! digitorum enim contractio facilis facilisque porrectio, propter molles 150

e dedit attendite *MS.*

9. *Per quam vox principium à mente ducens percipitur & funditur.*] Vocem à mente duci Platonicum ab initio dogma fuit. Nam ut Plutarchus in Placitis refert, τὴν φωνὴν ὁρίζεται πνεῦμα διὰ σόματος ἀπὸ διανοίας ἡγμένον. & ipse sanè Plato inter mentis διαργήματα vocem numerat, in Timæo. Hoc verò dogma ipsi etiam Stoici amplexi sunt: discernunt tamen inter animalem & humanam vocem. Nam Diogenes Babylonius (ut citatur à Laërtio) ζώου μὲν ἐςι φωνὴ, ἀὴρ ὑπὸ ὁρμῆς πεπληγμένος· ἀνθρώπου δέ ἐςιν ἔναρθρος, καὶ ἀπὸ διανοίας ἐκπεμπομένη. Quid quòd medici quoque in suis definitionibus definiunt ὁρμὴν τοῦ ἡγεμονικοῦ. Apud Plutarch. additur etiam ex Platonis sententia, ratione & anima carentium vocem καταχρηςικῶς vocem dici, ut sunt χρεμετισμοὶ καὶ ψόφοι. Ceterùm τὴν φωνὴν propriè eam articulatam (τὴν ἔναρθρον) ὡς φωτίζουσαν τὸ νοούμενον. *Betuleius.* Vox *percipitur* videtur hîc non posse ferri, ut rectè observavit Davisius. Legendum itaque censet, *projicitur*, quod non condemno; sed *præcipitatur* minus recedit à lectione vulgata. *Bouhier.*

10. *Nares cordib. iis, &c.*] Cur non dixit, *nares cornuum eorum &c.* nam debebant etiam ἀσυνδέτως deinceps consequi similes casus: *linguam plectri similem: chordarum, denteis: nareis cornuum eorum, &c.* Notandus igitur locus, cujus similem me apud Lucret. reperire & notare memini, lib. IV. sub extr. *Lambin.*

11. *Quid ad nervos, &c.*] Sic habent omnes libb. & MSS. & impressi: quare nihil mutandum; cùm præsertim Priscianus testetur, *hic cornus, nus*, in gen. masc. & *hoc cornum, nu*, indeclinabiliter usurpatum esse à veteribus. *Lambin.*

12. Ar-

P. B. molles commissuras & artus, nullo in motu laborat. Itaque ad pingendum, ad fingendum, ad scalpendum, ad nervorum eliciendos sonos ac tibiarum apta manus est, admotione digitorum. Atque hæc oblectationis: illa necessitatis; cultus dico agrorum exstructionesque tectorum, tegumenta corporum vel texta, vel suta, omnemque fabricam æris & ferri: ex quo intelligitur, adinventa animo, percepta sensibus, adhibitis opificum manibus omnia nos consecutos, ut tecti, ut
f possemus Lamb. vestiti, ut salvi esse [f] possimus; urbes, muros, domicilia, delubra haberemus.

151 Jam verò [g] operibus hominum, id est manibus, cibi
g operis Idem. etiam varietas invenitur & copia. Nam & agri multa
h efferunt MSS. [h] ferunt manu quæsita, quæ vel statim consumantur, vel mandentur condita vetustati. Et præterea vescimur bestiis & terrenis, & aquatilibus, & volatilibus, partim capiendo, partim alendo. Efficimus etiam domitu nostro quadrupedum vectiones: quorum celeritas atque vis nobis ipsis affert vim & celeritatem. Nos onera quibusdam bestiis, nos juga imponimus: nos elephantorum acutissimis sensibus, nos sagacitate canum ad utilitatem nostram abutimur: nos è terræ cavernis ferrum elicimus, rem ad colendos agros necessariam: nos æris, argenti, auri venas, penitus abditas, invenimus, & ad usum aptas, & ad ornatum decoras: [12] arborum autem confectione, omnique materia, & culta, & silvestri,
i calfaciend. MS. partim ad [i] calefaciendum corpus, igni adhibito, & ad mitigandum cibum utimur, partim ad ædificandum, ut tectis septi frigora caloresque pellamus.

152 Magnos verò usus affert ad navigia facienda, quorum cursibus suppeditantur omnes undique ad vitam
P. LVII. copiæ: quasque res violentissimas natura genuit, earum moderationem nos soli habemus; maris atque ventorum, propter nauticarum rerum scientiam; plurimisque maritimis rebus fruimur atque utimur. Terrenorum item commodorum omnis est in homine dominatus. Nos campis, nos montibus fruimur: nostri sunt amnes, nostri lacus: nos fruges serimus, nos arbores: nos aquarum inductionibus terris fœcunditatem damus: nos

12. *Arborum autem confectione.*] Ὑλοτομίαν appellat Aristoteles lib. I. Pol. *Ursin.*

13. *Deo-*

nos flumina arcemus, dirigimus, [k] avertimus: nostris k obvert.
denique manibus in rerum natura quasi alteram naturam MS.
efficere conamur.

LXI. QUID VERÒ? hominum [l] ratio non in cæ- 153
lum usque penetravit? Soli enim ex animantibus nos l natura
astrorum ortus, obitus [m] cursusque cognovimus: ab MS.
hominum genere finitus est dies, mensis, annus: de- m cursusque deest in
fectiones solis & lunæ cognitæ prædictæque in omne MS.
posterum tempus, quæ, quantæ, quando futuræ sint.
Quæ contuens animus, [n] accipit [o] ad cognitionem deo- n accedit
rum; ex qua oritur pietas: cui conjuncta justitia est Davis.
reliquæque virtutes: è quibus vita beata exsistit par & o ab his cogn. alii.
similis deorum; [p] nulla re, nisi immortalitate, quæ ni- p nulla
hil ad bene vivendum pertinet, cedens cælestibus. Qui- alia re
bus rebus expositis satis docuisse videor, hominis na- Davis.
tura quanto omnes anteiret animantes. Ex quo debet
intelligi, nec figuram situmque membrorum; nec inge-
nii mentisque vim talem effici potuisse fortunâ. Re-
stat, ut doceam atque aliquando perorem, omnia,
quæ sint in hoc mundo, quibus utantur homines, ho-
minum causâ facta esse & parata.

LXII. PRINCIPIO ipse mundus deorum homi- 154
numque causâ factus est: quæque in eo sunt [q] omnia, q omnia
ea parata ad fructum hominum & inventa sunt. Est deest in MS.
enim mundus quasi communis deorum atque homi- P. B.
num domus, aut urbs utrorumque. Soli enim ratione
utentes, jure ac lege vivunt. Ut igitur Athenas &
Lacedæmonem Athenienfium Lacedæmoniorumque
causâ putandum est conditas esse: omniaque, quæ sint
in his urbibus, eorum populorum rectè esse dicuntur:
sic quæcumque sunt in omni mundo [13] deorum atque
hominum putanda sunt.

Jam verò circuitus solis & lunæ reliquorumque 155
si-

13. *Deorum atque hominum putanda sunt.*] Videtur respexisse ad locum Aristotelis, qui est in lib. I. Pol. Ὥστε ὁμοίως δῆλον, ὅτι καὶ γενομένοις οἰητέον τά τε φυτὰ τῶν ζώων ἕνεκεν εἶναι, καὶ τὰ ἄλλα τῶν ἀνθρώπων χάριν, τὰ μὲν ἥμερα καὶ διὰ τὴν χρῆσιν, καὶ διὰ τὴν τροφήν. τῶν δὲ ἀγρίων εἰ μὴ πάντα, ἀλλὰ τάγε πλεῖστα τῆς τροφῆς, καὶ τῆς ἄλλης βοηθείας ἕνεκεν, ἵνα καὶ ἐσθὴς, καὶ ἄλλα ὄργανα γίνηται ἐξ αὐτῶν. Εἰ οὖν ἡ φύσις μηθὲν, μήτε ἀτελὲς ποιεῖ, μήτε μάτην, ἀναγκαῖον τῶν ἀνθρώπων ἕνεκεν αὐτὰ πάντα πεποιηκέναι τὴν φύσιν. *Ursin.*

siderum, quamquam etiam ad mundi cohærentiam pertinent, tamen & spectaculum hominibus præbent: nulla est enim insatiabilior species, nulla pulcrior & ad rationem sollertiamque præstantior: eorum enim cur-
r demetiti, aut dimetiti alii. sus [r] dimetati, maturitates temporum & varietates mutationesque cognovimus. quæ si hominibus solis nota sunt, hominum facta esse causâ judicanda sunt.

156 Terra verò fœta frugibus & vario leguminum genere, quæ cum maxima largitate fundit, ea ferarumne, an hominum causâ gignere videtur? quid de vitibus olivetisque dicam? quarum uberrimi lætissimique fructus nihil omnino ad bestias pertinent. neque enim serendi, neque colendi, nec tempestivè demetendi percipiendique fructus, neque condendi ac reponendi ulla pecudum scientia est: earumque omnium rerum hominum est & usus & cura.

157 LXIII. Ut fides igitur & tibias eorum causâ factas dicendum est, qui illis uti possunt; sic ea, quæ diximus, iis solis confitendum est esse parata, qui utuntur. nec si quæ bestiæ furantur aliquid ex his, aut rapiunt, illarum quoque causâ ea nata esse dicemus. [14] Neque enim homines murium aut formicarum causâ frumentum condunt, sed conjugum, & liberorum, & [s] familiarum suarum. itaque bestiæ furtim, ut dixi,
s familiarium MSS. fruuntur, domini palàm & liberè. Hominum igitur
P. LVIII. causâ eas rerum copias comparatas fatendum est.

158 Nihil fortè tanta ubertas & varietas pomorum eorumque jucundus non gustatus solùm, sed odoratus etiam & adspectus dubitationem affert, quin hominibus solis ea natura donaverit. tantumque abest, ut hæc bestiarum etiam causâ parata sint, ut ipsas bestias hominum gratiâ generatas esse videamus. Quid enim oves
t confectis alii. aliud afferunt, nisi ut earum villis [t] confectis atque contextis homines vestiantur? quæ quidem neque ali, neque sustentari, neque ullum fructum edere ex se sine cultu hominum & curatione potuissent. Canum verò tam fida custodia tamque amans dominorum adulatio,

14. *Neque enim homines murium aut formic.*] Secutus sum libros & vulgatos & mss. qui sic habent. lectorem tamen celatum nolui, Carisium lib. 1. testari, à M. Tullio hic scriptum esse, *murum*, pro *murium*. Lambin.

15. Vi-

latio, tantumque odium in externos, & tam incredibilis ad investigandum sagacitas narium, tanta alacritas in venando quid significat aliud, nisi se ad hominum commoditates esse generatos?

Quid de bubus loquar? quorum ipsa terga declarant 159
non esse se ad onus accipiendum figurata: cervices autem natæ ad jugum: tum vires humerorum & latitudines ad aratra [v] extrahenda. quibus cùm terræ subigerentur fissione glebarum, ab illo aureo genere, ut poëtæ loquuntur, vis numquam ulla afferebatur.

[v] pertrahenda *Bouh.*

Ferrea tum verò proles exorta repentè est,
Ausaque funestum prima est fabricarier ensem,
Et gustare manu [15] *victum domitumque juvencum.*

[16] Tanta putabatur utilitas percipi ex bubus, ut eorum visceribus vesci scelus haberetur.

LXIV. LONGUM est mulorum persequi utilitates & asinorum; quæ certè ad hominum usum paratæ sunt. Sus verò quid habet, præter escam? [17] cui quidem, ne 160
pu-

15. *Victum domitumque juvencum.*] *Vinctum* habet antiquus liber, eamque lectionem confirmant ea quæ περὶ βοὸς ἀροτῆρος cecinerunt Græci poëtæ. *Ursin.*

16. *Tanta putabatur utilitas &c.*] Deest hîc aliquid, ut, *tanta enim.* Saltem sequens ratiocinatio videtur tale quid postulare. *Bouhier.*

17. *Cui quidem ne putresceret.*] *Putisceret* Nonio visum esse scribendum supra ostendimus. *Camer.* *Cui quidem ne putisceret, &c.*] Legendum, libris omnibus invitis, ut est apud Nonium, in voce *Putidum*, *ne putisceret*; & ita etiam olim edi jusseram. nam vulgò legitur, *ne putresceret.* Huic loco similis est ille sup. lib. v. de Fin. *Animam illi pecudi datam pro sale ne putisceret.* sic enim illic quoque legendum est, non *putresceret*, ut habent libri vulgati. *Lambin.* *Cui quidem, ne putresceret, animam ipsam pro sale datam dicit esse Chrysippus.*] Sic optimi MSS. nec fuit, cur Nonium potius quàm eos sequeremur. Quod autem Chrysippo tribuit Noster, id Cleanthi dat Clemens Alex. Strom. lib. VII. pag. 304. Διὸ, inquit, καὶ Κλεάνθης φησὶν ἀνθ' ἁλῶν αὐτὰς (ὗας) ἔχειν τὴν ψυχὴν, ἵνα μὴ σαπῇ τὰ κρέα. Idem dictum refert Strom. lib. II. pag. 174. Δέδοσθαι δὲ τῷδε τῷ ζώῳ (ὑὶ) ψυχὴν πρὸς οὐδὲν ἕτερον, ἢ ἕνεκα τοῦ τὰς σάρκας σφριγᾶν. Τῶν Στωϊκῶν ἐνίοις adscribit Plutarchus Sympos. lib. v. Quæst. 10. At hoc, tanquam vulgare dictum, laudant Varro R. R. II. 4. & Plinius H. N. VIII. 51. Non aliter de piscibus locutus est Philo Judæus de Opif. Mundi pag. 10. G. *Davis.* Omnia loca, à Davisio hîc prolata, clarè docent, legendum esse, *ne putresceret*, ut in editt. vetustis. Doctiss. Paul. Leopardus lib. XVIII. cap. 3. Emend. jam indicaverat veram lectionem. *Bouhier.*

 18. Mul-

putrefceret, animam ipfam pro fale datam dicit effe
P. B. Chryfippus. qua pecude, quòd erat ad vefcendum hominibus apta, nihil genuit natura fœcundius. Quid multitudinem fuavitatemque pifcium dicam? quid avium? ex quibus tanta percipitur voluptas, ut interdum Pronœa noftra Epicurea fuiffe videatur. Atque hæ ne caperentur quidem, nifi hominum ratione atque follertiâ. quamquam aves quasdam, & alites, & ofcines, ut noftri augures appellant, rerum augurandarum causâ effe natas [x] putamus.

x putemus *edd. vett.*

161 Jam verò immanes & feras beluas nancifcimur venando, ut & vefcamur iis, & exerceamur in venando ad fimilitudinem bellicæ difciplinæ, & utamur domitis & condocefactis, ut elephantis: multaque ex [y] earum corporibus remedia, morbis & vulneribus eligamus, ficut ex quibusdam ftirpibus & herbis, quarum utilitates longinqui temporis ufu & periclitatione [z] percipimus. Totam licet animis tamquam oculis luftrare terram mariaque [a] omnia? cernes jam fpatia frugifera atque immenfa camporum, veftitusque denfiffimos montium, pecudum paftus, tum incredibili curfus mariti-
162 mos celeritate. Nec verò [b] fupra terram, fed etiam in intimis ejus tenebris plurimarum rerum latet utilitas, quæ ad ufum hominum orta, ab hominibus folis [c] invenitur.

y eorum *MSS.*
z percepimus *edd. vett. & Bouh.*
a omnia cernere *edd. quæd.*
b tantum fupra *alii.*
c invenietur *Bouh.*

LXV. Illud verò, quod uterque veftrûm fortaffe arripiet ad reprehendendum: Cotta, quia Carneades libenter in Stoicos invehebatur: Vellejus, quia nihil tam irridet Epicurus quàm prædictionem rerum futurarum: mihi videtur vel maximè confirmare, deorum providentiâ confuli rebus humanis. eft enim profectò divinatio, quæ multis locis, rebus, temporibus apparet, tum in privatis, tum maximè in publicis.

163 [18] Multa cernunt harufpices: multa augures provident: mul-

18. *Multa cernunt harufpices: multa augures provident.*] Illa verba, *multa augures provident*, non habentur in edit. Gruteri, fed revocata funt à Davifio. Malim tamen *prævident*, ut legitur in edit. Aldina; non quòd *providere* eo fenfu non reperiatur quibusdam locis apud Ciceronem, verùm ea videntur mihi effe corrupta; quid enim caufæ effet, ob quam Romani, qui accuratè loquebantur, confunderent fine neceffitate verba, quorum origo tam diverfam fignificationem iis tribuit? Præterea Cicero debebat ante omnia

multa oraculis declarantur, multa vaticinationibus, multa somniis, multa portentis: quibus cognitis, [19] multæ sæpe res hominum, sententiâ atque utilitate partæ, multa etiam pericula depulsa sunt. Hæc igitur sive vis, [d] sive ars, sive natura, ad scientiam rerum futurarum homini profectò est, [20] nec alicuiquàm à diis immortalibus

P. LIX.

d sive ars deest in MS.

omnia hoc loco, de providentia loquens, distinguere inter voces has duas, & eodem hoc capite verbum *providere* adhibet significatione propria singulis à diis immortalibus consuli & provideri solet. Modus scribendi apud veteres in MSS. primas syllabas vocum *præ*, & *pro*, & *per*, produxit multas lectiones incertas, ut sciunt ii, qui codd. veteres inspexerunt. Alio loco Cicero *prævidere* eodem sensu adhibuit, quo hic: *Præsentia cernit, futura prævidet*, inquit de Div. I. 30. quem locum tantò libentius adduco, quod contineat oppositionem inter *cernere* & *prævidere*, & consequenter docet, conjecturam meam esse verissimam. *Bouhier.*

19. *Multa sæpe res hominum sententiâ atque utilitate partæ.*] Ita sane Codd. quantum constat, omnes; nec tamen ullus, aut saltem parum commodus, exsurgit sensus. Lambinus ex conjectura recepit, *multa sæpe res ex animi sententia atque utilitates partæ.* At hæc quidem pura puta est licentia, quæ si grassaretur, in veteribus monumentis nihil esset intaminati; multumque præstat, hujusce generis ulcera prorsus intacta relinquere quàm importunis tentare medicinis. Cum tamen suspicionem proferre nihil impediat, putarim voces *hominum sententia* scriptas fuisse pro *omnium sciemia*. *Omnium* vero *scientia atque utilitate* nota fuit marginalis, eâdemque declararat librarius, quibus de rebus hic ageretur. Lego itaque, *multa sæpe res partæ*, verbis superfluis omnino deletis. *Davis.* Videtur mihi Davisius, antequam voces istas, *hominum sententia atque utilitate*, censeret tollendas, saltem debuisse facere mentionem conjecturæ à Lescaloperio prolatæ, & refutare, si quid in ea ipsi displiceret. Ea mihi quoque in mentem venerat, antequam legeram commentarium ejus, & ideo forsan de ea judico benignius; verùm illa mihi videtur felicissima. nempe ille legit: *Multa sæpe res hominum sententia atque utilitate partæ.* Præpositio *ex* fuit absorpta à voce præcedente, & requiritur tamen ad sensum perficiendum. *Sententia* apud Latinos significabat *desiderium*. Horat. de Arte Poët. vs. 76.

Post etiam inclusa est voti sententia compos.

Testis est formula ista adeo nota, *ex animi sententia*, de qua vide Sallustium Belli Jug. cap. LXXXIX. & Wassium eo loco. Ex ista formula interdum omittebatur vox *animi*, ut isto loco Ciceronis ad Att. lib. III. ep. 20. *Omnia essent ex sententia*, & multis aliis locis. Eodem sensu dixit lib. II. ad Fam. ep. 6. *Feliciter & ex mea sententia Remp. gessimus.* Potuit igitur hoc loco dicere, *res ex hominum sententia partæ*, nec video, quid huic emendationi possit opponi. *Bouhier.*

20. *Nec ab alio alicuiquàm.*] Voces *ab alio* non visuntur in Pal.

libus data. quæ ſi ſingula vos fortè non movent, univerſa certè tamen inter ſe connexa atque conjuncta
164 movere debebunt. Nec verò univerſo generi hominum ſolùm, ſed etiam ſingulis à diis immortalibus conſuli & provideri ſolet. Licet enim contrahere univerſitatem generis humani, eamque gradatim ad pauciores, poſtremò deducere ad ſingulos.

LXVI. NAM SI omnibus hominibus, qui ubique ſunt, quacumque in ora ac parte terrarum, ab hujusce terræ, quam nos incolimus, continuatione diſtantium, deos conſulere cenſemus ob eas cauſas, quas antè diximus: his quoque hominibus conſulunt, qui has
165 nobiscum terras ab oriente ad occidentem colunt. [21] Sin autem his conſulunt, qui quaſi magnam quandam inſulam incolunt, quam nos orbem terræ vocamus: etiam illis conſulunt, qui partes ejus inſulæ tenent, Europam, Aſiam, Africam. Ergo & earum partes diligunt, ut Romam, Athenas, Spartam, Rhodum: & earum urbium ſeparatim ab univerſis ſingulos diligunt, ut Pyrrhi bello Curium, Fabricium, [e] Coruncanium; primo Punico [22] Calatinum, [f] Duillium, Metellum, Lutatium; ſe-

e Coruncanum *alii.*
f Duellium *alii.*

pr. aut ſec. duo verò Wouweriani habent, *nec aliter quod à Diis &c.* ut valde ſuſpicer inquinatum locum gloſſemate, ſcribendumque tantum: *homini profectò à Diis immortalibus data.* Gruter. Agit bonus vir more ſuo, ejiciens ea in quibus hæret. Inquinatus eſt locus non gloſſemate, ſed gloſſematis, quod ignorabant librarii, vere Tulliani indocta ejectione. *Tà ab alio* abſunt etiam a Buſlidiano, quæ propterea non eſſe Tulliana reor, ſcribendumque: *Hæc ... natura ad ſcientiam rerum futurarum homini profectò eſt nec alicuiquam a diis immortalibus data.* Sic notabili voce reſtituta & ipſi illuſtramus Tullium, ut in oratione pro Sextio & libro III. Tuſcul. cap. 9. memoravimus ab patre factum, tanto certius, quod ipſi codices ultro eam ſuggerunt. Itaque ſic edere non dubitavi. *Gronov.* Daviſius edidit, *nec ab alio alicui quàm à Diis immortalibus.*

21. *Sin autem his conſulunt.*] Nec Victorii editio, nec Pall. tres agnoſcunt pronomen *his.* Gruter. *Sin autem* ſemper ſignificat, ut mihi videtur, aliquid præcedentibus contrarium. Cicero tamen hìc tantum exemplo confirmat id, quod antea dixerat. Credo igitur legendum eſſe, *ſi autem.* Bouhier.

22. *Calatinum, Duellium.*] Per hyſterologiam poſterior prius nominatur. Duellius itaque, ſive Duillius (Γαϊος Λίϊλιος apud Polybium eſt) commiſſo prælio Carthaginenſium ducem vicit, 30. naves cepit, 14. merſit, 7000. hoſtium cepit, 30000 occidit. Neque ulla victoria Romanis gratior fuit. Primus navalem triumphum duxit. Eutrop. Neque Calatinus is Regulus fuit, qui captivus

secundo Maximum, Marcellum, Africanum; post hos Paullum, Gracchum, Catonem, [g] patrumve memoriâ Scipionem, Lælium: multosque præterea & nostra civitas, & Græcia tulit singulares viros; quorum neminem nisi juvante deo talem fuisse credendum est.

g patrumque *alii.*

P. B.

Quæ ratio poëtas, maximéque Homerum, impulit, 166
ut principibus heroum, [23] Ulyssi, Diomedi, Agamemnoni, Achilli, certos deos, discriminum & periculorum comites, adjungeret. Præterea ipsorum deorum sæpe præsentiæ, quales suprà commemoravi, declarant, ab his & civitatibus, & singulis hominibus consuli: quod quidem intelligitur etiam significationibus rerum futurarum, quæ tum dormientibus, tum vigilantibus portenduntur. multa præterea ostentis, multa in extis admonemur, multisque rebus aliis: quas diuturnus usus ita notavit, ut artem divinationis efficeret. Nemo igitur vir magnus sine aliquo afflatu divino umquam fuit.

Nec verò ita refellendum est, ut, si segetibus aut 167
vinetis cujuspiam tempestas nocuerit, aut si quid è vitæ commodis casus abstulerit, eum, cui quid horum acciderit, aut invisum deo, aut neglectum à deo judicemus. Magna dii curant, parva negligunt. [24] Magnis au-

vus pro redimendis captivis Romam ab hoste missus fuit, sed qui illo tempore bis Conf. fuisse legitur. Videntur tamen, ô Cicero, confundi. hic enim tam ex ærumnis quàm rebus egregiè gestis nobilis est: cùm de altero, præter duos consulatus, nihil adeò splendidum aut virtuosum legatur. *Betuleius.*

23. *Ulyssi.*] Id quod ex tota ferè Odyssea apparet, ubi Pallas cùm Ulyssi, tum Telemacho favet. & exemplum unum est Iliad. β. Sic apud Vergilium Venus Æneæ suo ubique adest, sicut etiam Iliad. ε. à Diomedis manu eum liberat. Diomedem autem ibidem Pallas consolatur, & ejus ope plurimos interficit. Jupiter ipse Agamemnoni adest, cùm alibi, tum Iliad. β. Quàm vero pro suo Achille Thetis solicita sit passim in Iliade animadvertitur, præsertim lib. 1. 18. & ultimo. *Idem.*

24. *Magnis autem viris prospere eveniunt semper omnes res.*] In Ven. *eveniunt* omittitur: & potest sane extrinsecus non incommode verbum intelligi. Sed illa sinam. *Magna curare Deos, parva negligere.* Euripidea est, cujus versus Plutarchus præceptis conjugalibus exposuit:

Τῶν ἄγαν γὰρ ἅπτεται
Θεὸς, τὰ μικρὰ εἰς τύχην ἀνεὶς ἐᾷ.

Camer. *Prosperè semper omnes res.*] Est à Victorianis, quibus subscribunt Pall. duo & P. ille Gulielmianus, nisi quod in Pal. pr. *prospe-*

autem viris prosperè semper omnes res : si quidem satis à nostris & à principe philosophorum Socrate dictum est de ubertatibus [h] virtutis & copiis.

h virtutum *MSS.*

168 LXVII. HÆC MIHI ferè in mentem veniebant, quæ dicenda putarem de natura deorum. Tu autem Cotta, si me audias, eandem causam agas, teque & principem civem putes, & pontificem esse cogites, &, quoniam in utramque partem vobis licet disputare, hanc potiùs sumas: eamque facultatem differendi, quam [i] tibi à rhetoricis exercitationibus acceptam amplificavit Academia, huc potiùs conferas. Mala enim & impia consuetudo est contra deos disputandi, sive ex animo id fit, sive simulatè.

i tibi *deest in MS.*

prospera. etiam non malè. vulgati voce auctiores, *prosperè eveniunt semper.* Gruter.



M. TUL-

M. TULLII CICERONIS P. LX.

DE

NATURA DEORUM

A D

M. BRUTUM

LIBER TERTIUS.

ARGUMENTUM.

QUæ Balbus Stoicus superiori libro de Diis disseruit, eadem Cotta Academicus per singula capita repetens contrariis rationibus infirmat; & de omnibus probabiliter disserens liberum lectori judicandi arbitrium relinquit, credendique nihil tam firmum esse, quod rationibus contrariis probabiliter infirmari non possit.

I. QUæ cum Balbus dixisset, tum arridens 1 Cotta, Serò, inquit, [a] mihi, Balbe, praecipis, quid defendam. ego enim, te disputante, quid contrà dicerem, mecum ipse meditabar, neque tam refellendi tui causâ quàm ea, quæ minùs intelligebam, requirendi. Cùm autem suo cuique judicio sit utendum, difficile [b] factu est, me id sentire, quod tu velis.

a mi Balbe *MS.*

b factum *MSS.*

Hìc Vellejus, [1] Nescis, inquit, quanta cum exspectatione 2

1. *Nescis, inquit, quanta cum exspectatione, Cotta, sim te auditurus.*] Quare putat Cottam id ignorare? Saltem illi dubitandum erat de ea re. Quis enim non libenter audit sententias suæ adversas refutari? *Nescis* accipi non potest quasi scriptum esset, *Nescisne*, propterea quod sequentia id non patiuntur. Mihi scribendum videtur, *non nescis*. Prima litera verbi absorpsit voculam *non*, quod scribebatur per compendium, positâ tantum literâ *n*. Bouhier.

tione, Cotta, ſim te auditurus. jucundus enim Balbo noſtro ſermo tuus contra Epicurum fuit. præbebo igitur [c] me tibi viciſſim attentum contra Stoicos auditorem. ſpero enim, te, ut ſoles, bene paratum venire.

c ego me tibi MS.

3 Tum Cotta, [2] Si mehercule, inquit, Vellei. neque enim mihi par [d] ratio cum Lucilio eſt ac tecum fuit. Quî tandem, inquit ille? Quia mihi videtur Epicurus veſter de diis immortalibus non magnopere pugnare. tantummodò negare deos eſſe non audet, ne quid invidiæ ſubeat, aut criminis. Cùm verò deos nihil agere, nihil curare confirmat, membriſque humanis eſſe præditos, ſed eorum membrorum uſum nullum habere: ludere videtur ſatiſque putare, ſi dixerit eſſe quandam beatam naturam & æternam.

d certatio *Lamb.*

4 A Balbo autem animadvertiſti, credo, quàm multa dicta ſint, quamque, etiam ſi minùs vera, tamen apta inter

2. *Si mehercule, inquit, Vellei.*] Aut in his verbis mendum eſt, aut quidpiam deſideratur. quod ſi ita corrigas, *ſane hercule, inquit, Vellei*, non erit, quo lector offendatur, ſubaudietur enim, paratus venio; & optime cum ſequentibus ſententia conveniet. *P. Manut.* Hæc eſſe corrupta vident omnes. P. Manut. conjecit, *Sane hercule, inquit, Vellei:* D. autem Lambinus edidit: *Sic eſt mehercule.* ſed nulli codd. addicunt. Reg. exhibet, *non mehercule*, quod probo: rei enim difficultas fecit, ut Cotta benè paratus, ſeu fortibus ad Balbum confutandum argumentis inſtructus non venerit; idcirco ſe non tam *refellere* ejus *orationem* cogitare, *quàm ea, quæ minus intellexit, requirere* teſtatur. *Daviſ.* Omnes Critici aliquod vitium latere ſuſpicati ſunt. Manutius correxit, *ſane hercule.* Lambinus, *ſic eſt mehercule.* Daviſius, *non mehercule*, fide unius MS. Manutii & Lambini conjecturæ mihi viderentur præponendæ conjecturæ Daviſii, niſi reperiſſem modum meliorem ad reſtituendum hunc locum. Legendum eſt, *ſim mehercule, inquit*, id eſt, *utinam ſim tam bene paratus quàm credis.* Nemo, credo, dubitabit, quin hæc lectio conveniat ſententiæ oratoris, conſulto extenuantis vires ſuas æque ac genio linguæ Latinæ. *Sim* enim ponitur interdum pro *utinam ſim.* Propertius lib. IV. El. XI. ℣ſ. 101.

——— ſim digna merendo
Cujus honoratis oſſa vehantur equis.

Tibullus Paneg. Meſſal. ℣ſ. 4. *Tanti ſim conditor acti*; ita enim eſt legendum, ut forſan aliquando monſtrabitur. & ℣ſ. 37. *Sim victor in illis.* Si ellipſis iſta erat grata poëtis, ſine dubio adhuc magis placebat in ſermone familiari; neque opus eſt, ut addam, quomodo litera ultima vocis *ſim* potuerit abſorberi à litera prima vocis ſequentis. *Bouhier.*

3. Pu-

inter se & cohærentia. itaque cogito, ut dixi, non tàm refellere ejus orationem quàm ea, quæ minùs intellexi, requirere. Quare, Balbe, tibi permitto, responderene mihi malis, de singulis rebus quærenti ex te ea, quæ parum accepi, an universam audire orationem meam. Tum Balbus: Ego verò, si quid explanari tibi voles, respondere malo. sin me interrogare, non tam intelligendi causâ quàm refellendi; utrum voles faciam: vel ad singula, quæ requires, statim respondebo: vel, cùm peroraris, ad omnia. Tum Cotta, 5
Optimè, inquit. quamobrem sic agamus, ut nos ipsa ducit oratio.

P. B.

II. SED antequàm de re, pauca de me. non enim mediocriter moveor auctoritate tua, Balbe, orationeque ea, [e] quæ me in perorando [f] cohortabatur, ut meminissem, me & Cottam esse & pontificem. quod eò, credo, valebat, ut opiniones, quas à majoribus accepimus de diis immortalibus, sacra, cæremonias religionesque defenderem. Ego verò eas defendam [g] semper, semperque defendi: nec me ex ea opinione, quam à majoribus accepi de cultu deorum immortalium, ullius umquam oratio aut docti aut indocti movebit. sed cùm de religione agitur, [h] Ti. [i] Coruncanium, 3 P. Scipionem, P. [k] Scævolam, pontifices maximos, non Zenonem, aut Cleanthem, aut Chrysippum sequor: habeoque C. Lælium augurem, eundemque sapientem; quem potiùs audiam de religione dicentem in illa oratione

e qua *Lamb.*
f cohortabaris *Idem.*
g *illud* semper *quad. edd. non habent.*
h Ti. *deest in MS.*
i Coruncanum *alii.*
k Scævulam *alii.*

3. *Publium Scipionem.*] Sunt inter eos, qui clariore fulgent eruditione, viri magni nominis, qui Serapionem intelligunt Scipionem, filium illius, qui Corculum propter sapientiam appellatus fuit. Nec falluntur, si sententiam illorum cum Velleji Paterculi scriptis confero. Sic enim sub initium posterioris voluminis de cæde Tiberii Gracchi scribit: *Tum Publius Scipio Nasica, ejus, qui optimus vir à Senatu judicatus erat, nepos: ejus, qui Censor porticus in Capitolio fecerat, filius: pronepos autem Cneji Scipionis, celeberrimi viri, Publii Africani patruus, privatusque & togatus, cum esset consobrinus Tib. Gracchi, patriam cognationi praeferens, & quidquid publicè salutare non esset, privatim alienum existimans, ob eas virtutes primus omnium absens Pontifex Maximus factus est, cum data lævo brachio togæ lacinia, ex superiori parte Capitolii summis gradibus insistens, hortatus est, qui salvam vellent rempub. se sequerentur.* Hæc eo libentius adscripsimus, quia quicquid dubii nobis in Scipionum genealogia esse poterat expedita faciunt. *Betuleius.*

4. Ex

ne nobili quàm quemquam principem Stoicorum: cúmque omnis populi Romani religio in sacra & in
l & tert. MS. auspicia divisa sit: [l] tertium adjunctum sit; si quid prædictionis causâ, [4] ex portentis & monstris, Sibyllæ interpretes haruspicesve monuerunt: harum ego religionum nullam umquam contemnendam putavi: mihique
m institutis MS. ita persuasi, Romulum auspiciis, Numam sacris [m] constitutis fundamenta jecisse nostræ civitatis: quæ num-
P. LXI. quam profectò sine summa placatione deorum immor-
6 talium tanta esse [n] potuissent. Habes, Balbe, quid Cot-
n potuisset alii. ta, quid pontifex sentiat. [5] fac nunc ergo intelligam, tu quid sentias. à te enim philosopho rationem accipere debeo religionis; majoribus autem nostris, etiam nulla ratione reddita, credere.

III. TUM BALBUS, Quam igitur à me rationem,
o Quadripertita MS. inquit, Cotta, desideras? Et ille, [o] Quadripartita, inquit, fuit divisio tua: primùm, ut velles docere deos esse: deinde, quales essent: tum, ab his mundum regi: postremò, consulere eos rebus humanis. Hæc, si rectè memini, partitio fuit. Rectissimè, inquit Balbus: sed exspecto, quid requiras. Tum Cotta, Primum quidque videamus, inquit? [6] Et si id est primum, quod inter

4. *Ex portentis & monstris Sibyllæ interpretes.*] Antiquus liber manuscriptus habet, *monitis*, pro *monstris*: quæ lectio potest retineri, quamvis magis satisfaciat vulgata, si ita interpungatur, *Ex portentis & monstris, Sibyllæ interpretes, &c.* Ursin.

5. *Fac nunc ergo intelligam.*] Lactantius lib. II. cap. 7. citat, *ego*; non malè: neque pejus statim post, *nulla ratione reddita, rationis est credere.* quippe mss. & vulgg. non habent, *rationis est.* Gruter.

6. *Et si, id est primum &c.*] Primò legendum, duabus vocibus conjunctis, *etsi id est primum —— id tamen ipsum &c.* Leve est, fateor, sed in quo tamen novi qui hæserint; sic etiam legunt MS. Reg. & edit. Victor. Dein Lambinus varias conjecturas profert, quas ipse aliique substituunt pro voce *exuri*; ut *exire*, *excuti*, *exseri*. MS. quoque Reg. *exui*. Proferam aliam, quæ mihi præ illis placet, forte & Lectori placebit: *mihi quidem ex animo erui non potest.* Noster Ep. ad Att. *Fanum fieri volo, neque hoc mihi erui potest.* De aliorum conjecturis nihil dicam; neque enim necesse est. Nequeo tamen mihi persuadere, verbum *exuri* Ciceronis esse, aut ullo modo stare posse. Nam ut rectè Latinè dicamus, *inurere dolorem, notam, ignominiam, maculam*, & similia, non sequitur, nec puto, rectè dici posse, *exurere dolorem, ignominiam, &c.* Aliud prorsus est *exuro.* quanquam Virgil. Æn. VI. ℣s. 740.

Aliæ (animæ) *panduntur inanes*

Suspen-

inter omnes, nisi admodum impios, convenit, 7 mihi quidem ex animo exuri non potest, esse deos. Id tamen ipsum, quod mihi persuasum est auctoritate majorum,

Suspensa ad ventos: aliis sub gurgite vasto
Infectum eluitur scelus, aut exuritur igni.

Sed in hoc loco nulla est Metaphora; vera res agitur, ut existimavit Poëta, scelusque animarum aut aquâ eluitur, aut igni exuritur. *Walker.* Walker censet legendum *etsi*, voce unica, quam lectionem non probo, quoniam sermonis elegantia postulat *&c.* mutata interpunctione in sequentibus omnia se habebunt rectè. *Bouhier.*

7. *Mihi quidem ex animo exire.*] Ven. libri habent multo vehementius verbum, *Exuri:* quæ enim nulla alia ratione tolli possunt, ferro & igne solent. *Camer.* *Mihi quidem ex animo exuri non potest.*] Nulla fuit ratio, cur hæc sollicitarent viri docti: ea enim *inuri* dicuntur, quæ altè sunt impressa. Sic *dolorem inurere* habet Lactant. de Ira Dei cap. XVIII. & *maculas inurere* cap. XXIII. Sed admodum vulgaris est hæc Metaphora, ut exemplis non egeamus. Huic contrarium est *exuri.* Vult igitur Noster, opinionem de diis immortalibus in ejus animo radices tam altas egisse, ut nullo modo, ne igne quidem ferroque possit eximi. *Davis.* Lescaloperius & Davisius frustra conantur defendere phrasin istam, *mihi ex animo exuri non potest, esse deos.* Lambinus dicit, viros quosdam doctos censere legendum, *exire*, aut *excuti*, & ille ipse corrigebat, *exeri.* Walker mavult, *erui.* Jacobus Pelletierius Cenomannensis, cujus Observationes quasdam Criticas in Ciceronem possideo MSS. legebat, *eximi.* Inter omnes istas conjecturas possit quis hærere; sed bene habet, quod MS. Reg. cujus mentionem facit Walker, exhibet, *mihi ex animo exui non potest* Latinissima est ista phrasis.. Dicitur, *exuere aliquid ex aliquo*, ut in loco Lucilii apud Non. in voce *Erui: Unde domum vix redeat, vixque hoc exuat se*, aut potius, ut versum istum credo legendum: *Unde domum redeat vix, vixque hoc exuat hicce.* Cicero, ejus exemplum secutus, dixit, *Ex laqueis se exuere*; & alibi: *Hominem ex homine exuens.* Virgil. Æn. IX. ℣s. 303. *Humero simul exuit ensem.* & Hyginus Fab. CLXVI. *Ex cujus utero liberum exuit.* Passivè quoque Ovidius Fast. III. ℣s. 281. loquens de populo Rom. per Numam ad mitius vivendi genus translato, dixit: *Exuitur veritas.* & Tacitus Hist. IV. 6. usus est eodem loquendi genere: *Etiam in sapientibus cupido gloriæ novissima exuitur.* In omnibus istis locis auctores sine dubio subaudiverunt, *ex animo*, quod satis superque Ciceronianam phrasin probat. Ceterùm totus locus interpungendus est hoc modo: *Et, si id est primum (quod inter omnes, nisi admodum impios, convenit, mihi quidem ex animo exui non potest) esse Deos, id tamen ipsum, quod mihi persuasum est auctoritate majorum, &c.* Voces sex ultimæ, quæ non reperiuntur in plerisque MSS. sunt rejectæ, tanquam superfluæ per Victorium & Gruterum. Davisius eorum sententiæ adhæret; ego autem non difficulter eos sequar. *Bouhier.*

rum, cur ita sit, nihil tu me doces. Quid est, inquit Balbus, si tibi persuasum est, cur à me velis discere? Tum Cotta, Quia sic aggredior, inquit, ad hanc disputationem, quasi nihil umquam audierim de diis immortalibus, nihil cogitaverim, rudem me discipulum & integrum accipe, & ea, quæ requiro, doce.

8 Dic igitur, [p] quid requiras. Egone? primùm illud, cur, [q] quod perspicuum [r] in istam partem, ne egere quidem oratione dixisses, quòd esset perspicuum & inter omnes constaret, de eo ipso tam multa dixeris. Quia te quoque, inquit, animadverti, Cotta, sæpe, cùm in foro diceres, quàm plurimis posses argumentis onerare judicem, si modò eam facultatem tibi daret causa. Atque hoc idem & philosophi faciunt, & ego, ut potui, feci. Tu autem, qui id quæris, similiter facis, ac si me [s] roges, cur te duobus contuear oculis, [8] & non altero tantùm, cùm idem uno assequi possim.

p inquit, quid *Davis.* q quod in ista parte *Lamb.* r in partem *alii.* P. B. s interroges *MS.*

9 IV. Tum Cotta, Quàm simile istud sit, inquit, tu videris. Nam ego neque in causis, si quid est evidens, de quo inter omnes conveniat, argumentari soleo: perspicuitas enim argumentatione [t] elevatur: nec, si id facerem in causis forensibus, idem facerem in hac subtilitate sermonis. Cur contuerere autem altero oculo causa non esset; cùm idem obtutus esset amborum, & cùm rerum natura, quam tu sapientem esse vis, duo lumina ab animo ad oculos perforata nos habere voluisset. Sed quia non confidebas, tam esse id perspicuum, quàm tu velis; propterea multis argumentis deos esse docere voluisti. Mihi enim unum satis erat, ita nobis majores nostros tradidisse. Sed tu auctoritates contemnis, ratione pugnas.

t levatur *MS.*

10 Patere igitur, rationem meam cum tua ratione conten-

8. *Et non altero tantum.*] Vulgg. *& non altero tantum*; sed ultimam vocem rejiculam esse docent. Reg. & Bonon. 1494. eamque Tullio, pro liberalitate sua, dederunt librarii. Vide quæ notavimus ad lib. II. cap. 64. *Davis.* Davisius sustulit vocem ultimam auctoritate MS. & edit. vetustiss. verùm si quatuor hasce voces sustulisset, nemo, credo, qui quidem sapit, eum haud recte fecisse diceret, quoniam voces istæ fere omnem orationi vim demunt. Verisimile est, eas esse à librario quodam additas propter sequens, *cur contuerere autem altero oculo.* quasi vero in responsione voces objectionis essent repetendæ. *Bouhier.*

9. Sv

tendere. Affers hæc omnia argumenta, cur dii sint: remque meâ sententiâ minime dubiam argumentando dubiam facis. mandavi enim memoriæ non numerum solùm, sed etiam ordinem argumentorum tuorum. primùm fuit, cùm cælum suspexissemus, statim nos intelligere esse aliquod numen, quo hæc [v] regantur. Ex hoc illud etiam, [v] regerentur *MS.*

Adspice hoc sublime candens, quem invocant omnes Jovem.

Quasi verò quisquam nostrûm istum potiùs quàm 11 Capitolinum Jovem appellet: aut hoc perspicuum sit constetque inter omnes, eos esse deos, quos tibi Vellejus multique præterea ne animantes quidem esse concedant. Grave etiam argumentum tibi videbatur, quòd opinio de diis immortalibus & omnium esset, & quotidie cresceret. Placet igitur, tantas res opinione stultorum judicari, vobis præsertim, qui illos insanos esse dicatis? P. LXII.

V. AT ENIM præsentes videmus deos, ut apud Regillum Postumius, in Salaria [x] Vatienus, nescio quid etiam de Locrorum apud Sagram prœlio. Quos igitur tu Tyndaridas appellabas, id est, homines homine natos, & quos Homerus, qui recens ab illorum ætate fuit, sepultos esse dicit Lacedæmone, eos tu cantheriis albis, nullis calonibus, obviam Vatieno venisse existimas, & victoriam populi Romani Vatieno potiùs, homini rustico, quàm M. Catoni, qui tum erat princeps, nuntiavisse? Ergo & illud in silice, quod hodie apparet apud Regillum, tamquam vestigium ungulæ, Castoris equi credis esse? [x] Vattienus *Lamb.* & *ita in seq.*

Nonne mavis illud credere, quod probari potest, 12 animos præclarorum hominum, quales isti Tyndaridæ fuerunt, divinos esse & æternos, quàm eos, qui semel cremati essent, equitare & in acie pugnare potuisse? aut si hoc fieri potuisse dicis, doceas oportet, quomodo nec fabellas aniles proferas.

Tum Lucilius, An tibi, inquit, fabellæ videntur? 13 nonne A. Postumio ædem Castori & Polluci in foro dedicatam: nonne senatûs consultum de Vatieno vides? nam de Sagra Græcorum etiam est vulgare proverbium: qui, quæ [y] affirmant, certiora esse dicunt quàm illa, quæ apud Sagram. His igitur [z] auctoribus nonne de- [y] affirmant *MS.* [z] auctoritatibus *MS.*

debes moveri? Tum Cotta, Rumoribus, inquit, mecum [a] pugnas, Balbe: ego autem à te rationes requiro.

[a] disputas MS.

* *Desunt nonnulla.* *

14 VI. [9] Sequuntur, quæ futura sunt. Effugere enim nemo id potest, quod futurum est. Sæpe autem ne utile quidem est scire, quid futurum sit. miserum est enim, nihil proficientem angi, nec habere ne spei quidem extremum, & tamen commune solatium: præsertim cùm vos iidem fato fieri dicatis omnia: quod autem semper ex omni æternitate verum fuerit, id esse fatum. Quid igitur juvat, aut quid affert ad cavendum, scire aliquid futurum, cùm id certè futurum sit? unde porrò ista divinatio? quis invenit fissum jecoris? quis cornicis cantum notavit? quis sortes? quibus ego credo: nec possum [10] Attii Navii, quem commemorabas, lituum contemnere. [11] Sed quî ista intellecta sunt, à philosophis debeo discere, [12] præsertim cùm isti plurimis de rebus divinis mentiantur.

P. B.

At

9. *Sequuntur, quæ futura sunt.*] Pal. pr. & tert. lacunam hanc tegunt verborum continuatione. at sec. habet: *à te rationes percunctor eorum, quæ futura sunt.* ex quibus solum apparet, quantum sibi permiserint librarii. *Gruter.*

10. *Attii Navii.*] Dicendum semel est in codice Buslidiano & nunc & supra lib. II. cap. 3. legi, *Atti Navii*, quod idem ex codice Vossiano animadvertit pater lib. II. de Divinat. cap. 38. *Attumne Navium*, quum lib. I. variet. *Gronov.*

11. *Sed quî ista intelligenda sunt.*] Verum videtur esse, *Intellecta sint*, adstipulante & Veneta scriptura. *Camer.* Debeo, inquit Balbus, à philosophis discere, quî ista sunt intellecta. Verùm à quo intellecta? a populo? vel ab ipsis aruspicibus? Cotta eorum judicio non esset contentus. Philosophorum judicium postulat. Itaque distinguendum est, *quî ista intellecta sunt à philosophis debeo discere.* Bouhier.

12. *Præsertim cum isti plurimis de rebus divinis mentiantur.*] MS. Reg. *præsertim cum isti plurimis de rebus mentiantur*, omisso verbo *divinis.* sed in illo cod. non raro male omittuntur verba, ad sensum scriptoris explicandum necessaria. Edit. Victor. hunc locum sic exhibet, ut veram emendationem tanquam digito monstret, *præsertim cum plurimis de rebus isti divinis mentiuntur.* & sæpius in his libris observavi, eam editionem ordinem verborum magis Ciceronianum præferre. Sed ad rem. Lepida profectò ratio est, cur à philosophis velit discere, nimirum quia plurimis de rebus mentiuntur. Nimium diu est quod Tullium ita scribere potuisse credidimus. Quidni ille sic? *præsertim cum plurimis de re-*

At medici quoque (ita enim dicebas) sæpe falluntur. 15 [13] Quid simile, medicina, cujus ego rationem video, & divinatio? quæ unde oriatur non intelligo. Tu autem etiam Deciorum devotionibus placatos deos esse censes. Quæ fuit eorum tanta iniquitas, ut placari populo Romano non possent, nisi viri tales occidissent? consilium illud [b] imperatorium fuit, quod Græci στρατήγημα appellant, sed eorum imperatorum, qui patriæ consulerent, vitæ non parcerent. rebantur enim fore, ut exercitus imperatorem, equo incitato se in hostem immittentem, persequeretur: id quod evenit. [14] Nam Fauni vocem equidem numquam audivi. [c] tibi, si audisse te dicis, credam. etsi, Faunus omnino quid sit, nescio.

b *ita alii* i... ratoi

c tu

VII. Non igitur adhuc, quantum quidem in te, Balbe, est, intelligo deos esse: quos equidem credo esse, sed nihil docent Stoici. Nam Cleanthes, ut 16 dicebas, quattuor modis [d] formatas in animis hominum putat deorum esse notiones. Unus is modus est, de quo satis dixi, qui est susceptus ex præsensione rerum futurarum. Alter ex perturbationibus tempestatum & reliquis motibus. Tertius ex commoditate rerum, quas percepimus, & copia. Quartus ex astrorum ordine [e] cæ-

d inf... mata *conj.*

P. L:

rebus isti divini mentiantur. De Fato pag. 4915. edit. Lambin. *Chrysippus æstuans falli sperat Chaldæos ceterosque divinos.* de Div. lib. II. pag. 4857. *Ad sapientes hæc, non ad divinos referri solent.* Ibidem: *Aut nescio qui ille divinus*; & : *Nec hæc, qui divini habentur, profitentur se esse dicturos*, & sæpe alias iisdem in libris. Livius lib. I. cap. 36. *Agedum, inquit, divine tu, inaugura &c.* Sequentia sic distingue, *Quid simile, medicina, cujus ego rationem video, & divinatio, quæ unde oriatur non intelligo?* Hic quoque recte MS. Reg. & Victorius. *Walker.*

13. *Quid simile medicina habet.*] Reg. noster exhibet, *quid simile habet medicina*, sed solenne fuit librariis illa, quæ deesse censebant, ex ingenio supplere; cumque ea vox facile subaudiri possit, verbis Tullianis non est admiscenda. *Davis.* Vox *habet* hic nullo modo potest prætermitti, nisi per ellipsin, quæ mihi hoc loco videtur satis absurda. Quoniam igitur verbum id reperitur in MS. quodam, à Davisio citato, quare in textum non recipitur. *Bouhier.*

14. *Nam Fauni vocem.*] *Nam* non convenit huic loco, quia sequentia ad antecedentia nullo modo referuntur. equidem credo, legendum esse *jam*, qua voce Cicero frequenter utitur in transitionibus. *Idem.*

e cœlesti- que *MS.* — e cælique constantia. De præsensione diximus. De perturbationibus cælestibus, & maritimis, & terrenis, non possumus dicere, cùm ea fiant, non esse multos, qui illa metuant & à diis immortalibus fieri existiment.

17 Sed non id quæritur, sintne aliqui, qui deos esse putent: dii utrùm sint, [f] necnè, quæritur. Nam reliquæ causæ, quas Cleanthes affert, quarum una est de commodorum, quæ capimus, copia; altera de temporum ordine cælique constantia, tum tractabuntur à nobis, cùm disputabimus de providentia deorum; de qua plurima à te, Balbe, dicta sunt: eodemque illa etiam differemus, quòd Chrysippum dicere ajebas, quoniam esset aliquid in rerum natura, quod ab homine effici non posset, esse homine aliquid melius.

f nec ne sint *ed. vet.*

18 Quæque in domo pulcra cum pulcritudine mundi comparabas, & cùm totius mundi convenientiam consensumque afferebas, Zenonisque breves & acutulas conclusiones in eam partem sermonis, quam modò dixi, differemus: eodemque tempore illa omnia, quæ à te physicè dicta sunt de vi ignea, deque eo calore, ex quo omnia generari dicebas, loco suo quærentur: omniaque, quæ à te nudiustertius dicta sunt, cùm docere velles, deos esse, quare & mundus universus, & sol, & luna, & stellæ sensum ac mentem haberent, in idem

19 tempus [g] reservabo. A te autem [h] idem illud etiam atque etiam quæram, quibus rationibus tibi persuadeas, deos esse.

g differemus *MS.*
h idem deest in multis.

VIII. Tum Balbus, Equidem attulisse rationes mihi videor: sed eas tu ita refellis, ut, cùm me interrogaturus esse videare, & ego me ad respondendum compararim, repentè avertas orationem, nec des respondendi locum. Itaque maximæ res tacitæ præterierunt, de divinatione, de fato: quibus de quæstionibus tu quidem strictim, nostri autem multa solent dicere. sed ab [i] hac quæstione, quæ nunc in manibus est, [k] separantur. Quare, si videtur, noli agere confusè: [l] ut hoc explicemus hac disputatione, quod quæritur.

P. B.
i hac ea *Davis.*
k sequestrantur *MSS.*
l at *MS.* & *Davis.*

20 Optimè, inquit Cotta. Itaque quoniam quattuor in partes totam quæstionem divisisti, de [m] primaque diximus, consideremus secundam. quæ mihi talis videtur fuisse, [15] ut, cùm ostendere velles, quales dii essent, osten-

m prima quæ *aut* prima quia, *aut* prima qui- [illegible] *MSS.*

15. *Ut cum ostendere velles, quales dii essent, ostenderes nullos esse.*] Non

ostenderes nullos esse. à consuetudine enim oculorum animum abducere difficillimum dicebas: sed, cùm deo nihil præstantius esset, non dubitabas, quin mundus esset deus, quo nihil in rerum natura melius esset; modò possemus eum animantem cogitare, vel potiùs, ut cetera oculis, sic animo hoc cernere.

Sed cùm mundo negas quidquam esse melius, quid 21
dicis melius? si pulcrius, assentior. si aptius ad utilitates nostras, id quoque assentior. Sin autem id dicis, nihil esse mundo sapientius: nullo modo prorsus assentior; non quòd difficile sit mentem ab oculis [n] sevocare: sed quo magis [o] sevoco, eo minùs id, quod tu vis, possum mente comprehendere.

[n] evocare MS.
[o] evoco id. MS.

IX. NIHIL EST mundo melius in rerum natura. Ne in terris quidem urbe nostra. num igitur idcirco in urbe esse rationem, cogitationem, mentem putas? aut, quoniam non sit, num idcirco existimas formicam anteponendam esse huic pulcerrimæ urbi, quòd in urbe sensus sit nullus, in formica non modò sensus, sed etiam mens, ratio, memoria? Videre [p] oportet, Balbe, quid tibi concedatur, non te ipsum, quod velis, sumere.

[p] te op. MS.

Istum enim locum totum illa vetus Zenonis brevis, 22
&, ut tibi videbatur, [16] acuta conclusio dilatavit. Zeno P. LXIV.

Non opinor fecisse Victorium sine interventu veterum librorum, ut ederet, *ut ostenderes n. e.* geminata sic particula, *ut*, etsi in aliis id non ita occurrat. Est certe id Ciceronis, ut docuit Malaspina ad librum VIII. ep. 5. ad Attic. *Gronov.*

16. *Acuta conclusio dilatavit.*] Itane verò? *brevis conclusio dilatat?* aut, *Zenonis brevis conclusio istum locum dilatavit?* At Balbus contrarium plane Zenoni tribuit lib. II. cap. 7. eo ipso loco, quem respicit Cotta; ubi hanc ipsam *brevem & acutam conclusionem* commemorans ait: *Hac enim, quæ dilatantur à nobis, Zeno sic premebat.* &: *Ut Zeno solebat, brevius & angustius concluduntur. Dilatavit* igitur plane mendosum est, & re ipsa absurdum. Conjiciebam, *brevis &, ut tibi videbatur, acuta conclusio coartavit.* de Or. I. 35. *Perfice ut Crassus hæc, quæ coartavit, & peranguste refersit in oratione sua, dilatet nobis atque explicet.* Parad. p. 5338. edit. Lamb. *Cato autem, perfectus Stoicus —— ea est hæresi, quæ nullum sequitur florem orationis, neque dilatat argumentum.* Vide etiam Ac. Quæst. lib. IV. cap. 12, 13. de Fin. lib. II. cap. 6. *Zenonis est, inquam, hoc Stoici; ut jam* (vel *etiam*) *ante Aristotelis, omnem vim loquendi in duas tributam esse partes; rhetoricam palmæ, dialecticam pugno similem esse, quod latius loquerentur rhetores, dialectici autem compressius.* sic ille locus legendus est, quem ideo to-

no enim ita concludit: *Quod ratione utitur, melius est quàm id, quod ratione non utitur. Nihil autem mundo melius. ratione igitur mundus utitur.*

Hoc si placet, jam efficies, ut mundus optimè librum legere videatur. Zenonis enim vestigiis hoc modo rationem poteris concludere. Quod litteratum est, id est melius quàm quod non est litteratum. nihil autem mundo melius. litteratus igitur est mundus. Isto modo etiam disertus, & quidem mathematicus, musicus, omni denique doctrina eruditus, postremò philosophus erit mundus. [17] Sæpe dixti, nihil fieri sine deo, nec ullam vim esse naturæ, ut sui dissimilia posset effingere. Concedam non modò animantem & sapientem esse mundum, sed fidicinem etiam & tibicinem, quoniam
23 earum quoque artium homines ex eo procreantur. Nihil igitur affert pater iste Stoicorum, quare mundum ratione uti putemus, [q] nec cur animantem quidem esse. Non est igitur mundus deus: & tamen nihil est eo melius. [18] nihil est enim eo pulcrius, nihil nobis salutarius, nihil ornatius adspectu motuque constantius. Quòd si mundus universus non est deus, ne stellæ quidem, quas tu innumerabiles in deorum numero reponebas. quarum te cursus æquabiles æternique delectabant: nec mehercule injurià. sunt enim admirabili incredi-
24 bilique constantia. Sed non omnia, Balbe, [19] quæ cursus certos & constantes habent, ea deo potiùs tribuenda sunt quàm naturæ.

[q] ne *Lamb. Davis.*

X. QUID Chalcidico Euripo in motu identidem reciprocando putas fieri posse constantius? quid freto Sici-

tum libentius descripsi, ut dehinc emendatius legatur. *Walker.* Ultima vox ferri non potest, ut Walker observavit, quique correxit, *coarctabit*, quod convenit sensui; verùm nimium recedit à vestigiis lectionis vet. Credo Ciceronem scripsisse, *declaravit.* Bouhier.

17. *Sæpe dixi.*] *Dixti* legendum, ut est in manuscripto. *Ursin.*

18. *Nihil est enim eo pulcrius, nihil nobis salutarius.*] Illud *enim* & *nobis* revocavi ex libris nostris editionibusque veteribus. nam Victoriana habet heic primam vocem, Aldus pater secundam; quam nihilominus Victorius applicat membro sequenti, *nihil nobis ornatius.* Gruter.

19. *Quæ cursus certos & constantes habent vel servant.*] *Vel servant* omittitur in Venetis: & sane apparet, hanc alicujus dubitationem in textum scripti inculcatam fuisse. *Camerar.*

20. Ne

cilienfi ? quid Oceani fervore illis in locis, P. B.

Europam Libyamque rapax ubi dividit unda ?

Quid ? æstus [r] maritimi, vel Hifpanienfes, vel Britannici, eorumque certis temporibus vel acceffus, vel receffus, fine deo fieri nonne poffunt ? Vide, quæfo, fi omnis motus, omniaque, quæ certis temporibus ordinem fuum confervant, divina ducimus, [20] ne tertianas quidem febres & quartanas divinas effe dicendum fit, quarum reverfione & motu quid poteft effe conftantius ? Sed omnium talium rerum ratio reddenda eft.

r maris Lamb.

Quod vos cùm facere non poteftis, tamquam in aram, 25 [s] confugiftis ad deum. Et Chryfippus tibi acutè dicere videbatur, homo fine dubio verfutus & callidus. Verfutos eos appello, quorum celeriter mens verfatur: callidos autem, quorum, tamquam manus opere, fic animus ufu concalluit. Is igitur, fi aliquid eft, inquit, quod homo efficere non poffit, qui id efficit melior eft homine. Homo autem hæc, quæ in mundo funt, efficere non poteft. qui potuit igitur, is præftat homini. Homini autem præftare quis poffit, nifi deus ? eft igitur deus. Hæc omnia in eodem, quo illa Zenonis, errore verfantur.

s confugitis Davif.

Quid enim fit melius, quid præftabilius, quid inter 26 naturam & rationem interfit, non diftinguitur. Idemque fi dei non fint, negat effe in omni natura quidquam homine melius. id autem putare quemquam hominem, nihil homine effe melius, fummæ arrogantiæ cenfet effe. Sit fanè arrogantis, pluris fe putare quàm mundum. At illud non modò non arrogantis, fed potiùs prudentis, intelligere fe habere [21] fenfum & rationem; hæc

20. *Ne tertianas quidem febres.*] Ita omnes Pall. & editi ante Lambinum. is vel invitis libris refcribendum duxit, *quoque*. quod Mureto placebat; vel adeo *item*. Gruter. Bouhier legit, *itidem*.

21. *Senfum, & rationem, & orationem, hæc eadem & caniculam non habere.*] Antiqui libri alii habent, *fenfum & rationem, hac eadem & caniculam non habere.* alii, *fenfum, & rationem, & orationem, hac eadem Orionem & caniculam non habere.* emendo, *fenfum & rationem, Orionem, hac eadem & caniculam non habere.* P. Manut. *Senfum & rationem; hæc eadem Orionem & Caniculam non habere.*] Admifi, inventum à P. Manutio in libro fcripto, *Orionem*; quod ei alluderent omnino Pall. in quibus omnibus, *fenfum & rationem; hac eadem orationem & Caniculam &c.* cùm alioquin editi: *fenfum & rationem, & orationem, hæc eadem & caniculam.* Gruter.

P. LXV. hæc eadem Orionem & Caniculam non habere. [t] Et, si domus pulcra sit, intelligamus eam dominis, inquit, ædificatam esse, non muribus. sic igitur mundum deorum domum existimare debemus. Ita prorsus existimarem, si illum ædificatum, non, quemadmodum docebo, à natura conformatum putarem.

t Ut, si dom. *Bouh.*

27 XI. AT ENIM quærit apud Xenophontem Socrates, [22] unde animam arripuerimus, si nulla fuerit in mundo. Et ego quæro, unde orationem, unde numeros, unde cantus. Nisi verò loqui solem cum luna putamus, cùm propiùs accesserit, aut ad harmoniam canere mundum, ut Pythagoras existimat. Naturæ ista sunt, Balbe, naturæ non artificiosè ambulantis, ut ait Zeno, quod quidem quale sit jam videbimus, sed omnia cientis & agitantis motibus & mutationibus suis.

28 Itaque illa mihi placebat oratio de convenientia consensuque naturæ, quam quasi [v] cogitatione continuatam conspirare dicebas. Illud non [x] probabam, quòd negabas id accidere potuisse, [23] nisi ea uno divino spiritu continerentur. Illa verò cohæret & permanet naturæ viribus, non deorum: estque in ea iste quasi consensus, quam συμπάθειαν Græci vocant: sed ea, quo sua sponte major est, eo minùs divina ratione fieri existimanda est.

v cognationem continuatam *Lamb.* cognatione continuata *Davis.*

x probem *MS.*

XII.

22. *Unde animam arripuerimus, si nullus fuerit in mundo Deus.*] Vera lectio, suffragante & exemplo Veneto, *Unde animum arripuerimus, si nullus fuerit in mundo.* Deum enim temere inculcarunt hoc loco. Planum hoc faciunt Xenophontis verba de primo 'Απομνημονευμάτων: *Νῦν δὲ μόνον ἄρα οὐδαμοῦ ὄντα σε εὐτυχῶς πως δοκεῖς συναρπάσαι. Camer.*

23. *Nisi ea uno divino spiritu continerentur.*] Sic repræsentandum curavi, ducibus ipsa re veteribusque libris; pronomen enim ad *naturam* refertur. Vulgò, *continerentur.* Credo, quod supra lib. II. cap. 7. dixerat Balbus, *nisi ea uno divino & continuato spiritu continerentur.* At ibi præcesserat *neutrum* plurale. *Davis.* *Nisi ea uno divino spiritu continerentur. Illa vero &c.*] Davisius correxit secundùm MSS. codd. & editt. vett. *contineretur*, quod sane meretur laudem, quum sine dubio agatur de Natura. In sequentibus autem nihil prorsus video: *illa vero cohæret & permanet naturæ viribus.* Quid? an natura permanet naturæ viribus? nunquam credam Ciceronem ita scripsisse. Ni ego itaque fallor, quædam hic desunt, in quibus verosimiliter, postquam locutus erat de universitate rerum, sermonem claudit dicendo, *illa vero cohæret &c.* Bouhier.

24. Ex

XII. ILLA AUTEM, quæ Carneades afferebat, 29 [y]quemadmodum dissolvitis? Si nullum corpus immortale sit, nullum esse corpus sempiternum, corpus autem immortale nullum esse, ne individuum quidem, nec quod dirimi distrahive non possit. Cumque omne animal patibilem naturam habeat, nullum est eorum, quod effugiat accipiendi aliquid extrinsecus, id est, quasi ferendi & patiendi necessitatem. Et, si omne animal mortale est, immortale nullum est. [z]Ergo itidem [a]si omne animal secari ac dividi potest, nullum est eorum individuum, nullum æternum. Atqui omne animal ad accipiendam vim externam & ferendam paratum est. mortale igitur omne animal, & dissolubile, & dividuum sit necesse est.

Ut enim, si omnis cera commutabilis esset, nihil esset cereum, quod commutari non posset: item nihil argenteum, nihil æneum, si commutabilis esset natura argenti & æris. similiter igitur, si omnia, quæ sunt, è quibus cuncta constant, mutabilia sunt: nullum corpus esse potest non mutabile. mutabilia autem sunt illa, ex quibus omnia constant, ut vobis videtur. omne igitur corpus mutabile est. At si esset corpus aliquod immortale, non esset omne mutabile. ita efficitur, ut omne corpus mortale sit. etenim omne corpus aut aqua, aut aër, aut ignis, aut terra est, aut id, quod est concretum ex his, aut ex aliqua parte eorum. horum autem nihil est, quin intereat. 30

Nam & terrenum omne dividitur, & humor ita mollis est, ut facilis [b]comprimi collidique possit. ignis verò & aër omni [c]impulsu facillimè pellitur, naturaque cedens est maximè & [d]dissipabilis. præterea omnia hæc tum intereunt, [e]cùm in naturam aliam convertuntur: quod fit, cùm terra in aquam se vertit, & cùm ex aqua oritur aër, & cùm ex aëre æther, cùmque eadem vicissim retrò commeant. Quòd si ea intereant, ex quibus constet omne animal, nullum est animal sempiternum. 31

XIII. ET, UT hæc omittamus, tamen animal nullum inveniri potest, quod neque natum umquam sit, & semper sit futurum. omne enim animal sensus habet. sentit igitur & calida, & frigida, & dulcia, & amara, nec potest ullo sensu jucunda accipere [f]& non accipe- 32

re

[y] quomodo MSS.
[z] Ergo identidem si MSS. P. B.
[a] &, si edd. vett.
[b] premi MS.
[c] pulsu MS.
[d] dissupabilis MS.
[e] tum alii.
[f] & deest in MS. P. LXVI.

re contraria. ſi igitur voluptatis ſenſum capit, doloris etiam capit. quod autem dolorem accipit, id accipiat etiam interitum neceſſe eſt. omne igitur animal confitendum eſt eſſe mortale.

33 Præterea, ſi quid eſt, quod nec voluptatem ſentiat, nec dolorem, id animal eſſe non poteſt. ſin autem quod animal eſt, id illa neceſſe eſt ſentiat: & quod ea ſentiat, non poteſt eſſe æternum: & omne animal ſentit: nullum igitur animal eſt æternum. Præterea nullum poteſt eſſe animal, in quo non & appetitio ſit & declinatio naturalis. appetuntur autem, quæ ſecundùm naturam ſunt, declinantur contraria: & omne animal appetit quædam, & [g] fugit à quibusdam. Quod autem refugit, id contra naturam eſt, & quod eſt contra naturam, id habet vim interimendi. omne ergo animal

34 intereat neceſſe eſt. Innumerabilia ſunt, [24] ex quibus effici cogique poſſit, nihil eſſe, quod ſenſum habeat, quin id intereat. etenim ea ipſa, quæ ſentiuntur, [25] ut frigus & calor, ut voluptas & dolor, ut cetera, cùm amplificata ſunt, [h] interimunt. nec ullum animal eſt ſine ſenſu. nullum igitur animal eſt æternum.

g refugit *conj. Lamb.*

h intereunt *MSS.*

XIV. ETENIM aut ſimplex eſt natura animantis, ut vel terrena ſit, vel ignea, vel [26] animalis, vel humida: quod quale ſit ne intelligi quidem poteſt: [27] aut con-

24. *Ex quibus effici cogique poſſit.*] *Cogi* hic eſt pro *concludi.* Verùm an aliud exemplum poteſt proferri, ex quo patet, verbum illud eo ſenſu fuiſſe adhibitum? Donec exemplum aliquod tale mihi monſtrabitur putabo legendum eſſe, *colligi*, quod facile potuit mutari in *cogi.* Bouhier.

25. *Ut frigus & calor, ut voluptas & dolor.*] Eſt à Pal. ſec. alluduntque Gulielmiani, in quibus poſterius *&.* vulgata prius, *ut frigus, ut calor, ut voluptas, ut dolor.* Gruter.

26. *Animalis.*] Alii *aquatilis* legunt, manifeſto errore. Seipſum Cicero pulchre exponit libro Tuſcul. Quæſt. primo: *Perſpicuum*, inquit, *debet eſſe, animos, quum è corpore exceſſerint, ſive illi ſint animales, id eſt, ſpirabiles* (nam paulo antè hoc idem nomen eadem ſignificatione uſurpaverat) *ſive ignei, in ſublime ferri.* Fortè quia animus quibusdam ab ἄνεμος dici videtur, quod tamen Cicero non docet. Certè Vergilius quoque *animas* pro *auris* alicubi dicit, *Quantum ignes animaque valent.* Ceterùm videtur Academicus hîc Epicuri κρᾶμα, id eſt, elementorum temperamentum, contra Stoicum velle defendere. *Betuleius.*

27. *Aut concreta ex pluribus naturis.*] Vulgò, *concretum*; nec aliter MS. Reg. At mihi cum vetuſtis editt. placuit, *concreta*; ſubaudiatur

tum ex pluribus naturis, quarum suum quæque
habeat; [28] quo naturæ vi efferatur: alia infi-
alia summum, alia medium. Hæc ad quoddam
; cohærere possunt: semper autem nullo modo
:. necesse est enim, [i] suum quæque in locum
rapiatur. nullum igitur animal est sempiternum.
omnia vestri, Balbe, solent ad igneam vim re-
Heraclitum, ut opinor, sequentes: quem ipsum
nnes interpretantur uno modo. [29] qui quoniam,
ceret, intelligi noluit, omittamus. [30] vos autem
ita

i in suum quæque *MS. & Victor.*

35

P. B.

aim, *natura animantis.* Davisius. *Aut concretum ex pluribus* Davisius rectè restituit, *concreta*, quod est in editt. vett. ntibus vult legi, *afferatur*, quod mihi videtur esse melius lgata, *efferatur*, quam Lambin. voluit mutare in *feratur*. credit etiam esse legendum, *natura sua vi &c.* ad evitan- etitionem tam crebram vocis *natura*, significationibus di- Equidem puto, virum istum doctum non aberrare à recto & sequens vestigia MSS. quantum fieri potest legerem, *râ suâ feratur.* Bouhier.

uo natura vi efferatur.] Lambino reponendum placuit, *fe-* t Reg. à pr. manu, *afferatur*, quo modo prorsus legen- *avis.* Scribendum primò aut, *afferatur*, cum MS. Reg. aut ex conjectura Lamb. Præterea mihi legendum videtur, *a sua vi.* Series orationis est, *Etenim aut simplex est natu- ntis —— aut concreta ex pluribus naturis, quarum suum ocum habeat, quò natura sua vi feratur.* Jam sic lege, *ne- tim, in suum quæque locum natura rapiatur*; qui ordo ver- st à MS. Reg. edit. Venet. Victor. magisque è Ciceronis *alker.*

ui quoniam quid diceret intelligi noluit.] In manuscripto est, *am diceret quod intelligi noluit.* & paullo post, *omnia unum* , pro, *omnem vim esse ignem.* Ursin.

os autem ita dicitis, &c.] Si Cotta Stoicis adscribit, quod omnem vim esse ignem, ut verba hæc videntur signifi- e adscribit iis sententiam, quam non habebant, & quam hilosophus nullus unquam habuit. Si econtrario ille vo- vocibus significare, Stoicos ignem respicere tanquam principium, male expressit quod volebat. Ursini codex exhibent, *omnia unum esse ignem.* ea lectio est vera, nisi ne fallunt. Equidem scio, Stoicos agnoscere quatuor a, quemadmodum alii philosophi. verùm elemento ignis ant omnimodam excellentiam supra alia omnia, & voca- d κατ' ἐξοχὴν, στοιχεῖον. nam ignis elementum formans per mixturam, & quoniam alia dissolvuntur in eo, ne- issolvitur in ullo alio, dici potest quodammodo, illud ia, secundum illud principium, quod clarè exhibetur in Physicis Stobæi cap. 13. artic. ult. *Bouhier.*

31. Id

ita dicitis, omnem vim esse ignem. itaque & animantes, cùm calor defecerit, tum interire: & in omni natura rerum id vivere, id vigere, quod caleat. ego autem non intelligo, quo modo calore exstincto corpora intereant, non intereant humore, aut spiritu amisso, præsertim cùm intereant etiam nimio calore.

36 Quamobrem [31] id quidem commune est de calido: verumtamen videamus exitum. Ita vultis, opinor, [32] nihil esse [k] animal extrinsecus in natura atque mundo, præter ignem. [33] quî magis quàm præter animam, unde animantium quoque constet animus, ex quo anima

k animale *alii*.

31. *Id quidem commune est de calido.*] Patet quidem, illum voluisse dicere, aërem & aquam id habere commune cum igne, ut Lescaloperius dixit; verùm verba non istam sententiam exprimunt, quidquid idem Lescaloperius dicat, & exempla, quibus utitur ad confirmandum *de calido*, huc nullo modo conveniunt. Legendum itaque censeo, *commune eis est*, *& calido*, donec quid melius reperiatur. *Bouhier.*

32. *Nihil esse animal extrinsecus in natura &c.*] Lescaloperius vulgatam, *nihil esse animal in natura atque mundo, præter ignem*, retinet; eaque est certissime lectio vera. Præcipua difficultas consistit in explicatione vocis *extrinsecus.* alii alia protulerunt. Quod si mihi liceat cogitata proferre, videntur secundum systema istius sectæ duo præcipua animantium genera esse statuenda; alterum quod habebat corpus compositum è diversis elementis, & intrinsecus animatum per materiam æthercam, quæ perrumpit, penetrat & calefacit omnia. Talis est homo, & omnia alia animalia, quorum animus quodammodo in ipsis est conclusus. Alterum genus animalis est illud, quod formatum è nulla alia materia quàm ea, quæ animat & vivificat omnes alias, qualis æther, è mente istorum philosophorum, habebatur anima & corpus unà ac pariter, & consequenter illud genus animalis poterat dici animal per se, & non solum intrinsecus, sed etiam extrinsecus. illud est, quod Stoici appellabant *ultimum*, *altissimum*, *atque undique circumfusum & extremum*, *omnia cingentem atque complexum ardorem.* Quæ cum ita sint, facile intelligitur, quare Cicero illos producit dicentes: *nihil esse animal extrinsecus in natura atque mundo præter ignem.* Bouhier.

33. *Qui magis quàm præter animam.*] Sine dubio locus corruptus. Quid enim illud sibi vult, *anima*, *unde animus*, *ex quo anima?* Davisius corrigit, *unde animantium quoque animus ex anima dicitur.* & Walker majori adhuc licentia legit, *unde animantium quoque animus dicitur.* Lescaloperius huic loco unam addens literam, restituit plane illum. Is itaque hoc modo legit, *qui magis, quàm præter animam, unde animantium quoque constet animus, ex quo animal dicitur?* Miror, correctionem hanc non placuisse Cantabrigiensibus; licet enim in abnormi & monstroso commentario Lescalo-

citur? Quo modo autem hoc, quasi concedatur, s, nihil esse animum, nisi ignem? probabilius videtur, tale quiddam esse [l]animum, ut sit ex atque anima temperatum. quod si ignis ex sese nimal est, nulla se alia admiscente natura, quo- is, cùm inest in corporibus nostris, efficit ut sen- s, non potest ipse esse sine sensu. rursus eadem di- funt. quidquid est enim, quod sensum habeat, cesse est sentiat & voluptatem, & dolorem: ad autem dolor veniat, ad eundem etiam interitum e. ita fit, ut ne ignem quidem efficere possitis æ- m.

l animatum conj. Lamb.

uid enim? non eisdem vobis placet, omnem ignem 37 us indigere? nec permanere ullo modo posse, nisi [m] : ali autem solem, lunam, reliqua astra aquis, lulcibus, alia marinis? eamque causam Cleanthes :, cur se sol referat, nec longiùs progrediatur sol- i orbe, itemque brumali, ne longiùs discedat à hoc totum quale sit, mox. nunc autem con- itur illud, quod interire possit, id æternum non P. LXVII. naturâ: ignem autem interiturum esse, nisi alatur: esse igitur naturâ ignem sempiternum.

m pastu edd. multa.

7. QUALEM autem deum intelligere nos possu- 38 nulla virtute præditum? Quid enim? 34 pruden- ne deo tribuemus? quæ constat ex scientia rerum rum & malarum, &, nec bonarum, nec mala- Cui mali nihil est, nec esse potest, quid huic est [n]delectu bonorum & malorum? quid autem ne? quid intelligentia? quibus utimur ad eam rem, pertis obscura assequamur. at obscurum deo nihil t esse. nam justitia, quæ suum cuique distribuit, pertinet ad deos? hominum enim societas & munitas, ut vos dicitis, justitiam procreavit. tem- ntia autem constat ex prætermittendis voluptatibus oris: cui si locus in cælo est, est etiam voluptati- Nam fortis deus intelligi quî potest? in dolore, labore, an in periculo? quorum deum nihil attingit. Nec

n dilectu MS. & Lamb.

ii multa habeantur aliena, certum est tamen scripta ejus con- e quædam non aspernanda. *Bouhier.*

Prudentiamne Deo tribuemus.] Vertit locum Aristotelis ex X. Ethic. Πράξεις δὲ ποίας ἀπονεῖμαι χρεὼν αὐτοῖς, πότερα δικαίας, &c. *Ursin.*

35. *Pisum*

39 Nec ratione igitur utentem, nec virtute illa j
tum deum intelligere quî possumus? Nec verò
atque imperitorum inscitiam despicere possum, ci
considero, quæ dicuntur à Stoicis. ° sunt enii
imperitorum. 35 Piscem Syri venerantur. omn
genus bestiarum Ægyptii consecraverunt. Jam P v
Græcia multos habent ex hominibus deos, 36 A
dum, Alabandi: Tenedi, Tenem: Leucotheam
fuit Ino, & ejus Palæmonem filium, cuncta Gr
37 Herculem, Æsculapium, Tyndaridas: Ron
nostri, aliosque complures: quos quasi novos &
scriptitios cives in cælum receptos putant. Hæc
indocti.

o quatuor seqq. voces Grut, pro spuriis habet.

p verò Græcia m. habet *MS.*

40 XVI. QUID VOS philosophi? quî meliora? c
illa: sunt enim præclara. Sit sanè deus ipse mi
Hoc credo illud esse

P. B.

35. *Piscem Syrii venerantur.*] Propter Dercen, sive Dercet
dea Syria est: quam eo, quòd in piscem conversa narratui
modò colunt religiosè Syrii, sed etiam illius causâ piscium
stinent. de qua varii varia. Colligerem ex autoribus pa
nisi Gyraldus nos antevertisset, qui Syntagmate primo,
de Diis Topicis, benè multa commemorat. *Betuleius.*

36. *Alabandum, Alabandi: Tenedi, Tenem.*] Vel potius T
ut habet MS. Reg. licet etiam Suidæ Τένης agnoscatur. At o
reponas, *Alabandum, Alabandis.* Juvenal. Sat. III. 70.

Hic Andro, ille Samo, hic Trallibus, aut Alaban

Strabo lib. X. II. pag 878. Πολλὰς δὲ (leg. πολλὰς δὲ, ni
διαβάσεις) ὁ ἐκ Κοσκινίων εἰς Ἀλάβανδα. Vide Stephanum
bus Ἀλάβανδα & Τένεδος, Ciceronem in Verr. I. 19. Athe
ram Legat. cap. I. Diodor. Sic. Bibl. lib. V. pag. 348. &
liasten ad Iliad. A. 38. *Davis. Alabantum, Alabandi; T
Tenem; &c.*] Davisius putat certissimè reponendum esse,
dis. unde patet, illum *Tenedi* cepisse pro genitivo, cùm sit
nativus pluralis, & scribendum, *Tenedi*, pro *Tenedii*, ut *D
Dii*, quemadmodum satis patet è sequentibus. *Leucotheam*
git Cicero, *cuncta Græcia*; *Romulum nostri.* Verùm *Al*
Latinè dicuntur *Alabandenses*, ut infra cap. 19. Omnibus al
cis Cicero eos appellat more Græco *Alabandeis*, ut Fam.
ep 36. & in Br. cap. 95. & ita crediderim hîc legendum
quam proxime accedatur ad lectionem vulgatam. Quod
ad *Tenem*, nolim vocem illam mutare in *Tennem.* Videri
quid de ea re dixerit Holstenius ad Steph. in voce Τέ
Bouhier.

37. *Herculem, Æsculapium, &c.*] Quum Cicero fuerit studi
mus sermonis accurati, aut *cuncta Græcia*, quod præcedit,
sequeretur post *Tyndaridas*, aut melius legeretur, *item Hercul*
Bouhier.

Sublime candens, quem invocant omnes Jovem.
ıare igitur plures adjungimus deos? quanta autem est ırum multitudo? mihi quidem sanè multi videntur. ıgulas enim stellas numeras deos, eosque aut belluam nomine appellas, [38] ut Capram, ut Lupam, ut aurum, ut Leonem: aut rerum [q] inanimatarum, ut Argon, ut Aram, ut Coronam.

q *inanimarum Vict. Lamb. Davis.*
r *Argo Vict.*

41 Sed ut hæc concedantur, reliqua quî tandem non odò concedi, sed omnino intelligi possunt? cùm frus, Cererem, vinum, Liberum dicimus, genere nos ıidem sermonis utimur usitato: sed ecquem tam aentem esse putas, qui illud, quo vescatur, deum creıt esse? Nam quos ab hominibus pervenisse dicis ad :os, tu [s] reddes rationem, quemadmodum idem fieri ıtuerit, aut cur fieri desierit, & ego discam libenter. ıomodo nunc quidem est, non video, quo pacto il-, cui *in* [t] *monte Oetæo illatæ lampades fuerint*, ut ait Accius, *in domum æternam patris* ex illo ardore perve-

s *reddesis conj. Grut.*
t *monte delet Grut.*

38. *Ut caprum, ut lupam.*] *Nepam* pro *lupam* habet antiquus lir, & rectè: nec enim lupæ simulacrum inter sidera relatum ısse apud scriptores reperitur. *Ursin. Ut lupam &c.*] Consulantur Victorii Variæ Lectiones Libro XXXII. cap. 3. Robertus Titius ıendabat *ut Nepam* lib. IX. Controversorum cap. 4. sed ei Vilmarus minimè acquiescit, nisi concedamus intelligi Scorpium. *uter.*

39. *Actius.*] In Philoctete fortè, nisi de ipso Hercule, ipsius ıiterit fabula. Quanquam apud Sophoclem in Philoctete οὖρας Ἥρας λἶπων Philocteti appareat. Legitur certè in fabulis, ı in Oeta monte hominem incendio exuisse. Arnobius item . IV. pro Christianis adversus gentes, Plutarchi testimonio uti-'. Chæroneus, inquit, Plutarchus nostrarum esse partium comıbatur, qui in Oetæis verticibus, Herculem post morborum ıitialium ruinas dissolutum in cinerem prodidit. Et ita sanè ipsius in Oeta interitu constat etiam ex Diodoro, & Fabulis. ı cum Iolaus ossa colligere vellet, nullaque invenirentur, crecœptum est, eum secundum oraculum ad deos commigrasse. que obtinuit persuasio illa, ut ne historicæ quidem veritati cet, nec sepulchri monumentis. Adeò, inquam, invaluit illa rsuasio, ut pictura istius ἀποθεώσεως à Plinio celebretur. Athe-· Areopagi severitas contradicenti erat expavescenda: sed Pon-:x Romanus audet publicæ religioni contradicere, eamque (aln de sepulchro silentium) Actii poëtæ auctoritate rumpere. Ita speciem se res habet. Sed si rem verius æstimabimus, Cicero ıtificia sub persona id exprimit, quod sub sua proferre ausus ıquam fuisset. Non vacat hîc commemorare quicquam de Juıis in eum ira, deque reconciliatione & apotheosi. de quibus est

venerit. quem tamen Homerus conveniri apud inferos facit ab Ulysse, sicut ceteros, qui excesserant vitâ.

42 Quamquam, quem potissimùm Herculem colamus, scire sanè velim. plures enim tradunt nobis ii, qui interiores scrutantur & reconditas litteras: antiquissimum, Jove natum, sed antiquissimo item Jove. nam Joves quoque plures in priscis Græcorum litteris invenimus. [40] ex eo igitur & Lisyto est [41] is Hercules, quem concertavisse cum Apolline de tripode accepimus. [42] alter traditur Nilo natus, Ægyptius: quem ajunt Phrygias litteras conscripsisse. Tertius est ex [43] Idæis Digitis:

est aliquid in Epigram. Græcis, & apud Lycophronis commentatorem Tzetzem. Est autem argumentum hoc à sequentibus ad antecedentia negativè. Sicut etiam, quod sequitur. *Betuleius.*

40. *Ex eo igitur & Lisyto.*] *Lisyea* habet antiquus liber, unde conjecturam facio *Lysidea* legendum esse. *Ursin.*

41. *Is Hercules, quem concertavisse &c.*] Hercules iste erat etiam Ægyptius, si attendas ad sensum carminis Pythiæ, citati per Pausaniam lib. x. cap. 14. Id me induxit, ut crederem, pro nominibus istis ignotis *Lisyto*, aut *Lisyea*, quæ tanquam ejus matris in MSS. leguntur, esse reponendum, *Iside*; ea est Io, filia Inachi, regis Argorum, cujus Amores cum Jove sunt satis noti, & quæ postea dicta fuit Isis, licet filius, ex eorum congressu natus, dictus fuerit Epaphus, nihil tamen prohibet, quo minus is appellatus fuit Hercules, quemadmodum tum temporis vocabantur omnes, qui limites regnorum victoriis protendebant. & licet regnaverit in Egypto, ille tamen erat magis Græcus quam Ægyptius, quoniam pater ejus erat Jupiter veterrimus Arcadiæ, de quo Cicero loquitur cap. 21. & quia mater ejus erat Argiva. Verùm difficile est in hujuscemodi aliquid certi statuere. *Bouhier.*

42. *Alter traditur Nilo natus, Egyptius, quem ajunt Phrygias literas conscripsisse.*] *Phrygia litteræ* non sunt characteres Phrygii, ut putavit Lescaloperius, qui nihilominus facile potuit induci in errorem. Ego quoque erravissem, ut ille, sine loco quodam Plutarchi, qui, licet corruptus, nos docet fuisse librum veterem, qui vocabatur *Litera Phrygia*, de Iside & Osiride, pag. 362. ubi ita loquitur: Οὐ γὰρ ἄξιον προσέχειν τοῖς Φρυγίοις γράμμασιν, ἐν οἷς λέγεται Χαροπῶς τοῦ μὲν Ἡρακλέους γενέσθαι θυγάτηρ, Ἰσαιακοῦ δὲ τοῦ Ἡρακλέους ὁ Τυφών. *Bouhier.*

43. *Ex Idæis dactilis.*] Alii *digitis*, ut Cicero interpretatus fuerit Græcum verbum. de his alii aliter. Quidam *Phryegas*, quidam *Cretenses*, ut Apollonius, fecere. De his veteres versus in Græcorum scholiis repertos subjecimus:

Ἔντα γόητες
Ἰδαῖοι Φρύγες ἄνδρες ὀρέστεροι οἰκὶ ἔναιον
Κέλμις, δ᾽ ἀμνάμενός τε μέγας καὶ ὑπέρβιος ἄκμων
Εὐπάλαμοι θεράποντες ὀρείης ἀδρηστείης,
Οἱ πρῶτοι τέχνην πολυμήτιος Ἡφαίστου

Εὐ-

tis: cui inferias afferunt. 44 Quartus, Jovis & Asteriæ, P. LXVIII.
Latonæ sororis, qui ᵛ Tyri maximè colitur; cujus Kar- ᵛ Tyrii
thaginem filiam ferunt. Quintus in India, qui Belus *alii.*
dicitur. Sextus hic ex Alcumena, quem Jupiter genuit, sed tertius Jupiter: quoniam, ut jam docebo, plures Joves etiam accepimus.

XVII. QUANDO enim me in hunc locum deduxit 43
oratio, docebo, meliora me didicisse de colendis diis immortabilibus jure pontificio, & majorum more, 45 capedunculis iis, quas Numa nobis reliquit, de quibus in

Εὗρον ἐν οὐρείῃσι νάπαις ἰόεντα σίδηρον,
Ἐς πῦρ τ᾽ ἤνεγκαν καὶ ἀριπρεπὲς ἔργον ἔδειξαν.

Reliqua autem persequi, quæ de his traduntur, & nimis longum, neque instituti hujus fuerit. *Camer.* *Ex Idæis dactylis.*] Antiqua lectio habet *digitis*, quasi *dactylos* illos appellare Latino nomine maluerit. *Ursin.* *Ex Idæis indigenis.*] *Idæis digitis* alii, utrumque depravatum. sequor Constantii Fanensis, eruditi sane hominis & admodum diligentis, sententiam, qui legit, *Idæis Dactylis*, ex Strabonis libro X. qui scribit, unum ex Idæis Dactylis Herculem fuisse nominatum; & ex Diodori VI. cujus hæc sunt verba: *Primi in Creta circa Idam habitarunt Idæi Dactyli appellati.* & infra: *Scribunt, unum ex eis appellatum Herculem.* Sic etiam legitur in Maffæi libro. *Digitis* autem, ut idem Constantius recte conjicit, glossa fuit, verbo *Dactylis* superimposita; unde & *in digitis* & *indigenis* errore aucto factum est. *P. Manut.* *Ex Idæis Digitis.*] Non potui omittere trium Palatinorum scripturam, confirmatam insuper editione Victorii. P. Manutius reposuit *Ex Idæis Dactylis*, fide, ut inquit mss. sed sic nulli Gulielmiani, nulli Wouveriani; allusere potius nostris *Digitis*, ut Latinè locutus fuerit Cicero, non Græcè. hucque etiam inclinabat lectio olim publicata, *ex Idæis indigenis.* Gruter.

44. *Quartus, Jovis & Asteria &c.*] Sic ferè Lambinus, addito nempe *est*, &. Verùm Pall. tres habent voce amplius; *cui quartus est Asteria.* Gruterus. Hanc voculam quoque ipse notavi in Buslidiano, & pater in alio, ut opiner scripsisse Tullium, *cui inferias afferunt Coi. Quartus &c.* Gronov. *Quartus est Jovis & Asteria.*] Illud adversatur omnibus aliis Mythographis. Apollodorus enim lib. I. Bibliothecæ, cap. 4. Hyginus Fab. LIII. & omnes alii dicunt, Asteriam restitisse conatibus Jovis. Cicero igitur secutus fuit alios scriptores, & forsan eos, qui historias Carthaginenses litteris mandarunt. De Hercule Tyrio vide Herodotum lib. II. cap. 44. *Bouhier.*

45. *Capedunculis.*] Metonymia est, signum pro re signata. Per capedunculas enim intelligit antiquitatis frugalitatem. Sicut in Paradoxo primo, Corinthiis quorundam operibus, frugales Numæ capedines opponit. Quid, inquit, Numa Pompilius, minus ne gratas diis immortalibus capedines ac fictiles urnulas fuisse, quàm

in illa aureola oratiuncula dicit Lælius, quàm rationibus Stoicorum. Si enim vos sequar, dic, quid ei respondeam, qui me sic roget: 46 Si dii sunt, suntne etiam Nymphæ deæ? 47 Si Nymphæ, Panisci etiam & Satyri? Hi autem non sunt: ne Nymphæ quidem deæ igitur. At earum templa sunt publicè vota & dedicata. 48 Quid igitur? ne ceteri quidem ergo dii, quorum templa sunt dedicata. Age porrò, Jovem & Neptunum deum numeras. 49 ergo etiam Orcus, frater eorum, deus, 50 & illi, qui fluere apud inferos dicuntur, Acheron, 51 Cocytus, Pyriphlegethon: tum Charon, tum Cerberus, dii putandi.

At

quàm delicatas aliorum pateras arbitramur? Viderit Lazarus, quur ea luxuriæ instrumenta sumptuosa fecerit. Morisotus εὐρυχωρίας transtulit, sed hoc nomine poculum nec apud Athenæum, nec Pollucem invenio. Deinde Grammatici magis propter ansulas, quàm propter capacitatem sic appellasse videntur. ἡ πλημοχόη ex descriptione Athenæi & Pollucis videtur capedini Latinorum non dissimilis esse. *Betuleius.*

46. *Si dii sunt, suntne etiam Nymphæ deæ? si Nymphæ, Paniscine & Satyri?* Ita legitur hic locus in manuscripto, &, ut videtur, melius quam in impressis. *Ursin.*

47. *Si Nymphæ, Panisci etiam & Satyri?*] Quare his vocibus interrogandi nota apponitur? Consequentia est deducta ex eo, quod erat concessum, Nymphas esse deos. Hoc si verum est, inquit, Panisci & Satyri sunt etiam dii. Verùm illi non sunt dii; ergo nec Nymphæ sunt deæ. Vide quomodo hæc Carneadis argumenta erant proposita in Sexto Empyrico adv. Mathematicos. p. 339. *Bouhier.*

48. *Quid igitur? ne ceteri quidem ergo Dii.*] Ita placuit distinguere cum Pall. nam Victorius legit cum nota interrogationis: Lambinus verò punctum posuit post vocem *quidem.* malè. imo si sequendæ membranæ nostræ, eradicabimus illud *Quid igitur*, cujus nullum vestigium in primo aut sec. habet quidem solum *igitur* tertius; sed is omisit mox *ergo.* Gruter.

49. *Ergo etiam Orcus, frater eorum Deus, & illi &c.*] *Deus* videtur hic non necessarium, & è contrario videtur aliquid deesse ante *& illi*; nam Jovem & Neptunum si dicas deos esse, inde non æque sequitur, Acherontem esse deum ac Plutonem. Conjicio, Ciceronem scripsisse: *Age porro, Jovem & Neptunum deos numeras, ergo etiam Orcus frater eorum.* Si Orcus, & illi, qui fluere apud inferos dicuntur, ut, cum supra dixit: *Si Nymphæ, Panisci etiam &c.* Bouhier.

50. *Et illi qui fluere apud inferos dicuntur.*] Brevius P. & Pal. pr. *qui fluunt apud inferos.* restat tamen alterum in ceteris nostris. *Gruter.*

51. *Cocytus, Pyriphlegethon.*] Secutus sum Pall. tres & Wouv. duos:

At id quidem repudiandum: [x] ne Orcus quidem igi- 44
tur. Quid dicitis ergo de fratribus? [52] hæc Carneades x & Orcus
agebat, non ut deos tolleret: quid enim philosopho mi- *Davis.*
nùs conveniens? sed ut Stoicos nihil de diis explicare
convinceret. Itaque insequebatur. Quid enim? aje-
bat, si ii fratres sunt in numero deorum, num de patre
eorum Saturno negari potest? quem vulgò maximè ad
Occidentem colunt. qui si est deus, patrem quoque
ejus, Cælum esse deum confitendum est. Quod si ita
est, Cæli quoque parentes dii habendi sunt, Æther &
Dies, eorumque fratres & sorores: qui à genealogis
antiquis sic nominantur, [53] Amor, Dolus, Metus, P. B.
Labor, Invidentia, Fatum, Senectus, Mors, Tene-
bræ, Miseria, Querela, [54] Gratia, Fraus, Pertinacia,
Parcæ, Hesperides, Somnia: quos omnes Erebo &
Nocte natos ferunt. Aut igitur hæc monstra probanda
sunt, aut prima illa tollenda.

XVIII. QUID? Apollinem, Vulcanum, Mercu- 45
rium, ceteros, deos esse dices: de Hercule, Æscula-
pio, Libero, Castore, Polluce dubitabis? At hi quidem
coluntur æquè atque illi; apud quosdam etiam multo
magis. Ergo hi dii sunt habendi, mortalibus nati ma-
tribus? Quid? Aristæus, qui olivæ dicitur inventor,
Apollinis filius: [y] Theseus, qui Neptuni: reliqui, quo- y Theseus-
rum patres dii, non erunt in deorum numero? Quid, que Nept.
quorum matres? opiner etiam magis. ut enim in jure *MS.*
civili, [55] qui est matre libera, liber est: item jure natu-
ræ, qui dea matre est, deus sit necesse est. Itaque
Achil-

duos: neque aliter editi à P. Victorio. nam vulgati; *Cocytus*, *Styx* *Phlegethon*. mirum non item adjecisse *Lethen*, ut ne quis deesset. *Gruter.*

52. *Hac Carneades agebat.*] *Ajebat* habet vetus liber. *Ursin.*

53. *Amor, Dolus, Metus &c.*] Non ausus sum recedere à Victorii editione; ea priores, *Motus*, quod plerique typographorum retinuerunt, restatque in Pall. tert. sed duo priores, ut & P. habent, *Modus*. quod examinabunt otiosiores. *Gruter.*

54. *Gratia.*] Vox hæc mihi suspecta; ob ea quæ mox infert auctor; ubi *monstra* vocat totam hanc progeniem. *Idem.* Etiam in Hygini fabulis frater Doli agnoscitur Timor. Sed Buslidianus hoc loco *morbus*. Gronov.

55. *Qui est matre libera liber est: item jure naturæ, qui dea matre est.*] Est rursus à Victoriana: neque aliter Pall. nostri. vulgata lectio, *de matre*, item *de dea*. Gruterus.

Achillem [56] Astypalenses insulani [z] sanctissimum colunt, qui si deus est: & Orpheus, & Rhesus, dii sunt, Musa matre nati. nisi fortè maritimæ nuptiæ terrenis anteponuntur. Si hi dii non sunt, quia nusquam coluntur: quo modo illi sunt?

z sanctissimè *Lamb.*

46 Vide igitur, ne virtutibus hominum isti honores habeantur, non immortalitatibus: quod tu quoque, Balbe, visus es dicere. Quo modo autem potes, si Latonam deam [a] putas, Hecaten non putare, [57] quæ matre Asteria est, sorore Latonæ? an hæc quoque dea est? vidimus enim ejus aras delubraque in Græcia. sin hæc dea est, cur non Eumenides? quæ si deæ sunt, quarum & Athenis fanum est, & apud nos, ut ego interpretor, [58] lucus Furinæ: Furiæ deæ sunt, speculatrices, credo, & vindices facinorum, & [b] sceleris.

a putes *alii.*

b scelerum *alii.*

47 Quòd si tales dii sunt, ut rebus humanis intersint: Natio quoque dea putanda est: cui, cùm fana circuimus in agro Ardeati, rem divinam facere solemus. quæ quia partus matronarum tueatur, à nascentibus Natio nominata est. Ea si dea est; dii omnes illi qui commemorabantur à te, Honos; Fides, Mens, Concordia. ergo etiam Spes, Moneta, [c] omniaque, quæ cogita-

P. LXIX.

c omnia quæ *MS.*

56. *Astypalenses insulani sanctissimum colunt.*] Est à Pal. secundo, quod & fuisse in membranis Victorii, fidem facit editio ejus. erat in Pal. pr. *astypalisnse insula.* in tert. & P. *astiphalisse insula.* Wouv. *Astiphali in insula.* in omnibus *colunt*, non *colit.* vulgo enim *Astipalea insula sanct. colit.* Gruterus.

57. *Quæ matre Asteria est, sorore Latonæ?*] Nostri libri nihil discrepant, nisi quod in Pal. pr. est, *Asteria, soror Latonæ.* Lambinus impudenti arrogantia finxit nobis, *cujus matertera Asteria est; mater Latona.* Idem.

58. *Lucus Furinæ*] Hic locus declarare, quàm declarari, magis commodus est. Varro meminit furinalis flaminis, & furinalium feriarum: item furinalium sacrorum Festus, quæ nimirum in Furinæ honorem instituta fuerunt. Cæterum de Furinæ luco nihil alibi. Martian. quidem Furæ cujusdam, & Furinæ, & Maniæ matris mentionem facit, in 2. *Betuleius.* *Lucus Furinæ.*] *Farinæ* scribendum ex auctoritate vetusti lapidis in quo ita incisum est:

P. POETELLIUS P. L.
SYRUS
LANISTA AD. AR. FORIN.
AR. ROM. DD. VIX.
ANN. XLIIX.
H. S. E. *Ursin.*

59. *Se-*

tatione nobismet [d] ipsis [e] possumus fingere. quod si verisimile non est: ne illud quidem est, hæc unde fluxerunt.

d ipsi *alii.* e volumus fingere vel poss. *MS.*

XIX. QUID AUTEM dicis? si dii sunt illi, quos colimus & accepimus: cur non eodem in genere 59 Serapim Isimque numeremus? quod si facimus, cur barbarorum deos repudiemus? boves igitur & equos, ibes, accipitres, aspidas, crocodilos, pisces, canes, lupos, feles, multas præterea beluas, in deorum numero reponemus. quæ si rejiciamus, illa quoque unde hæc nata sunt, rejiciemus.

Quid deinde? Ino, dea dicetur, 60 quæ Leucothea 48
à Græcis, a nobis Matuta dicitur, cùm sit Cadmi filia? 61 Circe autem, 62 & Pasiphae, & Aee, è Perseide, Oceani filia, natæ, patre Sole, in deorum numero non habebuntur? quamquam Circen quoque coloni nostri Circeienses religiosè colunt. Ergo hanc deam dicis. Quid Medeæ respondebis? quæ duobus avis, Sole & Oceano, Æeta patre, matre Idyia procreata est. Quid hujus 63 Absyrto fratri, qui est apud Pacuvium Ægialeus? sed illud nomen veterum litteris usitatius. Qui si dii

59. *Serapim.*] *Sarapim* est in antiquo. & utroque modo reperitur in æneis numismatibus, in quibus est *Deo Sarapidi* & *Serapidi.* Ursin.

60. *Quæ Leucothea à Græcis, à nobis Matuta dicitur.*] Aliter nostra triga & ed. Victorii, nempe, *Ino Dea dicetur, & Leuc. à Græcis, à nob. Mat. dicetur.* quam scripturam si admittimus, ejiciemus primum *dicetur.* *Gruter.*

61. *Circe autem, & Pasiphaë, & Hesperides.*] Ven. ita: *Et Aee è Perside.* Ac de Circe res certa est: quam & Aretam dicit Hesiodus ex Sole & Perseide Oceani filia procreatam. Sed & Pasiphaën fuisse solis filiam, vel de Ovidianis versibus notum est, quibus Phædra de avo sole gloriatur:

Quod sit avus radiis fronte vallatus acutis,
Purpureo tepidum qui movet axe diem.

Sed & restitutio eorum, quæ mox sequentia in omnibus exemplaribus vulgo ita legebantur, *& a patre Matridilia*, facilis fuit, ut scriberetur *Aeta patre, Matre Idya.* Nam Hesiodus duxisse Ἰδυῖαν Oceani F. Aetam, & ex illa suscepisse Medeam, scribit. *Camer.*

62. *Et Pasiphae & Æe, è Perseide.*] Huc tendunt omnes libri nostri scripti, expresseruntque apertè Pall. tres; neque aliter edidit Victorius. prius cusi, *& Pasiphae è Perseide.* vel *& Pasiphae & Hesperides, è Perseide.* Gruter.

63. *Apsyrto fratri.*]. *Absyrto* scribendum auctoribus Græcis scriptoribus, apud quos est ἄψυρτος. *Ursin.*

 64. At-

dii non ſunt, vereor quid agat Ino. hæc enim omnia ex eodem fonte fluxerunt.

49 An Amphiaraus, deus erit, & Trophonius? noſtri quidem publicani, cùm eſſent agri in Bœotia deorum immortalium excepti lege cenſoria, negabant immortales eſſe ullos, qui aliquando homines fuiſſent. Sed ſi ſunt hi dii; eſt certè Erechtheus, cujus Athenis & delubrum vidimus, & ſacerdotem. Quem ſi deum facimus, quid aut de Codro dubitare poſſumus, aut de ceteris, qui pugnantes pro patriæ libertate ceciderunt? quod ſi probabile non eſt: ne illa quidem ſuperiora, unde hæc manant, probanda ſunt.

P. B.

50 [64] Atque in pleriſque civitatibus intelligi poteſt, [f] augendæ virtutis gratiâ, quo libentiùs reipublicæ cauſâ periculum adiret optimus quiſque, virorum fortium memoriam honore deorum immortalium conſecratam. ob eam enim ipſam cauſam Erechtheus Athenis filiæque ejus in numero deorum ſunt. Itemque [65] Leonaticum eſt delubrum Athenis, quod Leocorion nominatur. Alabandenſes quidem ſanctiùs Alabandum colunt, à quo eſt urbs illa condita, quàm quemquam nobilium deorum: apud quos non inurbanè Stratonicus, ut multa, cùm quidam ei moleſtus, Alabandum deum eſſe confirmaret, Herculem negaret: Ergo, inquit, mihi Alabandus, tibi Hercules ſit iratus.

[f] acuendæ *alii.*

51 XX. ILLA AUTEM, Balbe, quæ tu à cælo aſtriſque ducebas, quàm longè ſerpant, non vides. Solem, deum eſſe, Lunamque, quorum alterum Apollinem Græci, alteram Dianam putant. Quòd ſi Luna dea eſt:

64. *Atque in pleriſque civitatibus.*] *Atqui* eſt in manuſcripto, ad hujus loci ſententiam, et ornatum aptius. *Urſin.* *Atque in pleriſque civitatibus, &c.*] Lactantius, qui citat hunc locum Inſt. lib. I. cap. 15. legit, *atque adeo*; quæ mihi videtur vera lectio. Probo etiam vehementer *acuenda virtutis*, quod ibi legitur, pro *augenda.* Bouhier.

65. *Leonaticum eſt delubrum.*] Ita enim Pall. & P. non, *Leonatarum*, uti publicavit Lambinus. videatur Gul. Canterus lib. V. Novar. Lect. cap. 18. *Gruter.* *Leonticum* eſſe puto, Λεοντεῖον. Gronov. *Itemque Leonaticum eſt delubrum.*] Quidquid dicatur ad defendendum *Leonaticum*, non videtur eſſe ferendum. Quare non admittitur feliciſſima illa Lambini conjectura, *Leonatarum?* ea etiam in mentem venerat P. Leopardo, feliciſſimo & ingenioſiſſimo Critico ſui temporis, Emend. lib. XIX. cap. 22. *Bouhier.*

66. *Thau-*

est: ergo etiam Lucifer: ceteræque errantes, numerum deorum obtinebunt. igitur etiam inerrantes. Cur autem [g] Arqui species non in deorum numero reponatur? est enim pulcer, & ob eam causam, quia speciem habeat admirabilem, [66] Thaumante dicitur esse nata. cujus si divina natura est, quid facies nubibus? arcus enim ipse ex nubibus efficitur quodam modo coloratus. Quarum una etiam Centauros peperisse dicitur. Quòd si nubes retuleris in deos, referendæ certè erunt tempestates, quæ populi Romani ritibus consecratæ sunt. Ergo imbres, nimbi, procellæ, turbines, dii putandi. nostri quidem duces, mare ingredientes, immolare hostiam fluctibus consueverunt. P. LXX.

g Arcus *alii.*

Tum si est Ceres à gerendo (ita enim dicebas) terra 52
ipsa dea est, & ita habetur: quæ est enim alia Tellus? sin terra: mare etiam; quem Neptunum esse dicebas: ergo & flumina, & fontes. [67] Itaque & Fontis delubrum [h] Maso ex Corsica dedicavit: & in augurum precatione Tiberinum, Spinonem, [68] Anemonem, Nodinum,

h Marso *alii.*

66. *Thaumante dicitur Iris esse nata.*] Ita legit. Ant. Augustinus, cum in impressis desit vox *Iris*. Ursin. Rectè quidem *Iris* alii deleverunt, sed *esse*, quod fuit natum ex *Iris*, præterea delendum erat.

67. *Itaque & Fontis delubrum.*] Fonti Deo vervecibus sacrum fiebat, ut ex inscriptione fratrum Arvalium constat, in qua est, FONT. VERB. N̄. II. *Ursin.* *Itaque fontis delubrum.*] Locus hic mihi suspectus est. Constat, Corsicam in Romanorum potestatem venisse circiter annum DLXXXI. & constat, eam provinciam prætoriam fuisse. De Marso nullæ sunt conjecturæ, nisi de Martio, & aqua Martia nonnihil somniare velimus. De Tyberino, ex Servio & aliis constat. Anienes duos Frontinus ponit, veterem & novum. Spinon & Nodinus ita sunt obscuri, ut ne suis quidem autoribus celebrati sint. Spinonem tamen Boccatius in sua nomenclatione posuit. *Betuleius.*

68. *Anemonem.*] De Anemone fluvio meminit Plinius lib. III. cap. 15. sed cum in octava Italiæ regione ponatur, non habet hîc locum: itaque pro *Anemonem* parva mutatione *Alcmonem* legendum putarim, qui, ut inquit Vibius Sequester, fluvius est Romæ vicinus, ubi Mater deûm IV. Kal. Apr. lavatur. Statius lib. I. Sil.

Est lucus ante urbem qua primum nascitur ingens
Appia, quaque Italo gemitus Almone Cybele
Ponit &c.

Et Lucanus lib. I.

Tunc qui fata Deûm secretaque carmina servant:
Et lotam parvo revocant Almone Cybelen.

Ursin. *Anemonem.*] Sic & Pall. nostri. Turnebus ad Varronem ten-

num, alia propinquorum fluminum nomina videmus. Ergo hoc aut in immensum serpet, aut nihil horum recipiemus, nec illa infinita ratio superstitionis probabitur.

53 XXI. NIHIL ergo horum probandum est. Dicamus igitur, Balbe, oportet contra illos etiam, qui hos deos ex hominum genere in cælum translatos, non re, sed opinione esse dicunt, quos augustè omnes sanctéque veneramur. Principio Joves tres numerant ii, qui theologi nominantur: ex quibus primum & secundum natos in Arcadia: alterum patre Æthere, ex quo etiam Proserpinam natam ferunt & Liberum: alterum patre Cælo, qui genuisse Minervam dicitur, quam principem & inventricem belli ferunt: tertium Cretensem, Saturni filium: cujus in illa insula sepulcrum ostenditur. 69 Διόσκουροι etiam apud Grajos multis modis nominantur.

tentabat *Anienonem*. Gruter. *Anemonem, Nodinum.*] Licet omnes MSS. habeant *Anemonem*, dubitandum tamen non est, quin vox ea sit corrupta. Et Cicerone clarè ostendente se loqui de fontibus vicinis Romæ, illud non potest quidquam commune habere cum *Anemone*, qui influebat in Padum prope Ravennam. Nihil est certius conjecturâ Ursini, qui legebat, *Almonem*. Cluverius Ital. Ant. lib. II. cap. 10. dicit etiam: *Scripsisse Ciceronem Almonem nemo dubitare potest.* quod attinet ad *Spinonem* & *Nodinum*, rivuli sunt fere incogniti, qui influunt in Tiberim paulo infra Almonem fluvium. *Bouhier.*

69. *Dioscuri etiam apud Graios multis modis nominantur. Primi tres qui appellantur anactes Athenis.*] Emendavi *anaces*: hoc enim est verum Dioscurorum nomen: unde Ἀνάκειον illorum templum dicebatur. Traduntur multæ rationes & causæ à Græcis autoribus hujus appellationis, vel à verbo ἀνάσσειν. vel ab adverbio ἀνακῶς, id est *humaniter* & *diligenter*, quòd se ita gesserunt erga Athenienses: magnis enim copiis in urbe existentibus, sua interesse illi arbitrati sunt, ne quisquam omnino civis injuriam à militibus pateretur, atque id summo studio procuraverunt. Vel ab ἄνω καὶ ἐκεῖ, quòd custodiunt navigantes cum sint stellæ & supra nos stent: nam duo hæc adverbia componentes ἀνακῶς Athenienses solebant dicere. Et has & alias etiam hujus nominis derivationes exponit Plutarchus in Vita Thesei: sic enim inquit: Καὶ τιμὰς ἰσοθέους ἔσχον ἄνακες προσαγορευθέντες ἢ διὰ τὰς γενομένας ἀνοχὰς ἢ διὰ τὴν ἐπιμέλειαν καὶ κηδεμονίαν τοῦ μηδένα κακῶς στρατιᾶς τοσαύτης ἔνδον οὔσης· ἀνακῶς γὰρ ἔχειν τοὺς ἐπιμελουμένους ἢ φυλάττοντας ὁτιοῦν καὶ τοὺς βασιλεῖς ἴσως Ἄνακτας διὰ τοῦτο καλοῦσιν. εἰσὶ δὲ οἱ λέγοντες διὰ τὴν τῶν ἀστέρων ἐπιφάνειαν ἄνακας ὀνομάζεσθαι τὸ γὰρ ἄνω τοὺς Ἀττικοὺς ἄνεκας ὀνομάζειν καὶ ἀνέκαθεν τὸ ἄνωθεν. *Anactes* generale nomen erat omnium Regum, ut nonnulli

tur. Primi tres, qui appellantur Anaces, Athenis ex Jove, rege antiquissimo, & Proserpina nati, [i] Tritopatreus, [k] Eubuleus, Dionysius. Secundi, Jove tertio nati ex Leda, Castor & Pollux. Tertii dicuntur à nonnullis [l] Alio & Melampus, [m] Emolus, Atrei filii, qui Pelope natus fuit.

i Tricopatr. *alii.*
k Eubulæus *alii.*
l Alco *MSS.*

70 Jam Musæ primæ quattuor, natæ Jove altero, Thel- 54

m Eumelus *alii.*

nulli putant (in quibus etiam Plutarchus est) ab eodem adverbio, quo *Anacer*, deducto nomine, quòd custodirent summâ curâ & diligentiâ salutem eorum, quibus præessent. *Victor.* *Anaces.*] Ἀνακὰς appellant Græci Castorem & Pollucem: & eorum templum ἀνακεῖον dicitur à Lucano in Timone. *Ursin.* Ἄνακτες dicebantur dii & reges, & Græci ita vocabant Dioscoros. Illud est certissimum; verum quia nomen erat generale, quare Cicero hîc ejus mentionem facit? Ceterùm, locus hic mala interpunctione laborat, & erat distinguendus, *qui appellantur Anactes Athenis, ex Jove &c.* Quis enim unquam dixit, deos illos fuisse natos Athenis, & Jovem ibi regnavisse? non igitur tam est respiciendum nomen quod Dioscuris fuit datum à Græcis universis, quàm quidem nomen illud, quo colebantur ab Atheniensibus. Victorius igitur hîc recte vidit, legendum *Anaces*; nam certissimum est, Athenienses ita appellasse deos istos. Plutarchi loco, à Victorio citato, facile multa alia possent addi. Hesychius: Ἄνακας τοὺς Διοσκούρους, & paulo post: Ἀνακοῖν, τοῖν Διοσκούροιν. & inde eorum templum Athenis dictum erat Ἀνακεῖον, & festum eorum Ἀνάκεια, ut docent Castellanus, Meursius & alii. An Victorii correctio indiget majori certitudine, ut recipiatur? *Bouhier.*

70. *Jam Musa prima quatuor nata Jove altero, nata & Thelxinoë &c.*] Ven. *Jam Musa quatuor nata Jove altero, Thelxiope, Aade, Arche, Melete.* Sed quatuor Musæ nusquam commemorantur à Græcis. Tres quidem fuisse priscas scribit Pausanias Bœoticis his nominibus, Μελέτην, Ἀοιδὴν, Μνήμην. Et Ausonius in grypo ternario, Tres quondam in Cithærone ex ære positas innuit. Quare poterimus, ut opinor, sine reprehensione ita legere: *Jam Musa prima, III. quæ Jove altero nata è Thelxinoë*, vel sane *Thelxiope*; de hoc enim nondum quicquam compertum habeo. *Camer.* *Jam Musæ primæ quatuor, natæ Jove altero, Thelxiope, Aœde, Arche, Melete.*] Ita editio Victorii; alluduntque Pall. nostri atque P. nisi quod omnes, *nata Jove altero, nata Thelxinone*, aut simile quid. Aldus avus vulgarat, *altero, Thelxiope, Mneme, Aade, Melete.* præter membranas sanè nostras, in quib. clarè *Arche.* & nisi me fallit, Camerarii conjectura proximè accedit ad scripturam nostrorum; *Jam Musa prima III. Jove altero nata è Thelxinoe, Aœde, Melete.* nam Pal. tert. expressit per notam, *IIII.* Gruterus. Certe hæc nota nihil juvat Camerarii mutationem, & sine dubio quatuor nominantur in MSStis, qui ut incepit Gruterus publicare, pergunt *Theixino nece archemelete*, vel *theixinoneoθde arche melete*, nisi quod eidem, *nata & theix.* quod credo & in Palatinis esse, licet neglexerit

Thelxiope, Aœde, Arche, Melete: secundæ, Jove tertio & Mnemosyne, procreatæ novem: tertiæ, [71] Jove tertio Pierio natæ, & Antiopa, quas Pieridas & Pierias solent Poëtæ appellare, iisdem nominibus, eodem numero, quo proximæ superiores. Cumque tu Solem, [n] quia solus esset, appellatum esse dicas: Soles ipsi quàm multi à theologis proferuntur? unus eorum Jove natus, nepos Ætheris: alter, Hyperione: tertius, Vulcano, Nili filio; cujus urbem Ægyptii volunt esse eam, quæ Heliopolis appellatur: quartus is, quem heroicis temporibus [o] Achanto Rhodi peperisse dicitur, [72] * Jalysi, Camiri, & Lindi: quintus, qui Colchis fertur Æetam & [p] Circen procreavisse.

P. B.

n eo quod solus *MS.*

o Arancho *Lamb.*

p Circam *MSS.*

XXII.

xerit Gruterus, a quo nescio unde aut cur in contextu servata sit *Mneme*, quam rejeci. In his exstare videtur clare *Thelxinoe*, *Nete*, *Arche*, non *Thelximone*, ut nonnulli. Νήτη vero notissima inter chordas. *Gronov.*

71. *Jove tertio Pierio nata & Antiopa.*] Sic Victoriani, sic nostri duo. nam tert. *Piero.* editi alii *Pieria nata*; quod & in Pal. quarto ac quinto. *Gruterus.* In quibus quem non advertit istas duas priores voces esse inducendas, utpote incassum iteratas ex præcedenti versu & ab unius scribæ exemplo propagatas in omnes libros? *Gronov.*

72. *Avum Jalysi, Camiri, & Lindi.*] Vox *avum* non est in ullo Pal. aut P. qui licet mendosissimi omnes, annectunt *Linde* nescio quem nomine *Rhodi*, aut *Thodi.* Victorius edidit *dicitur Jalysum, Camirum, Lindum.* sed casum illum quartum nostri non agnoscunt. *Gruterus.* Et vocem *avum* ut credamus non esse Ciceronis, sed alicujus eorum, qui ex fabularis historiæ fragmentis hæc ordinare voluerunt, quam possumus petere majorem fidem eâ quæ præter MSStos libros (nam nec in Buslidian. nec in Vossiano est) nobis datur ab Arnobio lib. IV. ubi satis patet eum descripsisse hæc verba; *Quartus Jalysi pater, quem Rhodi peperit heroicis temporibus Acantho.* Quæ aperte liquet descripta esse ex hoc Tullii loco. Quod si in nomine fœmineo constat mutationis ratio, quod nunc exhibetur *Achanto*, quum alii *Achantho*, alii *Acantho*; vides in illo ipsis literis esse *Charito*, quam posuit forsan Cicero pro Cydippe, ut aliis vocatur ea, unde sol genuit Cercaphum patrem horum trium. Mihi non satisfaciens, id modo egi, ut Cicero suus esset, expulso alieno, & vocem *avum* redire ad auctorem suum jussi; neque enim scire possumus, an non intellexerit *Jalysi*, *Camiri*, *Lindi & Rhodi* urbium conditorem. Ampelius: *Quartus qui Rhodi natus est, cujus etiam Zemintus est filius.* Gronov. *Quem heroïcis temporibus Acantho Rhodi peperisse dicitur, pater Jalysi, Camiri & Lindi.*] In plurimis editt. legas, *Avum Jalysi*; sed prima vox à MSS. exulat. Bonon. 1494. *Jalysi Cameritinde Rhodi.* Reg. noster, *Qui heroïcis temporibus dicitur peperisse* (& pro var. lect. *genuisse*) *Achantum Hialisi*, *Chameria*-

XXII. VULCANI item complures: primus Cælo 55
atus, 73 ex quo & Minerva Apollinem eum, cujus in
itela Athenas antiqui historici esse voluerunt: secun-
us 74 in Nilo natus, Opas, ut Ægyptii appellant, quem
ustodem esse Ægypti volunt: tertius ex tertio Jove
: Junone, qui Lemni fabricæ traditur præfuisse:
75 quartus Menalio natus, qui tenuit insulas propter Si- q nominantur MS.
liam, quæ Vulcaniæ q nominabantur.

Mercurius unus Cælo patre, 76 Die matre natus: cu- 56
jus

ntidem Rhodi. Cantab. habet, *Qui —— genuisse dicitur Jalysi.* ictorius edidit, *Jalysum*, *Camirum*, *Lindum.* Vulgò deest *pater*, uam vocem ex Arnobio nos addidimus, qui lib. IV. p. 135. sic ait: *Quartus Jalysi pater, quem Rhodii peperit heroïcis temporibus Acantho.* At mpelius c. IX. *Quartus, qui Rhodi natus est, cujus etiam Zeminthus* forte *Lindus*) *est filius.* Tzetzes autem ad Lycophronis ✝︎s. 922. Λίνδος αὶ Ἰάλυσος καὶ Κάμειρος, πόλεις εἰσὶ Ῥόδου, ἀπὸ τῶν ἐγγόνων Ἡλίου καὶ Ῥόδης, ἢ Ῥόαης καὶ Ποσειδῶνος. Obiter emendandus Theocriti Scholiastes ad Idyll. XVII, 69. Τῶν Δωριέων πεντάπολις, nquit, Λίνδος, Ἄλυκος, Κάμηρος, Κῶς, Κνίδος. Leg. Ἰάλυσος, άμειρος, vel Κάμιρος, ut λεπτολογεῖ Eustathius ad Dionysii erieg. ✝︎s. 504. Alii tamen, horum parentes, Cercaphum, Solis ilium, & Cydippam faciunt. Vide Pindari Scholiasten ad Dlymp. VII. 32. 135. Strabonem lib. XIV. pag. 966. & Diod. Sic. ib. V. pag. 324. *Davis.* *Avum Jalysi, Camiri & Lindi.*] Omnes ett. edd. ita exhibent, & verisimile est, eas è MSS. expressas. Davisius tamen, secutus auctoritatem Arnobii, correxit, *pater Jalysi.* Ego autem præfero Arnobio auctoritatem historicorum Græcorum, qui unanimi consensu tradunt, Jalysum, Camirum & Lindum fuisse filios Cercaphi & nepotes Solis. Præter eos, quos ipse Davisius citavit. vide Stephanum in voce Κάμειρος & Λίνδος. *Bouhier.*

73. *Ex quo & Minerva Apollinem eum, &c.*] Locus hic magis aborat abundantiâ quàm defectu. Legendum est, ut omnes editt. ante Grut. exhibent: *Ex quo Minerva Apollinem eum &c.* Nihil ta desiderabitur præter verbum *peperit*, quod facile subintelligitur. De Vulcano, Minerva & Apolline Atheniensium vide Meursium Arch. Att. lib. I. cap. 4. & lib. II. cap. 12. *Bouhier.*

74. *In Nilo natus Opas.*] Præpositionem *in* addidit primum Victorius, & reperi in Pall. atque P. *Gruterus.* Pro nomine proprio Bussidianus habet *Apis.* Sed miror Grutero non annotatum, jam diu esse quod viri docti admonuerunt pro eo legendum *Phthas*, ut etiam id nuper debuerint rememorare tam sero duo insignes viri, Th. Gale ad Jamblichiana mysteria Ægyptiorum, & Huetius in Demonstrat. Evangel. propositione IV. *Gronov.*

75. *Quartus Menalio natus.*] Pall. *in Menolio*, *Memalio*, *in Emaio*, *Inemalio.* nihil tamen differunt à se invicem editi. *Gruter.* Ampelio dicitur *Quartus in Sicilia Miletis filius.* GRONOV.

76. *Die matre natus.*] *Dia* legitur in manuscripto, eamque lectionem

jus obscæniùs excitata natura traditur, quòd a[...]
Proserpinæ commotus sit: alter Valentis & Ph[...]
dis filius, is, 77 qui sub terris habetur, idem T[...]
nius: tertius Jove tertio natus, & Maja, ex q[...]
Penelopa Pana natum ferunt: quartus Nilo patre, [...]
Ægyptii nefas habent nominare: quintus, quem [...]
Pheneatæ, qui & Argum dicitur interemisse, ob[...]
que causam 78 Ægyptum profugisse atque Æ[...]
leges & litteras tradidisse. 79 Hunc Ægyptii T[...]
appellant: eodemque nomine anni primus mensi[...]
57 eos vocatur. Æsculapiorum primus, Apollinis, [...]
P. LXXI. Arcades colunt; qui specillum invenisse, pri[...]
vulnus dicitur obligavisse: secundus, secundi Me[...]
frater. is fulmine percussus, dicitur humatus esse C[...]

ctionem confirmat vetus inscriptio fratrum Arvalium, [...]
sunt hæc,

IIII. I. D. DEC. FRATRES ARVAL. IN LUCO.
DEÆ. DIÆ. VIA. CAMPANA. APUD LAP.
V. CONVENER.
PER. C. PORC. PRISCUM. MAG. ET. IBI.
IMMOLAV. QUOD. AB. ICTU. FULMI-
NIS ARBORES LUCI.
SACRI. D. D. ATTACTÆ. ARDUERINT.
EARUMQ. ARBORUM ADOLEFACTA-
RUM &c *Ursin.*

77. *Qui sub terris habetur.*] Lambinus, *habet*, ex mss. sed nostri Pall. quinque non adstipulantur. propugnat ta[...] illud pro *habitat* positum, Gifanius, observationibus su[...] guam Latinam. *Gruter.*

78. *In Ægyptum profugisse.*] Est à Lactantio, ita locu[...] te libro I. Divin. Inst. cap. 6. ut prodidit primum Xystus B[...] acceduntque omnino Pall. nam tert. *Ægyptum præfuisse* [...] *gypto profuisse*, sec. *Ægyptum profugisse.* quart. quint. *Æ*[...] *fuisse*, ut retro vulgati. *Gruterus.* In Lactantii citatione[...] tit quoque Ill. Huetius, ut diserte testatur ibidem. Sed p[...] debuit Grutero placere, nec certe mihi placet τὸ *in* hic contra certissimam membranarum, quæ exstant vetusti[...] dem. Retineamus *Ægypton* vel *Ægyptum profugisse*, u[...] constructione consideretur instar urbis, quod faciunt ve[...] tissimi veterum. *Gronov.*

79. *Hunc Ægyptii* THOYTH.] THOTH est in veteri[...] cum quibus consentit Græci Ptolemæi scriptura in codice majoribus litteris exarato. *Ursin.* *Thoth appellant.*] Sic [...] ctantius. at mss. nostri & Victorii *Theyn*, vel *Thein.* A[...] *Thoyth.* Camerarius *Theutatem.* Aldus nepos *Thoith.* Pal. [...] hibet *Thear*, quint. *Theni.* Gruterus.

ris : tertius, [80] Arsippi & Arsinoæ; qui primus purgationem alvi dentisque evulsionem, ut ferunt, invenit: cujus in Arcadia non longè à Lusio flumine sepulcrum & lucus ostenditur.

XXIII. APOLLINUM antiquissimus is, quem paullo antè ex Vulcano natum esse dixi, custodem Athenarum: alter Corybantis filius, natus in Creta; cujus de illa insula cum Jove [r] ipso certamen fuisse traditur: tertius Jove tertio natus & Latona: quem ex Hyperboreis Delphos ferunt advenisse: quartus in Arcadia, [81] quem Arcades Nomionem appellant: quòd ab eo se leges ferunt accepisse.

[r] tertio *MSS.*

Dianæ item plures: prima Jovis & Proserpinæ, 58
[82] quæ pinnatum Cupidinem genuisse dicitur: secunda notior, quam Jove tertio & Latona natam accepimus: [83] tertiæ pater Upis traditur, Glauce mater. [84] eam Græci sæpe Upim paterno nomine appellant. [s] Dionysos multos habemus: primum è Jove & Proserpina natum: secundum Nilo, qui Nysam dicitur inter-

[s] Dionysios *alii.*

80. *Arsippi & Arsinoa.*] Ampelius edit *Aristeti & Alcippei*, quorum in alterutro patet error. Buslidianus habebat *Asippi.* In qua varietate quò vergemus? In nomine virili acumen suum exercere placuit Ill. Huetio in propositionis IVtæ numero VI, quod paucis, opinor, probabit. *Gronov.*

81. *Quem Arcades Nomionem.*] Ne hoc quidem acquiescere potuit Ill. iste vir, & quum sic vulgo habeatur, scribit legendum Νόμιον. Sed potuit magis civiliter id jussum exprimi, quod dubito an sit æquum; quippe & contra MSStos libros omnes, & infinitæ apud Græcos voces eadem significatione in ος & ιον terminatæ satis abstinere ab obsequendo nos compellunt: & Νόμιον vocant non Arcades modo, sed omnes Græci. *Idem.*

82. *Qua pinnatum Cupidinem genuisse dicitur.*] Quare *pinnatum?* An igitur alii Cupidines non erant pinnati? Nullus dubito, quin Cicero scripserit, *Cupido primus, Mercurio & Jana prima natus.* Ita opus erat ad evitandam confusionem, & Cicero ita ubique egit in tota hac inquisitione Mythologica. *Bouhier.*

83. *Tertia pater Upis traditur.*] Victorii ed. *Tertia patre Upi traditur, Glauca matre.* sed sic nullus nostrorum, nisi quod sec. *Tertia epatre Upis traditur.* quint. *Tertia pater Upis trad.* Gruter.

84. *Jam Graci sæpe Upim.*] Intelligit Callimachum, sive Alexandrum Ætolum Poëtam, cujus versus est ex libro, qui fuit inscriptus Musæ, ὑμνῦνται ταχέων Ὦπιν βλητῆραν ὀϊστῶν. Callimachi autem carmen in hymno in Dianam legitur, Οὖπι ἄνασσα φαεσφόρε &c. *Ursin.*

85. Ter-

teremisse : [85] tertium , Caprio patre , eumque regem Asiæ præfuisse dicunt : [86] cui Sabazia sunt instituta : quar-

85. *Tertium Caprio.*] Malo cum eruditis *Sabazia* potius legere, quàm cùm vulgatis hactenus codicibus *Abazea*. Constat , Dionysium etiam Orpheo Σαβάζιον fuisse dictum. is opinor est , quem *Sebadium*, per ἀντίστοιχον, Macrobius dictum ait, lib. Sat. I. cap. 19. Citatque Alexandrum quendam, qui affirmet, in Thracia ejus sacra fieri, atque in colle quodam Zilmisso ædem habere. Arbitrarer eundem esse cum eo , quem Diodorus *Sebasin* nominatum ait (si modò ea lectio, quæ Latinè extat, genuina est) cuique sacra propter verecundiam nocturna celebrantur. Quanquam hunc ipsum idem Diodorus , (qui & ipse plures Dionysios enumerat) Jovis & Proserpinæ prolem esse dicat. Sunt qui Liberum ipsum σαβακὸν dictum referant , & eodem modo etiam ejus sacerdotes σαβακοὺς. Citatur τοῦ σαβάζιε epitheton ex Orpheo. reperitur certè apud Aristoph. cùm in Vespis , tum in Avibus. Commentator ait sic Bacchum , seu Dionysium à Thracibus nominari. Atque idem in Avibus annotat , Sabazion à Phrygibus coli , ejusque sacerdotes σαβοὺς fuisse dictos : citatque autorem Heracleoten. Monet præterea, hanc appellationem ipsum habere à sacris. Barbaros enim σαβάζειν dicere τὸ εὐάζειν , καὶ τὸ εὐασμὸν σαβασμόν. Significat autem hoc verbum εὐάζειν, ut Phavorinus ait, non modò θρηνεῖν, sed etiam καλῶς ὑμνεῖν. ita ut Comicus Bacchantium cantiones odiosè ejulatui comparare voluerit. Significat item immodestis motibus bacchantium instar tripudiare. Unde Philodemus in Epigr. Salmacidas meretrices σαβακὰς nominat. Porrò illa quoque lectio suspecta est, quod Caprium ejus patrem nominatum fuisse refert. Nondum inveni , quisnam ille sit : nisi quòd Eras. in proverbio Phaselitarum sacrificum , Capro cuidam pisculos sacrificari solitos, ex Suida & Zenobio memorat. Quanquam Suidas ea sacra Καλαβρῷ fieri scribat. Zenobius verò in genere τοῖς θεοῖς. Sed obstabit huic sententiæ , quod Stephanus hanc civitatem Judææ fuisse scribit , ab Herode conditam. Si conjecturis locus esset, crederem Cabro legendum , atque ab eo Καβείρας dictos, sive Καβείρους· nam utroque modo legitur. quorum Strabo lib. x. mentionem facit , quo cum Corybantib. eosdem fuisse putat. Quamquam eos à Cabeiro Berecynthiæ monte appellatos dicat. Sed quid attinet in his curiosius scrutari , quæ non multum momenti nec ad lectionem nec ad sensum adferunt. *Betuleius. Tertium Caprio patre.*] Ampelius: *de Cabito, qui regnavit in Asia.* Quæ sunt satis obscura. Sed ego non dubito , quin uterque scripserit *Cabiro*. Gronov.

86. *Cujus Abazea sunt instituta.*] Maffæi liber , *cujus Sabazea :* pro , *in honorem cujus. Sabazius* autem Dionysii cognomen fuit, unde *Sabazia sacra.* cujus nominis etymologiam Suidas exponit in verbo Σαβάζιος & Aristophanis interpres in Avibus & Vespis. ut fortasse apud Macrobium lib. I. Saturn. pag. 141. legendum sit, *Sabazium*, non *Sebadium*. P. Manut. *Cui Sabazia sunt instituta.*] Est à Sigonii libro vetere, ut indicat P. Manutius, quemadmo-

quartum Jove & Luna, cui ſacra Orphica putantur confici: quintum Niſo natum & Tyone, à quo Trieterides conſtitutæ putantur.

59 Venus prima Cælo & Die nata: [87] cujus Elide delubrum [t] videmus: altera, ſpumâ procreata: ex qua & Mercurio Cupidinem ſecundum natum accepimus: tertia, Jove nata, & Diona: quæ nupſit Vulcano. Sed ex ea & Marte natus Anteros dicitur: quarta, Syria Tyroque concepta: quæ Aſtarte vocatur: quam Adonidi nupſiſſe [88] proditum eſt. Minerva prima, quam Apollinis matrem ſuprà diximus: ſecunda orta Nilo, quam Ægyptii Saitæ colunt: tertia illa, quam Jove generatam ſuprà diximus: quarta Jove nata & Coryphe, Oceani filia: quam [89] Arcades Coriam nominant, & quadrigarum inventricem ferunt: quinta Pallantis, quæ patrem dicitur interemiſſe, virginitatem ſuam violare conantem: cui pinnarum talaria [v] affigunt.

[t] vidimus *MSS.*

P. B.

[v] *ita MSS.* affingunt *Victor.*

60 Cupido primus Mercurio & Dianâ primâ natus dicitur: ſecundus, Mercurio & Venere ſecunda: [90] tertius

modum & docti antea conjecerant; ut liquet ex ſcholiis Betuleji. noſtri non recedunt à vulgatis; *cujus Abazea ſunt inſt.* niſi quod quart. ac quint. *cujus ab area.* Gruter.

87. *Cujus Elide delubrum.*] Pall. duo *Eli*, quod & expreſſit Victorius. ſec. *Helis.* quart. *Ely.* ſolum reſtat *Elide* in quinto, codice non nimium bono. *Idem.*

88. *Traditum eſt.*] Cum in manuſcripto ſit *prædictum*, opinor *proditum* legi debere, eamque veram eſſe hujus loci lectionem. *Urſin.*

89. *Arcades Coriam nominant.*] Pall. pr. ſec. tert. quint. *Corian.* quart. *Corion.* Lambinus repoſuit *Coryphaſiam*, nimium ſecutus conjecturam P. Victorii, quam prodidit libro XI. Var. lect. cap. 15. quippe licet Arnobius ac Clemens Alexand. meminerint *Coryphaſiæ*, adſcribunt iidem, ſic dictam Meſſeniis, cujus & meminit Pauſanias in Meſſeniacis. Cicero heic de Arcadibus loquitur; apud quos *Coriam* cultam, teſtatur idem in Arcadia Pauſanias. quæ monuit me patris ſui notis, P. Puteanus, patre Claudio digniſſimus filius. *Gruter.*

90. *Tertius quidem eſt Anteros &c.*] Lambinus delevit *quidem*, tanquam ſupervacuum. & verò annotavit Gulielmius abeſſe, unà cum *eſt*, ſuo P. ſed enim cùm extet in Pall. quatuor & Victorianis, reformarim potius in, *tertiusque idem eſt Anteros &c.* ut reſpiciat id ea quæ paulò antea dixerat. nam quint. ſolum habet *Tertius Anthemeros. Gruter.* *Anteros.*] Ἀντέρως. ἔρως, Cupido: ἀντέρως, aliis redamator exponitur, aliis velut ἀντίθεος dictus videtur, non tantum ut apud Homerum paſſim hoc epitheton Heroib. tribuitur,

Mmm mmm mmm ſed

tius quidem est Anteros, Marte & Venere tertia. [91] Atque hæc quidem ejusmodi, ex vetere Græciæ fama collecta sunt. Quibus intelligis resistendum esse, ne perturbentur religiones. Vestri autem non modò hæc non refellunt, verùm etiam confirmant, interpretando, quorsum quidque pertineat. Sed eò jam, unde huc [x] digressi sumus, revertamur.

x degressi *Lamb.*

61 XXIV. Num censes igitur subtiliore ratione opus esse [92] ad hæc refellenda? nam mentem, fidem, spem, virtutem, honorem, victoriam, salutem, concordiam [y] ceteraque ejusmodi, rerum vim habere videmus, non deorum. Aut enim in nobismet insunt ipsis, ut mens, ut fides, ut spes, ut virtus, ut concordia: aut [z] optandæ nobis sunt, ut [a] honos, ut salus, ut victoria. [93] quarum rerum utilitate video etiam consecrata simulacra.

y ceterasque *alii.*
z optanda *alii.*
a honor. *alii.*

sed etiam sicut ἀντίχριστον dicimus: ut in Phædra quidem regnarit ἔρως, in Hippolyto ἀντέρως. Hoc significasse videtur Ovid. in Apollinis & Daphnes fabula per duo tela:

Deque sagittifera prompsit duo tela pharetra
Diversorum operum, fugat hoc, facit illud amorem.
Quod facit, auratum est, & cuspide fulget acuta:
Quod fugat, obtusum est, & habet sub arundine plumbum: &c.

Sed Isacius apud Lycophronem, Martem Adonidis ἀντεραστὴν, id est, æmulum seu rivalem dicit. Sicut in eadem fabula Aphthonius verbo ἀντερᾶν utitur: ἤρα μὲν γὰρ ὁ θεὸς τοῦ Ἀδώνιδος, ἀντήρα δὲ καὶ ὁ Ἄρης αὐτῆς. Betuleius.

91. *Atque hac quidem ejusmodi*] Elegantius istud multo, quàm hactenus vulgatum, *Atque hac quidem atque ejusmodi.* certè secundum illud *atque*, non est in Pal. pr. sec. quart. quinto, ut nec in P. *Gruter.*

92. *Ad hac refellenda.*] Quid sibi vult illud *hac?* An respicit mentem, fidem &c. de quibus statim post Cicero loquitur? Verùm de iis non agebatur, ne quidem postquam aggressus est longam illam & ingratam enumerationem deorum gentilium. Crediderim igitur, ante hoc caput quædam deesse, quæ Cottæ dabant occasionem refutandi eos, qui in Deorum numerum referebant mentem, fidem, &c. *Bouhier.*

93. *Quarum rerum utilitate, video etiam &c.*] Sic Pal. tert. & quart. sed ceteri, *utilitatem video, video etiam &c.* quod Ciceroni suo invexit Victorius; non necessario. *Gruterus.* Ab Victorio tamen & illa Palatinorum parte stant etiam Buslidian. & Vossian. *Gronov.* *Quarum rerum utilitate video etiam consecrata simulacra. Quare autem in his vis Deorum insit tum intelligam, cum cognovero.*] Rectè hic Victor. & pars magna MSS. codd. *quarum rerum utilitatem video, video etiam &c.* Librarii sæpe utrinque peccant, & detrahendo, & addendo verba. Id non semel notavi in egregio illo

sacra. Quare autem in his vis deorum insit, tum intelligam, cùm cognovero. Quo in genere vel maximè est Fortuna numeranda: quam nemo ab inconstantia & temeritate sejunget: quæ digna certè non sunt deo.

Jam vero quid vos illa delectat explicatio fabularum, 62
& enodatio nominum? exsectum à filio Cælum, vinctum itidem à filio Saturnum. Hæc, & alia generis P. LXXII.
ejusdem ita defenditis, ut ii, qui ista finxerunt, non modò non insani, sed etiam fuisse sapientes videantur. In enodandis autem nominibus, 94 quod miserandum sit, laboratis. Saturnus, quia se saturat annis: Mavors, quia magna vertit: Minerva, quia minuit, aut quia minatur: Venus, quia venit ad omnia: Ceres, à gerendo. Quàm periculosa consuetudo? in multis enim nominibus hærebitis. Quid Vejovi facies? quid Vulcano? quamquam, quoniam Neptunum à [b] nando appellatum putas, nullum erit nomen, quod non possis unâ litterâ explicare, unde ductum sit. In quo quidem magis tu mihi natare visus es, quàm ipse Neptunus. Magnam molestiam suscepit, & 63
minimè necessariam primus Zeno, pòst Cleanthes, deinde Chrysippus, commenticiarum fabularum reddere rationem: vocabulorum, cur quique ita appellati sint, causas explicare. Quod cùm facitis, illud profectò confitemini, longè aliter rem se habere, atque hominum opinio sit: eos enim, qui dii appellantur, rerum naturas esse, non figuras deorum.

[b] nubendo *alii.*

XXV. QUI TANTUS error fuit, ut perniciosis etiam rebus non [c] modò nomen deorum tribueretur, sed etiam sacra constituerentur. Febris enim fanum

[c] modo *deest in MSS.*

95 in

illo MS. Suetonii; ut lib. III. cap. 7. *Rudiariis quoque quibusdam revocatis, auctoramento centenûm millium. Dedit & ludos &c.* Reg. *centenûm millium dedit. dedit & ludos &c.* & lib. V. cap. 21. *Ac super quadrigarum certamina, Trojæ lusum exhibuit & Africanas &c.* Reg. vero, *lusum exhibuit. exhibuit & Africanas &c.* Dein lego & distinguo, *consecrata simulacra: quæ autem in his &c.* illa vero, quæ sequuntur, *tum intelligam, cùm cognovero*, prorsus nec probo, nec intelligo. *Walker. Tum intelligam, cum cognovero.*] Verba sunt sine sensu. Walker recte facit, quod dicat, se non intelligere. Non vero dissimile est, Ciceronem scripsisse, *cum ex te cognovero.* Bouhier.

94. *Quod miserandum sit laboratis.*] Mallem ablegatis binis voculis, *miserandum laboratis.* Gruter.

95 in Palatio, & Orbonæ ad ædem Larum, & aram 64 malæ Fortunæ Esquiliis consecratam videmus. Omnis igitur talis à philosophia pellatur error, ut, cùm de diis immortalibus disputemus, 96 dicamus digna diis immortalibus: de quibus habeo ipse, quid sentiam; non habeo autem, quid tibi assentiar. Neptunum esse dicis, animum cum intelligentia per mare [d] pertinentem. idem de Cerere. Istam autem intelligentiam aut maris, aut terræ non modò comprehendere animo, sed ne suspicione quidem possum attingere. Itaque aliunde mihi quærendum est, ut & esse deos, & quales sint dii, discere possim; [e] quàm quales tu eos esse [f] vis.

d pergentem *MSS. & alii.*
P. K.
e quam *deest in MS.*
f velis *alii.*

65 Videamus ea, quæ sequuntur: primùm deorumne providentiâ mundus regatur: deinde consulantne rebus humanis. hæc enim mihi ex tua partitione restant duo. de quibus si vobis videtur, accuratiùs disserendum puto. Mihi verò, inquit Vellejus, valde videtur: nam & majora exspecto; & his, quæ dicta sunt, vehementer assentior. Tum Balbus, Interpellare te, inquit, Cotta, nolo. sed sumemus tempus aliud. efficiam profectò ut fateare. Sed

Multa desunt.

Nequaquam istuc istac ibit: magna inest certatio,
[g] Nam ut ego illis supplicarem tanta blandiloquèntia?

g Num alii.
P. LXXIII.

XXVI. NIOBE parumne ratiocinari videtur, & sibi 66 ipsa nefariam pestem machinari? Illud verò quàm callida ratione?

Qui volt, quod volt; ita dat se res, ut operam dabit.
Qui

95. *In Palatio & æde Larum.*] Lares inter res perniciosas annumerari mirabar, cùm in Maffæi vetusto exemplari scriptum animadverti, *in Palatio & Orbonæ ad ædem Larum.* quæ mihi lectio admodum sane placuit; quod *Febris, Orbana, Mala fortuna* recte & videri & dici res perniciosæ possunt. quod si quis hoc argumento contentus non est, &, præter antiqui libri auctoritatem, amplius præterea desiderat, Plinium audiat, cujus hæc sunt verba lib. II. cap. 7. Nat. Hist. *Febri fanum in Palatio dicatum est, Orbonæ ad ædem Larium ara, & Malæ fortunæ Exquiliis.* P. Manutius. *Et Orbona ad ædem Larum.*] Paullus Manutius sic primum reformavit ex mss. Maffæi ac Sigonii. prius impressi destituebantur illo, *Orbonæ ad*, neque est in ullo Palatinorum: quod satis mirari nequeo; cum primus singularis sit & vetustate & bonitate. *Gruter.*

96. *Dicamus digna diis immortalibus.*] Corrupte in manuscripto est *dicali usu loquamur*, pro *digna iis loquamur*, ut ego conjicio. *Ursin.*

97. *Post-*

Qui est versus omnium seminator malorum:

Ille [h] *transversa mente mihi hodie tradidit repagula:* h *traversa* MS.
Quibus ego iram omnem recludam, atque illi perniciem dabo:
Mihi mærores, illi luctum: exitium illi, exsilium mihi.

Hanc videlicet rationem, quam vos divino beneficio homini solùm tributam dicitis, bestiæ non habent.

Videsne igitur, quanto munere deorum simus affecti? 67
atque eadem Medea patrem patriamque fugiens:

— [97] *postquam pater*
Appropinquat, jamque, penè ut comprehendatur, parat,
Puerum interea obtruncat, membraque articulatim dividit,
Perque agros passim dispergit corpus: id ea gratia,
Ut, dum nati dissipatos artus captaret parens,
Ipsa interea effugeret: illum ut mæror tardaret sequi;
Sibi salutem ut familiari pareret parricidio.

Huic ut scelus, sic [i] ne ratio quidem defuit. Quid? 68
ille funestas epulas fratri comparans, nonne versat huc & illuc cogitatione rationem? i *ita Lamb. Grut.* nec.

[98] *Major mihi moles, majus miscendum est malum,*
Quî illius acerbum cor contundam & comprimam.

XXVII. NEC TAMEN ille ipse est prætereundus, qui non sat habuit conjugem illexe in stuprum: de quo rectè & verissimè loquitur Atreus:

Quod re in summa summum esse arbitror
Periclum, matres [k] *coinquinari, regias;* k *contaminari* alii. P. B.
Contaminari stirpem; [l] *admisceri genus.*

At id ipsum quàm callidè, qui regnum adulterio quæreret? l *misceri* Lamb.

Addo (inquit) *huc, quòd mihi portento cælestûm pater*
Prodigium misit regni stabilimen mei,

Agnum

97. *Postquam pater, &c.*] Septenarium hunc versum oportet esse, quemadmodum & insequentes reliqui sunt. ut autem legitur, pedibus recte distingui non potest. neque secus habent antiqui libri. sed animadverti, versum nulla mutatione restitui posse, si ita scribatur, ut incipiat à verbo *appropinquat*, & duæ præcedentes dictiones, tanquam superioris versus extremæ, sejungantur. *P. Manut.*

98. *Major mihi moles &c.*] Viri docti rectè videntur statuere, hoc fragmentum & sequentia esse prolata ex Attii Atreo. *Bouhier.*

Agnum inter pecudes aurea clarum coma
[99] *Quondam Thyestem clepere ausum esse, è regia:*
Qua in re adjutricem conjugem cepit sibi.

69 Videturne summa improbitate usus non sine summa esse ratione? nec verò scena solùm referta est his sceleribus, sed multo vita communis pænè majoribus. Sentit domus uniuscujusque, sentit forum, sentit curia, campus, socii, provinciæ, ut, quemadmodum ratione rectè fiat, sic ratione peccetur. alterumque & à paucis, & rarò; [1] alterum & semper, & à plurimis: ut satiùs fuerit nullam omnino nobis à diis immortalibus datam esse rationem, quàm tanta cum pernicie datam. Ut vinum ægrotis, quia prodest rarò, nocet sæpissimè, melius est non adhibere omnino, [2] quàm spe dubiæ salutis in apertam perniciem incurrere: sic haud scio, an melius fuerit, humano generi motum istum celerem cogitationis, acumen, sollertiam, quam rationem vocamus, quoniam pestifera sit multis, admodum paucis salutaris, non dari omnino, quàm tam munificè, & tam largè dari.

70 Quamobrem si mens voluntasque divina idcirco consuluit hominibus, quòd iis largita est rationem: iis solis consuluit, quos bona ratione donavit: quos videmus, si modò ulli sunt, esse perpaucos. Non placet autem pau-

99. *Quondam Thyestem clepere.*] Furari, Nonio & Varroni, ἀπὸ τοῦ κλέπτειν. Antiquum verbum, & dignum vel Ennio, vel Accio. Usus est idem Cic. in Legibus, quòd requirebat legum majestas: *Sacrum sacrove commendatum, qui clepserit, rapseritque paricida esto.* Sed idem Cic. Æschyli quædam in 2. Tusc. transferens, usus est. Admisit hoc veterum quoque Tragicorum imitatio. memorat enim, Prometheum ignem Jovi clepsisse. Usus hoc verbo etiam Seneca est, simili nixus ratione. *Betuleius.* *Quondam Thyestem clepere ausum esse à regia.*] Alter hic versus reperitur scriptus in vetustissimo codice, *quem de ara Thyestem &c.* Ursin.

1. *Alterum & semper & à plurimis.*] Vulgata, *alterum & sæpe & à pluribus.* Sed prius illud revocatum voluit editione sua Victorius, restatque in Pall. & Wouw. *Gruter.*

2. *Quam spe dubiæ salutis in apertam perniciem incurrere.*] Non video, spem istam in salute dubia. An dubiæ salutis causa medicina fit? Ridiculum hoc sane esset. Valetudo firma & non dubia desideratur. Quis igitur non videt legendum esse, *spe dubia salutis.* Bouhier.

3. Quis-

aucis à diis immortalibus esse consultum; & sequitur rgo, ut nemini consultum sit.

XXVIII. Huic loco sic soletis occurrere: non lcirco non optimè nobis à diis esse provisum, quod rulti eorum beneficio perversè uterentur. etiam patri- P. LXXIV. ioniis multos malè uti: nec ob eam causam eos bene- cium à patribus nullum habere. 3 Quisquam istuc ne- it? aut quæ est 4 in collatione ista similitudo? nec iim Herculi Deianira [m] nocere voluit, cùm ei tuni- m obesse MSS. im, sanguine Centauri tinctam, dedit: nec prodesse ieræo Jasoni is, qui gladio vomicam ejus aperuit, iam sanare medici non [n] potuerant. Multi enim, n poterant MSS. iam cùm obesse vellent, profuerunt, & cùm prodesse, ofuerunt. Ita non fit, ex eo, quod datur, ut volun- s ejus, qui dederit, appareat: nec, si is, qui acce- t, bene utitur, idcirco is, qui dedit, amicè dedit.

71 Quæ enim libido, quæ avaritia, quod facinus aut scipitur nisi consilio capto, aut sine animi motu & igitatione, id est, ratione, perficitur? nam omnis inio ratio est, & quidem bona ratio, si vera: ma- autem, si falsa est opinio. Sed à deo tantùm ratio- m habemus, si modò habemus: bonam autem ratio- m, aut non bonam, à nobis. non enim, ut patri- onium relinquitur, sic ratio homini est beneficio deo- m data. 5 Quid enim potiùs hominibus dedissent, si nocere voluissent? injustitiæ autem, intemperantiæ, iiditatis quæ semina essent, si his vitiis ratio non sub- èt?

XXIX. Medea modò & Atreus commemoraban- à nobis, heroicæ personæ, inita subductaque ra- ne, nefaria scelera meditantes. [o] Quid? levitates co- 72

o Quid levitates alii.

. *Quisquam istuc negat?*] Nostri duo adhuc amplius, *Quisquam istuc negat?* Vulgati *Quis istuc negat?* sed alterum subnititur m fide codicum Victorii: utique si à recepta lectione numquam :dit, sine auctoritate membranarum; quod certò mihi persuasi. *ter.* Davisius dedit *Quisquamne.*

. *In collatione.*] Delevit has duas voces Lambinus tamquam nde invectas. contra edd. omnes, item Pall. nostros. modestius cellasset uncis. *Idem.*

. *Quid enim potius hominibus dedissent.*] Quod edidit Victorius *inibus dii dedissent*, & postea ab aliis amputatum fuit, amputa- que maluit Gruterus, video esse & in Buslid. ac notavit pater Tossiano. *Gronov.*

comicæ, parumne semper in ratione versantur? parumne subtiliter disputat ille in Eunucho?

—— *quid igitur faciam?*
Exclusit, revocat: redeam? non, si me obsecret.

Ille verò in Synephebis Academicorum more contra communem opinionem non dubitat pugnare ratione, qui *in amore summo, summaque inopia suave esse* dicit, P. B.

Parentem habere avarum, illepidum, in liberos
Difficilem, qui te nec amet, nec studeat p *tui.* p *sui* MS.

73 Atque huic incredibili sententiæ ratiunculas suggerit:

Aut tu illum fructu fallas: aut per litteras
Avertas aliquod nomen: aut per servolum
Percutias pavidum. postremò, à parco patre
Quod sumas, [6] *quanto dissipas libentius?*

Idemque facilem & liberalem patrem, incommodum esse amanti filio disputat: quem

Neque quo pacto fallam, [7] *neque quid inde auferam,*
Nec quem dolum ad eum, aut machinam commoliar,
Scio quidquam. ita omnes meos dolos, fallacias,
Præstigias q *præstrinxit commoditas patris.* q *præstinxit* Lamb.

[8] Quid ergo isti doli? quid machinæ? quid fallaciæ præstigiæque? num sine ratione esse potuerunt? O præclarum munus deorum! ut Phormio possit dicere,

Cedo senem. jam instructa mihi sunt in corde consilia omnia.

74 XXX. SED EXEAMUS è theatro: veniamus in forum, [9] sessum ite precor. quid? ut judicetur, qui tabularium incenderit. Quod facinus occultius? At se Q. Sosius, splendidus eques Romanus ex agro Piceno, fecisse confessus est. Qui transscripserit tabulas publicas. Id

6. *Quanto dissipas libentius.*] Pal. pr. *dissipis.* sec. ac P. *dissipes.* alterum præponi poterat vulgato. nam Lambini *disspicis*, nimis sanè longè petitum. habet Pal. quartus aliàs *desipis.* Gruter.

7. *Neque quid inde auferam.*] Pal. pr. ac sec, item P. *neque unde auferam.* nihilo pejus. *Gruter.* Bussid. *neque ut inde.* Gronov.

8. *Quid ergo isti doli? quid &c.*] Lambinus legebat & interpungebat: *Quid ergo? isti doli quid? machina quid? fallaciæ præstigiaque non sine ratione esse potuerunt?*

9. *Sessum ite precor.*] Lambinus in quodam MS. reperit, *sessum it prætor.* Cotta amicos suos quasi ducens ad subsellia judicum, non magis eos vult facere judices quam voluit eos facere actores scenicos, ducens eos in theatrum. Nihil quærit nisi iis varios vitæ casus ob oculos ponere. *Bouhier.*

10. L.

Id quoque [10] L. Alenus fecit, cùm chirographum Sexprimorum imitatus est. Quid hoc homine sollertius? Cognosce alias quæstiones, [11] auri Tolosani, [r] conjurationis Jugurthinæ. Repete superiora: Tubuli de pecunia capta ob rem judicandam: [12] posteriora, de incestu rogatione [13] Peducæa: tum hæc quotidiana, ficæ, venena, peculatus, testamentorum etiam lege nova quæstiones. Inde illa actio, OPE CONSILIOQUE TUO FURTUM AIO FACTUM ESSE: inde tot judicia de fide mala, tutelæ, mandati, pro socio, fiduciæ; reliqua, quæ ex empto, aut vendito, [s] conducto, aut locato contra fidem fiunt: inde judicium publicum rei privatæ lege [t] Lætoria: inde everriculum malitiarum omnium, judicium de dolo malo; quod C. Aquillius, familiaris noster, protulit. Quem dolum idem Aquillius tum teneri putat, cùm aliud sit simulatum, aliud actum.

r corruptionis *Betuleius.*

P. LXXV

s aut cond. *MS.*

t *alii* Lectoria.

75 Hanc igitur à diis immortalibus tantam arbitramur malorum [v] sementem esse factam? Si enim rationem hominibus dii dederunt? malitiam dederunt. est enim malitia, versuta & fallax nocendi ratio. Iidem [x] autem dii fraudem dederunt, facinus ceteraque, quorum nihil nec suscipi sine ratione, nec effici potest. Utinam igitur, ut illa anus optat,

v sementim *Bouh.*

x etiam dii *Victor.*

—— *ne in nemore Pelio securibus*

[14] *Ca-*

10. *L. Alenus.*] Alii olim *L. Alenius.* Buslid. *Calenus.* Gronov.

11. *Auri Tolosani.*] Vide Erasmum in Adagio, *Aurum habet Tolosanum.*

12. *Posteriora de incestu rogatione Peducaa.*] Quoniam interpretes de hac re nihil dixerunt, & Lescaloperius ipse credidit, eam respicere Tubulum, ut in præcedente quæstione fit, cavendum est, ne incidamus in posterum in errorem eundem. Tres Vestales, Æmilia, Martia & Licinia, accusabantur de incesto, & Lucius Metellus, Pontifex maximus, condemnavit primam, duas alias absolvit. Sextus Peducæus, tribunus plebis, accusabat Metellum, quod non recte in judicando fuerat versatus. Populus Rom. igitur nominavit Lucium Cassium ad judicium redintegrandum. Ea docemur ab Asc. Pediano in Milonianam. *Bouhier.*

13. *Peducaa.*] De hac rogatione nihil me alibi legere memini. Nescio an hic Peducæus sit, cujus autoritatem Cic. multum apud se valere, ad Atticum scribit, lib. IX. Atque rursus lib. XIII. *Ego vero Peducaum nostrum vehementer diligo, nam & quanti patrem feci, totum in hunc ipsum persequor: aquè amo, atque illum amavi.* Betuleius.

 14. *Ca-*

[14]*Cæsa cecidisset abiegna ad terram trabes:*
sic istam calliditatem hominibus dii ne dedissent! qua perpauci benè utuntur; qui tamen ipsi sæpe à malè utentibus opprimuntur: innumerabiles autem improbè utuntur: ut donum hoc divinum rationis & consilii ad fraudem hominibus, non ad bonitatem impertitum esse videatur.

76 XXXI. SED URGETIS identidem, hominum esse istam culpam, non deorum. Ut si medicus gravitatem morbi, gubernator vim tempestatis accuset. etsi hi quidem homunculi, sed tamen ridiculi. Quis enim te adhibuisset, dixerit quispiam, si ista non essent? contra deum [y] licet disputare liberiùs. In hominum vitiis ais esse culpam. Eam dedisses hominibus rationem, quæ vitia culpamque excluderet. Ubi igitur locus fuit errori deorum? nam patrimonia spe bene tradendi relinquimus; qua possumus falli: deus falli quî potuit? an ut Sol, in currum cùm Phaëthontem filium sustulit: aut Neptunus, cùm Theseus Hippolytum perdidit, cùm ter optandi à Neptuno patre habuisset potestatem?

y liceat *Bouh.*

P. B.

77 Poëtarum ista sunt: nos autem philosophi esse volumus, rerum auctores, non fabularum. Atque ii tamen ipsi dii poëtici si scissent, perniciosa fore illa filiis, peccasse in beneficio putarentur. Et, si verum est, quod Aristo Chius dicere solebat, nocere audientibus philosophos iis, qui benè dicta malè interpretarentur: posse enim asotos ex Aristippi, acerbos è Zenonis schola exire: prorsus, si, qui audierunt, vitiosi essent discessuri, quòd perversè philosophorum [z] disputationem interpretarentur; tacere præstaret philosophis, quàm iis, qui se audissent, nocere.

z disputationes *MSS.*

78 Sic, si homines rationem bono consilio à diis immortalibus datam, in fraudem malitiamque convertunt: non dari illam, quàm dari humano generi melius fuit. Ut si medicus sciat, eum ægrotum, [15] qui jussus sit vinum sumere, meracius sumpturum, statimque periturum;

14. *Cæca cecidisset abiegna ad terram trabes.*] Pal. pr. *Cæsa accidissent abiegna.* ceteri, *Cæsa cicidissent abiegnæ.* sed minus rectè, si credendum Prisciani libro VII. qui singulari numero poni meminit. *accidisset* tamen placet. *Gruter.*

15. *Qui jussus sit vinum sumere.*] *Cui usus sit*, est in manuscripto. *Ursin.*

16. Te-

rum, magna sit in culpa: sic vestra ista providentia reprehendenda, quæ rationem dederit iis, quos scierit ea perversè & improbè usuros. Nisi fortè dicitis eam nescisse. Utinam quidem! Sed non audebitis. non enim ignoro, quanti ejus [a]nomen putetis.

a numen *Davis.*

XXXI. Sed hic quidem locus concludi jam potest. 79 Nam si stultitia, consensu omnium philosophorum, majus est malum, quàm si omnia mala & fortunæ & corporis ex altera parte ponantur: sapientiam autem nemo assequitur: in summis malis omnes sumus. quibus vos optimè consultum à diis immortalibus dicitis. Nam ut nihil interest, utrùm nemo valeat, an nemo possit valere: sic non intelligo, quid intersit, utrùm nemo sit P. LXXVI. sapiens, an nemo esse possit. Ac nos quidem nimis multa de re apertissima. [16]Telamo autem uno versu locum totum conficit, [b]cur dii homines negligant:

> [17] *Nam si curent, benè bonis* [c]*sit, malè malis: quod nunc abest.*

b utrum dii *alii.*
c *fit* Davis.

Debebant illi quidem omnes bonos efficere, si quidem 80 hominum generi consulebant. Sin id minùs: bonis quidem certè consulere debebant. Cur igitur [d]duo Scipiones, fortissimos & optimos viros, in Hispania Pœnus oppressit? Cur Maximus extulit filium consularem? Cur Marcellum Annibal interemit? Cur Paullum Cannæ sustulerunt? Cur Pœnorum crudelitati Reguli corpus est [e]præbitum? Cur Africanum domestici parietes non texerunt? Sed hæc vetera, & alia permulta. propiora videamus. Cur avunculus meus, vir innocentissimus idemque doctissimus, P. Rutilius in exsilio est? cur sodalis meus interfectus domi suæ, Drusus? cur temperantiæ prudentiæque specimen, ante simulacrum Vestæ, [18]pontifex maximus est Q. [f]Scævola trucidatus? cur

d duos *alii.*
e traditum *MS.*
f Scævula *Lamb.*

16. *Telamon.*] *Telamo* habet vetustus liber, antiquorumque est ea Latinorum terminatio, ut Agamemno. Videndus Quinctilianus. *Ursin.*

17. *Nam si curent &c.*] Interpretes non annotaverunt, unde versus hi fuerint desumti. Ennii sunt, qui in Tragœdia, quæ dicitur Telamo, posuit, ut habet Cicero de Div. lib. II. cap. 50.

> *Ego deûm genus esse semper dixi, & dicam cœlitum;*
> *Sed eos non curare opinor quid agat humanum genus.*

Bouhier.

18. *Pontifex max. est Q. Scævola trucidatus.*] Videtur auribus jucundius, quod extat in Pal. tert. *pont. max. Q. Scævola trucidatur.*

Peloponnesum classem appulisset, & in fanum venisset Jovis Olympii, aureum ei detraxit amiculum, [27] grandi pondere, [28] quo Jovem ornarat ex manubiis Karthaginiensium tyrannus Gelo. atque in [m] eo etiam cavillatus est, æstate grave esse aureum amiculum, hieme frigidum: eique laneum [n] pallium injecit, [29] cùm id esse ad

m eum *Bouh.*

n pallium *deest in MSS.*

τιθέναι, Χαριέντως φήσας, τοῦτο ἄμεινον εἶναι τοῦ χρυσέου καὶ θέρους κουφότερον, καὶ κρύους ἀλεεινότερον. Adeo ut Cicero in Peloponneso, Clemens autem in Sicilia hoc sacrilegium admissum fuisse testetur. Quod cùm observasset P. Victor. Var. Lect. XXI. 10. sic infit: „ Ut autem libere, quod sentio, aperiam, cum „ memoriæ proditum sit, templum Jovis Olympii in Sicilia quoque fuisse, vereor ne hoc M. Tullio imposuerit, ut legens apud „ aliquem scriptorem hoc factum fuisse in fano Jovis Olympii ob „ dignitatem Peloponnesii fani, & non recordatus eidem Deo „ ædificatum dicatumque in Sicilia templum esse, putavit in Peloponneso id ab Dionysio commissum, addideritque ipse, quod „ ad rem verisimilem reddendam desiderari videbatur." Hactenus insignis ille vir, &, ut equidem arbitror, rectissimè. nam cum Clemente facit Ælianus Var. Hist. I, 20. Διονύσιος ἐξ ἁπάντων τῶν ἐν Συρακούσαις ἱερῶν ἐσύλησε τὰ χρήματα· τοῦ δὲ ἀγάλματος τοῦ Διὸς περιεῖλε τὴν ἐσθῆτα καὶ τὸν κόσμον. Deinde probabilius est, Hieronem, sive Gelonem, Siciliæ Tyrannum, suæ quàm alienæ ditionis templum manubiis Carthaginensibus exornasse. Ciceroni tamen favet Lactant. Div. Inst. lib. IV. c. 4. 16. *Davis.* Victorius & post eum Davisius rectè statuerunt, Ciceronem hoc loco falsum fuisse. Lucianus eundem errorem erravit, ut ostendit Cuperus Observ. III. cap. 10. qui videndus est. *Bouhier.*

27. *Grandi pondere.*] *Gravi*, pro *grandi* est in manuscripto: & paullo supra *expoliavisset*, pro *expilavisset*. Ursin.

28. *Quo Jovem ornarat ex manubiis Carthaginensium Tyrannus Hiero.*] Ven. *Gelo.* Hieronis frater Gelo fuit, qui sæpe adversus Carthaginenses victor in Sicilia rem præclare gessit, & copias Pœnorum, duce Hamilcare, infestas Siciliæ delevit, ut Herod. scripsit Polymnia. Sed Hieronis multæ adversus barbaros victoriæ memorantur, ut non existimem mutandam scripturam, præsertim cum & apud Valerium, qui hanc etiam ut alias plerasque narratiunculas de Cicerone collegit, *Hiero* legatur. *Camer.* *Carthaginiensium tyrannus Gelo*] Videtur Camerarius pugnaturus pro *Hiero*, quod erat in retro vulgatis. sed destituebatur is mss. libris, in quibus disertim alterum: & verò Pal. pr. ac sec. exhibent, *Gelo.* Gruter. Vett. editt. habebant, *Hiero*, sine dubio auctoritate MSS. Gruterus secutus est codd. suos, in quibus legebatur, *Gelo.* Verùm ego doctus à Valerio Max. lib. I. cap. I. ex. 13. in ext. sine dubio veterum editt. lectionem revocandam censeo. *Bouhier.*

29. *Cùm id esse ad omne anni tempus diceret.*] Ita egregiè Pal. pr. & quinto expressitque Victorius; sed nemo sequi ausus. non Came-

ad omne anni tempus diceret. idemque [30] Æsculapii Epidauri barbam auream demi jussit. neque enim convenire, barbatum esse filium, cùm in omnibus fanis [31] pater imberbis esset. P.LXXVII.

[32] Jam mensas argenteas de omnibus delubris jussit auferri: in quibus quòd more veteris Græciæ inscriptum esset, BONORUM ° DEORUM, uti se eorum bonitate velle dicebat. Idem Victoriolas aureas, & pateras [33] coronasque, quæ simulacrorum porrectis manibus sustinebantur, sine dubitatione tollebat: eaque se accipere, non auferre, dicebat. esse enim stultitiam, à quibus bona precaremur, ab iis porrigentibus & dantibus nolle sumere. Eundemque ferunt hæc, quæ dixi, sublata de fanis in forum protulisse, & per præconem vendidisse: exactâque pecuniâ edixisse, ut, quod quisque à sacris haberet, id ante diem certam in suum quidque fanum referret. ita ad impietatem in deos, in homines adjunxit injuriam.

84

° DEOR. deest in MS.

XXXV. HUNC IGITUR nec Olympius Jupiter fulmine percussit, nec Æsculapius misero diuturnoque morbo tabescentem interemit: [34] atque in suo lectulo mor-

merarint, non Sturmius, sublegere aliàs soliti selectiora Victorii. vulgata, voce auctior, *id esse aptum ad &c.* à qua etiam divertit Pal. sec. in quo, *apte.* Gruter.

30. *Æsculapii Epidauri.*] Sic Pall. quattuor nec abit ulla editio præter Lambinianam, in qua *Epidaurii.* quod in Pal. quinto, nec displicet. verùm alterum è Valerii Maximi lib. I. cap. I. de Neglecta Religione firmari annotaverat Gulielmius. *Idem.*

31. *Pater imberbis esset.*] Notum est Græcum carmen,

——— οὔποτε φοίβῳ
Θηλείαις οὐδ᾽ ὅσσον ἐπὶ χνοῦς ἦλθε παρειαῖς.

Ursin. Bouhierius legit *imberbis.* Vide supra. I. 20.

32. *Jam mensas argenteas.*] Non ineptè tentabat idem Gulielmius, *Etiam mensas:* ast alter amicus noster Pighius *Idem mensas.* quod in quarto. quintus nec hoc nec illud habet. forsan rectè. *Gruter.*

33. *Coronasque, quæ simulacrorum porrectis manibus sustinebantur.*] Cùm non habeat Pal pr. *quæ*, expresseritque *sustinebant*, vix dubitarim admittere scripturam P. & Pal. quint. *coronasque simulacrorum, quas porrectis manibus sustinebant.* Idem.

34. *Atque in suo lectulo mortuus.*] Jacobus Bongarsius noster tentabat ad Justinum suum, *namque in suo.* ego potius *atque* habuerim pro additamento scribæ alicujus: quamvis major sententiæ energia, si legeremus, *atqui.* Gruter. Mirum si id in nullo fuit Palatino, quum clare exstet in Bussidiano. *Gronov.*

35. In

mortuus, 35 in Tympanidis rogum illatus est: eamque potestatem, quam ipse per scelus erat nactus, quasi justam & legitimam, hereditatis loco filio p tradidit. 36 Invita in hoc loco versatur oratio. videtur enim auctori-

p reliquit *MS.* dereliquit *alius MS.*

35. *In Tympanidis rogum illatus est.*] Sic reperit in vetustissimo cod. Victorius, cùm edidisset, *in tyrannidis*, quod exstat quoque in Pal. tert. verùm pr. ac sec. clarè præ se ferunt, in *typanidis*. quart. *timpanidis*, quint. *timpanidis*. Gruter. Post omnes nuper conjecturam suam publicavit Pet. Petitus *in Thymarida heroum*, lib. 1. Miscell. observ. cap. 4. ubi multa interrogat, quibus responderi vix fas est. *Gronov.* *In Tympanidis rogum illatus est.*] Locus hic à Criticis habetur pro insanabili. nam illud *Tympanidis* nullum sensum efficit. A. MSS. nihil auxilii est, adeo variant. Facellus Hist. Sic. lib. III. cap. 1. legit, *triumphantis in modum in rogum illatus est*, *quod nimium à textu recedit.* Petitus Misc. lib. 1. cap. 4. *in Tymarida rogum illatus est.* Alii alia attulerunt, neque ego forsan aliis ero felicior. Vide tamen, quid mihi in mentem venerit. Diod. Sic. loquens de exequiis istius tyranni, dicit, ejus filium exstruxisse rogum ante portas regias, κατὰ τὴν ἀκρόπολιν, πρὸς ταῖς βασιλίσι καλουμέναις πύλαις. Portæ istæ, quæ ducebant ex arce in urbem, erant quinque numero, & vocabantur πεντάπυλα, ut patet è loco Plutarchi in Vita Dionis Tom. 1. pag. 970. quo loco etiam videas, esse ibi locum ad conciones habendas. ibi igitur sine dubio cadaver Dionysii illatum fuit in rogum. Verisimile igitur est Ciceronem scripsisse, *in Pentapylis rogo illatus est.* In MSS. ut ut corruptis, ductus quosdam vocis Pentapilis observare licet, qui locus adeo à multis ignoratur, ut mirandum non sit, librariorum inscitiam isti aliam substituisse. *Bouhier.* Quum locus quidam propè Syracusas sit Temenus, ut habet Stephanus, in voce Τέμενος, inde Cl. Hemsterhusius huic loco medicinam faciendam censet, ut scilicet legatur, *in Temeno in rogum est illatus.* Ego, ut verum fatear, non aliud Ciceronem scripsisse puto quàm: *Atqui in suo lectulo mortuus* ταῖς βασιλίσι: *in rogum est illatus.* Scilicet portæ istæ regiæ, quum eo tempore satis essent notæ, adhibuit Cicero vocem Græcam, qua eæ in vulgus erant notæ. Postea ignorantia librariorum, malè Græca describentium, loco corrumpendo ansam præbuit, ut in multis aliis est factum. *Verburg.*

36. *Invita in hoc loco versatur oratio.*] *Invita* non videtur huic loco convenire, quum vox ea semper de personis, nunquam de rebus adhibeatur. Præterea non patet, Cottam invitum in ea oratione contra providentiam versari. E contrario ex animi sententia loquitur, & alios conatur in eam pertrahere. Ceterùm è sequentibus patet, eum sibi ipsi difficultatem movere, cui statim ipse respondet. Puto igitur legendum, *invisa in hoc loco versatur oratio*, id est, non dubito, quin dicturi sitis, me hoc loco versari in oratione odiosa. *Bouhier.*

37. Resti

ſtatem afferre peccandi: 37 rectè videretur; niſi & vir-
tutis, & vitiorum, ſine ulla divina ratione, grave ipſius
conſcientiæ pondus eſſet. quâ ſublatâ, jacent omnia.
Ut enim nec domus nec reſpublica ratione quadam
& diſciplina deſignata videatur, ſi in ea nec rectè factis
præmia exſtent ulla, nec ſupplicia peccatis: ſic mundi
divina in homines moderatio profectò nulla eſt, ſi in
ea diſcrimen nullum eſt bonorum & malorum. At 86
enim minora dii negligunt, neque agellos ſingulorum,
nec viticulas perſequuntur: nec, ſi uredo, aut grando P. B.
quippiam nocuit, id Jovi q animadvertendum fuit. Ne q advertendum MS.
in regnis quidem reges omnia minima curant. ſic enim
dicitis, quaſi ego paullo antè de fundo Formiano P.
Rutilii ſim queſtus, non de amiſſa ſalute.

XXXVI. ATQUE HOC quidem omnes mortales ſic
habent, externas commoditates, vineta, ſegetes, oli-
veta, ubertatem frugum & fructuum; omnem deni-
que commoditatem proſperitatemque vitæ, à diis ſe
habere: 38 virtutem autem nemo umquam acceptam
deo retulit. Nimirum rectè. propter virtutem enim ju- 87
re laudamur, r & in virtute rectè gloriamur. Quod r & virt. aut & de virt. alii.
non contingeret, ſi id donum à deo non à nobis ha-
beremus. At verò aut honoribus aucti, aut re familia-
ri, aut ſi aliud quippiam nacti ſumus fortuiti boni, aut
depulimus mali, cùm diis gratias agimus, tum nihil
noſtræ laudi aſſumptum arbitramur. Num quis, quòd
bonus vir eſſet, gratias diis egit umquam? At quòd di-
ves, quòd honoratus, quòd incolumis. Jovemque op-
timum, maximum, ob eas res appellant, non quòd
nos juſtos, temperatos, ſapientes efficiat, ſed quòd ſal-
vos, incolumes, opulentos, copioſos.

Neque Herculi quiſquam decumam vovit umquam, 88
ſi ſapiens factus eſſet. Quamquam Pythagoras, cùm
in geometria quiddam novi inveniſſet, muſis bovem
immolaſſe dicitur. ſed id quidem non credo, quoniam
ille ne Apollini quidem Delio hoſtiam immolare voluit,
ne aram ſanguine adſpergeret. Ad rem autem ut re-
deam

37. *Rectè videretur, niſi & virtutis &c.*] Sic Aldus ſenior. Pall.
quinque & P. & ed. Victorii, niſi quod demant *&* primo loco poſi-
tum. vulgati poſterius: *& rectè videretur, niſi in virtutis.* Gruter.

38. *Virtutem autem nemo unquam.*] Ita legendum eſt ex vetuſtiſſi-
mo libro. *Urſin.*

deam, judicium hoc omnium mortalium est, a deo petendam, à se ipso sumendam esse [39] Quamvis licet Menti delubra, & Virtuti consecremus; tamen hæc in nobis ipsis sita

P. LXXVIII. Spei, Salutis, Opis, Victoriæ facultas à diis est. Improborum igitur prosperitates secun redarguunt (ut Diogenes dicebat) vim omne [s] ac potestatem.

s ac potest. non est in MS.

89 XXXVII. AT nonnumquam bonos exi boni. Eos quidem [t] arripimus attribuimusq ratione diis immortalibus. At Diagoras, c thraciam venisset, Atheos ille qui dicitur, quidam amicus, Tu, qui deos putas human nonne animadvertis, ex tot tabulis pictis, c votis vim tempestatis effugerint in portu pervenerint? Ita fit, inquit. illi enim nu sunt, qui naufragia fecerunt in marique Idemque, cùm ei naviganti [v] vectores adver te timidi & perterriti dicerent, non injur accidere, qui illum in eandem navem ostendit eis in eodem cursu multas alias quæsivitque num etiam in iis navibus Dia crederent. Sic enim res se habet, ut ad adversamve fortunam, qualis sis, aut que

t adscribimus alii. attribuimus adscribimusque MS.

v victores alii.

90 vixeris, nihil intersit. Non animadvertu omnia dii, ne reges quidem. Quid est sim enim si scientes prætermittunt, magna cu deo ne excusatio quidem est inscientiæ.

XXXVIII. QUEM vos præclarè defendi citis, eam vim deorum esse, ut, etiam si pœnas sceleris effugerit, expetantur eæ pœ à nepotibus, à posteris. O miram æquitat

39. *Quamvis Menti delubra.*] Pal. pr. ac sec. *Quar ti.* alterutrum supervacuum est. *Gruter.* Longe igit parte fuit judicium Gruteri, aliud Gebhardi, qui Quæst. cap. 24. id utrumque non dubitat Ciceroni ipsum nec ego dubito; & propterea quum ut duo i latini, sic & in Buslidiano ipse viderim & in Vossian cunctatus fui nunc quoque id Ciceroni restituere. M silere de Wouwerianis. *Gronov.*

40. *Atque ei quidam amicus.*] Pall. quart. quint. it *Atticus.* & videtur verius. *Gruter.*



Ferretne ulla civitas latorem istiusmodi legis, ut condemnaretur filius, aut nepos, si pater, aut avus deliquisset?

> 41 *Quinam Tantalidarum internecioni modus*
> *Paretur? aut quanam umquam ob mortem Myrtili*
> *Pœnis luendis dabitur satias supplicii?*

Utrùm poëtæ Stoicos depravarint, an Stoici poëtis dederint auctoritatem, non facilè dixerim. portenta enim & flagitia ab utrisque dicuntur. neque enim, quem Hipponactis jambus læserat, aut qui erat Archilochi versu vulneratus, à deo immissum dolorem, non conceptum à se ipso, continebat: nec, cùm Ægisthi libidinem, aut cùm Paridis videmus, à deo causam requirimus, cùm culpæ pænè vocem audiamus: nec ego x multorum ægrorum salutem non ab Hippocrate potiùs, quàm ab Æsculapio datam judico: nec Lacedæmoniorum disciplinam dicam umquam ab Apolline potiùs Spartæ, quàm à Lycurgo datam. Critolaus, y inquam, evertit 42 Corinthum; Karthaginem Hasdrubal. 43 Hi

P. B. 91

x multis ægris *conj. Lamb.*

y inquit *MS.*

41. *Quinam Tantalidarum, &c.*] Senarii tres Jambici sunt, quos nemo hactenus agnovit. mihi cùm semper ipsa verba poëticum quiddam olere visa sunt, tum multo magis, posteaquam in Maffæi libro scriptum legi, *satias supplicii*, non *satietas supplicii.* quod cùm animadvertissem, confugi statim ad mensuram, eâque usus deprehendi vitium, quod propter continuatum verborum ordinem latebat. Senarios inquam Jambicos ex vetere poëta esse comperi. qui sunt ita distinguendi:

> *Quinam Tantalidarum internecioni modus*
> *Paretur? aut quanam unquam ob mortem Myrtili*
> *Poenis luendis dabitur satias supplicii?*

Satias autem pro *satietas* quandoque veteres dicebant: unde Lucretius lib. II. *Fessus satiate vivendi.* & lib. V. *Juvabat cum satiate cibi.* P. Manut.

42. *Corinthum.*] Sic eam idem Cicero pro lege Manilia, *totius Graciæ lumen* appellat: Florus, *Graciæ decus.* Thucydides, citante Chrysost. ἀφνειὸν χωρίον, id est, *regionem divitem.* Pindarus ode Olymp. 13. in qua hujus laudem continet, ἰσθμίου πρόθυρον Ποτειδᾶνος, id est, *Isthmici Neptuni vestibulum.* Pausanias etiam hujus belli gerendi Critolaum, Achivorum Imperatorem electum, ait autorem extitisse: siquidem Achivos, multosque extra Peloponnesum ad defectionem sollicitavit. Hujus expugnationem etiam Cic. noster in primo Off. improbat, ubi nos de his plura. De Carthagine, cum Sallustio silere melius puto, quàm parum pro dignitate dicere. Reliqua satis nota. *Betuleius.*

 43. *Hi*

z deus Lamb. 43 Hi duo illos oculos oræ maritimæ effoderunt, non
iratus alicui, quem omnino irasci posse negatis [z] deum.
92 At subvenire certè potuit & conservare urbes tantas
atque tales.

XXXIX. Vos enim ipsi dicere soletis, nihil esse
quod deus efficere non possit, & quidem sine labore
ullo. ut enim hominum membra nulla contentione,
mente ipsa ac voluntate moveantur: sic numine deo-
rum omnia fingi, moveri mutarique posse. Neque id
dicitis superstitiosè atque aniliter, sed physica constan-
tique ratione. materiam enim rerum, ex qua, & in
qua omnia sint, totam esse flexibilem & commutabi-
lem, ut nihil sit, quod non ex ea quamvis subitò fingi
convertique possit. ejus autem universæ fictricem &
moderatricem divinam esse providentiam. hanc igitur,
quocumque se moveat, efficere posse, quidquid velit.
Itaque aut nescit, quid possit; aut negligit res huma-
nas: aut, quid sit optimum, non potest judicare. Non
curat singulos homines. 44 Non mirum: ne civitates
quidem.

P. LXXIX. Non eas? ne nationes quidem & gentes. Quòd si
93 has etiam contemnet, quid mirum est, omne ab ea ge-
nus humanum esse contemptum? 45 Sed, quo modo ii-
a qui idem alii. dem dicitis, non omnia deos persequi, [a] iidem vultis,
à diis immortalibus hominibus [b] dispartiri ac dividi
b dispertiri Lamb. 46 somnia? idcirco hæc tecum, quia vestra est de som-
c etiam deest in MS. niorum veritate sententia. Atque iidem [c] etiam vota
suscipi

43. *Hi duos illos oculos.*] Pall. quinque *hi duo illos oculos*; quod, dictumne sit antiquè an verò respiciat *Critolaum* & *Hasdrubalem*, nescio. *Gruter.*

44. *Non mirum, ne civitates quidem.*] Totus hic locus ita legitur in antiquo. *nimirum ne civitates quidem. non eas? ne nationes quidem &c.* Ursin.

45. *Sed quomodo iidem dicitis, &c.*] Mendosæ hîc operæ fecerant olim, *qui idem vultis &c.* pro, *qui iidem vultis, &c.* hoc primum. deinde legendum ita videtur, ut in nonnullis vulgatis, *persequi iidem vultis*, deleto *qui*. Ne hoc quidem modo male legeretur, *sed quomodo iidem dicitis, n. o. d. persequi qui vultis à diis immortalib. &c.* deleto *iidem*; sed priorem lectionem magis probo, cùm præsertim eam in duobus codd. mss. repererim. *Lambin.*

46. *Iccirco somnia hæc tecum.*] Vox *somnia* abest ab antiquo codice; nec dubito, quin sit omnino inducenda. *Ursin.*

47. In

fuſcipi dicitis oportere. Nempe ſinguli vovent: audit igitur mens divina etiam de ſingulis. Videtis ergo, eam non eſſe tam occupatam, quàm putabatis? Fac eſſe diſtentam, cælum verſantem, terram tuentem, maria moderantem: cur tam multos deos nihil agere & ceſſare patitur? cur non rebus humanis aliquos otioſos deos præficit? qui à te, Balbe, innumerabiles explicati ſunt. Hæc ferè dicere habui de natura deorum, non ut eam tollerem, ſed ut intelligeretis, quàm eſſet obſcura, & quàm difficiles explicatus haberet.

XL. QUÆ CÙM dixiſſet, Cotta [d] finem. Lucilius au- 94
tem, Vehementius, inquit, Cotta, tu quidem, inve- d finem
ctus es 47 in eam Stoicorum rationem, quæ de provi- fecit. *alii.*
dentia deorum ab illis ſanctiſſimè & providentiſſimè
conſtituta eſt. Sed quoniam adveſperaſcit, dabis diem
nobis aliquem, ut contra iſta dicamus. eſt enim mihi
tecum pro aris & focis certamen, & pro deorum templis atque delubris, proque urbis muris, quos vos, pontifices, ſanctos eſſe dicitis, diligentiusque urbem religione, quàm ipſis mœnibus cingitis. quæ deſeri à me, dum quidem ſpirare potero, nefas judico.

Tum Cotta, Ego verò & opto redargui me, Balbe: 95
& ea, quæ diſputavi, differere malui, quàm [e] judicare: e dijudica-
& facilè me à te vinci poſſe, certò ſcio. Quippe, re *conj.*
inquit Velleius, 48 qui etiam ſomnia putet ad nos mitti *Lamb.*
ab Jove. Quæ ipſa tamen tam levia non ſunt, quàm eſt Stoicorum de natura deorum oratio. Hæc cùm eſſent dicta, ita diſceſſimus, ut Velleio Cottæ diſputatio verior, mihi Balbi ad veritatis ſimilitudinem videretur eſſe propenſior.

47. *In eam Stoicorum rationem.*] Sic quidem Pal. ſec. at pr. *in aram*, ſupra ſcriptumque *iſtam.* tert. *in meram.* quartus ac quint. *in aram iſtam Stoicorum rationem.* P. *in aeram iſtam.* Gulielmius fingebat, *in aram iſtam Stoicorum*, omiſſo *rationem*, Gruter.

48. *Qui etiam ſomnia putet ad nos mitti ab Jove.*] Reſpexit ad Homeri verſum, *καὶ γάρ τ' ὄναρ ἐκ Διός ἐστιν.* *Urſin.*

P. LXXX.

M. TULLII CICERONIS DE DIVINATIONE,

LIBER PRIMUS.

ARGUMENTUM.

Quinctus Cicero Stoicam personam Stoicè sustinens Divinationem probat, ejusque unum artis, alterum naturæ genus constituit. Ad naturam refert somnia, furores, quæ contingunt & observantur. Ad artem vero exta, monstra, tonitrua, coruscationes, auguria, auspicia, stellarum motus, cometas, sortes, quæ priscis longo tempore observata sunt.

I. VETUS opinio est, jam usque ab heroicis ducta temporibus, eaque & populi Romani & omnium gentium firmata consensu, versari quandam inter homines divinationem, quam Græci [a] *μαντικὴν* appellant, id est, præsensionem & scientiam rerum futurarum. Magnifica [b] quædam res & salutaris, si modò est ulla: [1] quæque proxima ad

a manticen' *MS.*

b quidem *MS. & Davis.*

1. *Quaque proximè ad Deorum vim.*] Sic restituit hunc locum Adr. Turnebus Adverſ. lib. v. cap. 20. nam vulgò legitur, *quaque proxima ad Deorum vim natura mortali &c.* Planè mendosè. *Lambin.* *Quaque proxima ad Deorum &c.*] Turnebus lib. v. cap. 20. corrigit, *quaque proximè.* sed non accedunt codd. nostri, recepta tamen isthæc correctura ab Manutio, ab Lambino, & sic Marsus edidit ante annos centum. *Gruter.* *Quaque proxime ad Deorum vim natura mortalis possit accedere.*] Sic ferè MS. Eliens. nec aliter edidit Pet. Marsus, antequam Turnebus sua publico dederat Adversaria. Pacuvius apud Agellium N. A. lib. xiv. cap. 1.

Si qui, quæ eventura sunt, provideant, æquiparent Jovi.

Sic legendum, ut versus sit Trochaicus, qui in editis malè discerpitur. Vulgg. ferunt, *quaque proxima ad Deorum vim natura mortali possit accedere*; quod commodum non parit sensum. *Davis.*

2. Ut

ad deorum vim natura mortali possit accedere. Itaque ut alia nos meliùs multa, quàm Græci, sic huic præstantissimæ rei nomen nostri à divis; Græci, ut Plato interpretatur, à furore duxerunt.

Gentem quidem nullam video neque tam humanam 2
atque doctam, neque tam immanem [c] tamque barba- c atque
ram, quæ non significari futura, & à quibusdam intel- Daviſ.
ligi prædicique posse censeat. Principio Assyrii, [2] ut ab ultimis auctoritatem repetam, propter planitiem magnitudinemque regionum, quas incolebant, cùm cælum ex omni parte patens atque apertum intuerentur, trajectiones [3] motusque stellarum observaverunt: quibus notatis quid cuique significaretur, memoriæ prodiderunt. Qua in natione Chaldæi, non ex artis, sed ex gentis vocabulo nominati, diuturna observatione siderum, scientiam putantur effecisse, ut prædici posset, quid cuique eventurum, & quo quisque fato natus esset. Eandem artem etiam Ægyptii longinquitate tem- P. B.
porum innumerabilibus pænè sæculis consecuti putantur.
Cilicum autem & Pisidarum gens, & his finitima d ut cer-
Pamphylia, quibus nationibus præfuimus ipsi, volatibus tiſſ. *alii &*
avium cantibusque, [d] certissimis signis, declarari res *Daviſ.*
futuras putant. Quam verò Græcia [4] coloniam misit in 3
Æoliam, Joniam, Asiam, Siciliam, Italiam sine Pythio,

2. *Ut ab ultimis auctoritatem repetam.*] Sic & nostri, at Francisci Pithœi codex *auctoritate*, quod placebat Gulielmio: *ultimi*, inquit *auctoritate*, οἱ ἀρχαιότατοι, οἱ πορρώτατοι. Gruter. *Ut ab ultimis auctoritatem repetam.*] *Ultimos*, antiquissimos passim denotare, vel iis notum, qui nondum ære lavantur; adeò ut plusquam pueriliter lapsus sit Aldus nepos, qui *ultimos* interpretatur barbaros, quia Cicero *nationem barbaram ultimo loco recensuit.* Sed hunc missum facere par est, ut aliud videamus. Cum Pithœanus Codex haberet, *ut ab ultimis auctoritate repetam*, ea lectio Jano Gulielmio placebat. At illa loquendi ratio ne Latina quidem est; nam qui *repetit*, retrorsum petit, adeoque casus Accusativus planè flagitatur. Virgilius Georg. IV, 286.

——— *Prima repetens ab origine famam.*

Scriptor ad Herennium lib. I. cap. 9. *Rem breviter narrare poterimus — si non ab ultimo initio repetere volemus.* Vide & Justinum lib. II. cap. I. *Daviſ.*

3. *Motusque stellarum observaverunt.*] Ita etiam nostri duo priores. at tertius & exemplar S. Victoris, quo usus Janus Gulielmius, *observitaverunt:* quæ vox iterum occurrit infra cap. 45. *Gruter.*

4. *Coloniam misit in Æoliam.*] Est, non tam à conjectura Turnebi,

e Ammonis alii. thio, aut Dononæo, aut [e]Hammonis oraculo? aut quod bellum susceptum ab ea sine consilio deorum est?

II. NEC UNUM genus est divinationis publicè privatimque celebratum. nam, ut omittam ceteros populos; noster quàm multa genera complexus est? Principio, hujus urbis parens Romulus, non solùm auspicatò urbem condidisse, sed ipse etiam optimus augur fuisse traditur. Deinde auguribus & reliqui reges usi: & exactis regibus, nihil publicè sine auspiciis nec domi nec militiæ gerebatur. Cúmque magna vis videretur esse [5] & in impetrandis consulendisque rebus, & in monstris interpretandis ac procurandis in haruspicum disciplina; omnem hanc ex Etruria scientiam adhibebant, [6] ne genus esset ullum divinationis, quod neglectum ab iis videretur.

4 Et, cùm duobus modis animi sine ratione & scientia, motu ipsi suo, soluto & libero incitarentur; uno, furente; altero, somniante: furoris divinationem Sibyllinis maximè versibus contineri arbitrati, eorum decem interpretes [f] delectos è civitate esse voluerunt. Ex quo genere sæpe hariolorum etiam & vatum furibundas prædictiones, ut Octaviano bello Cornelii Culleoli, audiendas putaverunt. Nec verò somnia graviora, si [g] quæ ad rempublicam pertinere visa sunt, à summo consilio neglecta sunt. Quinetiam memoriâ nostrâ tem-

f dilectos *MS.*

g qua *Lamb. & Davis.*

nebi, quam prodidit d. cap. 20, quam ab auctoritate Pal. pr. atque Pithœani codicis à Gulielmio consulti: expresseratque item Marsi editio. post publicati, *Ætoliam.* Gruter. Invito igitur Grutero intercidit præpositio in ejus editione. quam reposui. *Gronov.*

5. *Et in impetrandis.*] Pal. pr. *& inpetrandis.* sec. *& in patrandis.* S. Vict. *& in impetudis*, emendatumque a vetere manu, *impetadis.* non dubium est quin agat de *sacris impetritis.* itaque viderint Critici, qua conjugatione hoc verbum auctori nostro redonari debeat. *Gruter. Et in inpetrandis — & in monstris interpretandis.*] Pal. sec. ac Eliens. habent, *& in patrandis.* Primus verò & Cantab. dant, *& impetrandis.* Totum igitur locum sic refinge: *Cumque magna vis videretur esse & inpetrandis consulendisque rebus, & monstris interpretandis ac procurandis in haruspicum disciplina.* Vix opus est, ut moneam in omnibus nostris esse, *sine haruspicum disciplina*; quippe ea lectio menti Ciceronis adversatur. At, nisi fallor, negari non potest, quin præpositiones illæ, quas delendas censeo, Latinitatis elegantiam turbent ac destruant. *Davis.*

6. *Ne genus esset ullum divinationis, quod neglectum.*] Ejecto *esset*, ac *quod*, nihil periret venustati sententiæ. *Gruter.*

7. Ra-

templum Junonis Sospitæ L. Julius, qui cum P. Rutilio consul fuit, de senatûs sententia refecit ex Cæciliæ, Balearici filiæ, somnio. P. LXXXI.

III. Atque hæc, ut ego arbitror, veteres rerum magis eventis moniti, quàm [7] ratione docti, probaverunt. Philosophorum verò exquisita quædam argumenta, cur esset vera divinatio, collecta sunt. è quibus, ut de antiquissimis loquar, Colophonius Xenophanes, unus, qui deos esse diceret, divinationem funditus sustulit. Reliqui verò omnes, præter Epicurum, balbutientem de natura deorum divinationem probaverunt, sed non uno modo. Nam cùm Socrates omnesque Socratici, Zenoque, & hi, qui ab eo essent profecti, manerent in antiquorum philosophorum sententia, [8] vetere Academia, & Peripateticis consentientibus; cúmque huic rei magnam auctoritatem Pythagoras jam antè tribuisset, [h] qui etiam ipse augur vellet esse, plurimisque locis gravis auctor Democritus præsensionem rerum futurarum comprobaret, Dicæarchus Peripateticus cetera divinationis genera sustulit, somniorum & furoris reliquit: [9] Cratippusque, familiaris noster, quem ego parem

[h] quin etiam MSS.

7. *Ratione docti probaverunt.*] Vulgati amplius *docti putaverunt & probaverunt*, sed contra edd. Marsi atque Victorii, item Pall. tres & S. Victoris. *Grut.*

8. *Vetere Academia & Peripateticis consentientibus.*] Sic omnes quidem nostri & aliorum MSSti; nullus tamen dubito, quin locus sit mendosus; nam *vetus Academia* nihil aliud est quam *Socratici*, quorum supra meminit Tullius; & infra cap. 39. *Veterem Academiam*, *Peripateticos*, *Stoicos* memorare satis habuit. Vide & lib. I. de Legg. cap. 13. Repono *veteri Academia Peripateticis consentientibus*; quæ sanè minima est mutatio, sensumque dat rei congruum. Ceterum Aristotelici cunctique Cynici divinationem quodammodo labefactârunt, siquidem *τῶν μαντείων κατεγέλασαν*, uti quidem testantur Origines in Celsum lib. VII. pag. 333. & Eusebius P. E. lib. IV. capp. 2, 3. Huc adprime facit egregia Diogenis sententia, qui dixit: *Ὡς ὅταν μὲν ἴδῃ κυβερνήτας ἐν τῷ βίῳ καὶ ἰατροὺς καὶ φιλοσόφους, συνετώτατον τῶν ζώων εἶναι τὸν ἄνθρωπον· ὅταν δὲ πάλιν ὀνειροκρίτας καὶ μάντεις καὶ τοὺς προσέχοντας τούτοις οὐδὲν ματαιότερον νομίζειν ἀνθρώπου.* Exstat apud *Laertium* l. VI. §. 24. *Davis.*

9. *Cratippus quoque.*] Vulgg. *Cratippusque.* Nos autem, sensu postulante, MSStos Eliens. Reg. & Cantab. sequuti sumus. Quod autem de Dicæarcho Cratippoque refert noster, id iterum repetit lib. II. cap. 8. Plutarchus Plac. Phil. lib. V. cap. 1. *Ἀριστοτέλης καὶ Δικαίαρχος τὸ κατ' ἐνθουσιασμὸν μόνον παρεισάγουσι καὶ τοὺς*

rem summis Peripateticis judico, iisdem rebus fidem tribuit, reliqua divinationis genera rejecit.

6 Sed cùm Stoici omnia ferè illa defenderent, quòd & Zeno in suis commentariis quasi semina quædam sparsisset, & ea Cleanthes paullo uberiora fecisset: accessit acerrimo vir ingenio Chrysippus, qui totam de divinatione duobus libris explicavit sententiam, uno præterea de oraculis, uno de somniis: quem subsequens, unum librum Babylonius Diogenes edidit, ejus auditor: i duo Antipater: quinque noster Posidonius. [10] Sed à Stoicis, vel principibus ejus disciplinæ, Posidonii doctor, discipulus Antipatri, degeneravit Panætius: nec tamen ausus est negare vim esse divinandi, sed dubitare se dixit. Quod illi in aliqua re, invitissimis Stoicis, Stoico facere licuit, k [11] id, nos ut in reliquis rebus faciamus, à Stoicis non concedetur? præsertim cùm id, de quo Panætio non liquet, reliquis ejusdem disciplinæ solis luce videatur clarius.

7 Sed hæc quidem laus Academiæ præstantissimi philosophi judicio & testimonio comprobata est.

alii duo.

P. B.

k id nobis *conj. Lamb.*

IV. Etenim nobismet ipsis quærentibus, quid sit de divinatione judicandum, quòd à Carneade multa acutè & copiosè contra Stoicos disputata sint: verentibusque, ne temerè vel falsæ rei, vel non satis cognitæ, assen-

ἑτέρους. Adeò ut hi Peripatetici non abierint à Magistro suo diversi. *Davis.*

10. *Sed à Stoicis, vel principibus ejus disciplinæ.*] Non intelligo quid velit auctor. clarius & verius Pal. sec. *vel princeps ejus disc.* ut innuat Panætium. neque recedit ab hac scriptura Pal. pr. nisi quod litera auctior, *principes.* Gruter. *A Stoicis vel princeps ejus disciplinæ — degeneravit Panætius.*] Vulgg. *principibus ejus disciplinæ.* Nos verò Pal. secundi lectionem sumus amplexi, quam clariorem verioremque meritò judicavit Gruterus; ego sanè eam certissimè veram pronuncio. Noster infra lib. II. cap. 47. *Quæ princeps Stoicorum Panætius dixerit.* Acad. Quæst. lib. II. cap. 33. *Cum Panætius princeps propè, meo quidem judicio, Stoicorum, eâ de re dubitare se dicat, quam omnes præter eum Stoici certissimam putant, vera esse haruspicum auspicia* (Leg. *haruspicium, auspicia,*) *oracula, somnia, vaticinationes, seque ab assensu sustineat.* Hanc autem Panætii fuisse mentem confirmat etiam Diogenes Laërtius lib. VII. §. 194. *Davis.*

11. *Id nos ut in reliquis rebus.*] Bal. noster, *id nobis, in reliquis rebus faciamus, à Stoicis non concedetur?* quod mihi placet, & ita Lambinus, sola conjectura ductus, rescribi voluit. *Davis.*

12. *Quos*

assentiamur, faciendum videtur, ut diligenter etiam
atque etiam argumenta cum argumentis comparemus,
ut fecimus in iis tribus libris, [12] quos de natura deorum
scripsimus. Nam cùm omnibus in rebus temeritas in
assentiendo, errorque turpis est, tum in eo loco maximè,
in quo judicandum est, quantum auspiciis rebusque
divinis, religionique tribuamus. est enim periculum,
ne aut, neglectis iis, impia fraude; aut, susceptis,
anili superstitione obligemur. Quibus de rebus & 8
aliàs sæpe, & paullo accuratiùs nuper, cùm essem cum
Q. fratre, in Tusculano, disputatum est.

V. NAM CUM ambulandi causâ in Lyceum venissemus:
(id enim superiori Gymnasio nomen est) Perlegi,
ille inquit, tuum paullo antè tertium de natura deorum:
in quo disputatio Cottæ, quamquam labefactavit sententiam
meam, non funditus tamen sustulit. Optimè
verò, inquam. etenim ipse Cotta sic disputat, ut Stoicorum
magis argumenta confutet, quàm hominum deleat
religionem. Tum Quintus, Dicitur quidem istuc, P.LXXXII.
inquit, à Cotta, & verò sæpius: credo, [13] ne communia
jura migrare videatur: sed studio contra Stoicos
disserendi deos mihi videtur funditus tollere.

Ejus orationi non sanè desidero quid respondeam: 9
satis enim defensa religio est in secundo libro à Lucilio:
cujus disputatio tibi ipsi, ut in extremo tertio scribis, ad
veritatem est visa propensior. Sed, quod prætermissum
est in illis libris, credo quia commodiùs arbitratus es separa-

12. *Quos de natura Deorum scripsimus.*] S. Victoris codex *præscripsimus*, quod confirmabat Gulielmius illo Virgilii: *Quam sibi qua Vari præscripsit pagina nomen.* malebat tamen, *perscripsimus.* Gruter.

13. *Ne communia jura migrare videatur.*] Sic habet codex MStus & ita legendum. Sic loquitur Offic. lib. I. cap. 10. *Quæque pertinent ad veritatem & fidem, ea migrare interdum, & non servare sit justum.* Et III. de Fin. cap. 20. *Quoniamque ea natura esset hominis, ut cum genere humano quasi civile jus intercederet; qui id conservaret, eum justum: qui migraret injustum fore.* Lambin. *Ne communia jura migrare videatur.*] *Communi jure*, vulgò legitur, sed præter Pall. tres & msſ. S. Victoris; in quibus nostrum clarè visitur. sicque conjecerat Turnebus lib. v. cap. 20. *Gruter.* *Ne communia jura migrare videatur.*] Sic primus emendavit Hadr. Turnebus Adversſ. lib. v. cap. 20. ejusque conjecturam firmant Pall. tres, S. Victoris liber, nostri quatuor & Ven. 1471. Passim ferebatur *communi jure*, ipsumque Victorium traxit ea contagio. *Daviſ.*

14. *Et,*

paratim id quæri; deque eo disseri, id est, de divinatione, quæ est earum rerum, quæ fortuitæ putantur, prædictio atque præsensio, id, si placet, videamus, quam habeat vim, & quale sit. [l] Ego enim sic existimo: si sint ea genera divinandi vera, de quibus accepimus, quæque colimus, esse deos: vicissimque, si dii sint, esse qui divinent.

l Est enim sic existimandum *MS.*

10 VI. ARCEM tu quidem Stoicorum, inquam, Quinte, defendis, si quidem ista [m] sic reciprocantur; ut &, si divinatio sit, dii sint, &, si dii sint, sit divinatio. Quorum neutrum tam facilè, quàm tu arbitraris, conceditur. Nam & natura significari futura sine deo possunt: [14] &, ut sint dii, potest fieri, ut nulla ab iis divinatio generi humano tributa sit. Atque ille, Mihi verò, inquit, satis est argumenti, & esse deos, & eos consulere rebus humanis; quòd esse clara & perspicua divinationis genera judico. De quibus quid ipse sentiam, si placet, exponam, ita tamen, si vacas animo, neque habes aliquid, quod huic sermoni prævertendum putes.

m sic *deest in aliis.*

11 Ego verò, inquam, philosophiæ, Quinte, semper vaco. hoc autem tempore, cùm sit nihil aliud, quod libenter agere possim, multo magis [n] aveo audire, de divinatione quid sentias. Nihil, inquit, equidem novi, nec quod præter ceteros [o] ipse sentiam. nam cùm antiquissimam sententiam, tum omnium populorum & gentium consensu comprobatam sequor. Duo sunt enim divinandi genera; quorum alterum artis est, alterum naturæ.

n habeo *MS.*

P. B.

o ipse sent. *delet Lamb.*

12 Quæ est autem gens, aut quæ civitas, [15] quæ non aut

14. *Et, ut sint Dii, potest fieri.*] Locus quidem, uti nunc legitur, satis est apertus; at omnes nostri, Eliens. Bal. Reg. Cantab. & Ven. dant, *& ut ita sint Dii, potest fieri.* Nihil equidem melius possum comminisci, quam si, transposita illa vocula, reponatur, *&, ut sint Dii, ita potest fieri.* Sed parum refert, cum unus idemque nascatur sensus. *Davis.*

15. *Quæ aut non extis pecudum &c.*] Sic mss. nam Josias Mercerus conjicit valde verisimiliter, *aut extispicum &c.* Gruter. *Quæ non aut extis pecudum, aut monstra, aut fulgura interpretantium.*] Vir Cl. Jos. Mercerus acutissime legendum vidit *extispicum*. Ejus conjecturam unicè firmat noster lib. II. cap. 9. *Artificiosa*, inquit, *divinationis illa ferè genera ponebas extispicum, eorumque, qui ex fulguribus ostentisque prædicerent.* Restat tamen, nisi fallor, vitium, mi-

t extis pecudum; aut monstra, aut fulgura interpre-
ıtium, aut augurum, astrologorum, aut sortium,
ı enim ferè artis sunt) aut somniorum, aut vaticina-
ınum, (hæc enim duo naturalia putantur) prædictio-
: moveatur? quarum quidem rerum eventa magis ar-
ror, quàm causas quæri oportere. Est enim vis &
tura quædam, quæ p cùm observatis longo tempore p tum *alii*.
nificationibus, tum aliquo instinctu inflatuque divino
tura prænunciat.

VII. QUARE omittat urgere Carneades: quod fa-
ebat etiam Panætius, requirens, Jupiterne cornicem
læva, corvum à dextera canere jussisset. Observata
nt hæc tempore immenso, [16] & in significatione even- q quod
ıs animadversa & notata. Nihil est autem, q quod long. *Davis.*
ɔn longinquitas temporum, excipiente memoria, pro- r non poss.
endisque monumentis, efficere atque assequi r possit. *Idem.*
Mirari licet, quæ sint animadversa à medicis herba- 13
ım genera, quæ radicum ad morsus bestiarum, ad
culorum morbos, ad vulnera. quorum vim atque
aturam ratio numquam explicavit: utilitate & ars est
: inventor probatus. Age, ea, quæ, quamquam ex
io genere sunt, tamen divinationi sunt similiora, vi-
eamus.

Atque etiam ventos præmonstrat sæpe futuros
Inflatum mare, cùm subitò, penitusque tumescit,
Saxaque cana, salis niveo spumata liquore,
Tristificas certant Neptuno reddere voces: s *repulsa* MS.
Aut, densus stridor cùm celso è vertice montis
Ortus, adaugescit scopulorum sæpe s repulsu. P.LXXXIII.

VIII. ATQUE his rerum præsensionibus prognostica
ıa referta sunt. Quis igitur elicere causas præsensio-
um potest? etsi t video Boëthum Stoicum esse cona- t vides *Vict.*
tum.

ıinutum quidem, tamen abstersu non indignum. Repono enim,
ea non aut extispicum, & monstra aut fulgura interpretantium. Ra-
o est, quod muneribus hisce destinati non erant variorum gene-
ım divini, sed nugacissimas istas nugas soli curabant haruspices.
ide infra capp. 18, 41, 42. *Davis.*

16. *Et in significatione eventus animadversa & notata.*] Ita quidem
ɔdices; mihi tamen locus, uti nunc se habet, sensu commodo
detur carere. Est ex amicis nostris vir ingenio & eruditione
æstans, qui bene reponit, *& significationes eventis animadversa*
notata. Ad MSStorum tamen lectionem propius accedes,
rescribas, *dein significatio eventis animadversa & notata.* Davis.

17. Ra-

tum. qui hactenus aliquid egit, ut earum rationem rerum explicaret, quæ in mari cælove fierent.

14 Illa verò cur eveniant, quis probabiliter dixerit?

[17] Cana fulix itidem fugiens è gurgite ponti,
Nuntiat horribiles clamans instare procellas,
Haud modicos tremulo fundens è gutture cantus.
Sæpe etiam pertriste canit de pectore carmen,
Et matutinis acredula vocibus instat,
Vocibus instat, & assiduas jacit ore querelas,
Cùm primùm gelidos rores aurora remittit.
Fuscaque nonnumquam cursans per littora cornix
[18] Demersit caput, & fluctum cervice recepit.

15 IX. VIDEMUS hæc signa [v] numquam ferè ementientia: nec tamen, cur ita fiat, videmus.

nonnunq. *MSS.*

Vos quoque signa videtis, aquai dulcis alumnæ,
Cùm clamore paratis inanes fundere voces,
Absurdoque sono fontes, & stagna cietis.

[19] Quis est, qui ranunculos hoc videre suspicari possit? sed

17. *Rana fluxit idem.*] Cum non dubium esset quin falso hoc legeretur, nos conjectura aliquando emendavimus: *Rava fulix itidem.* Sed in Venetis *Cana* scribitur. Virgilius autem fulicas fecit a recto fulica: *Marinæ in succo ludunt fulicæ.* Camer. *Cana fulix.*] Lambinus edidit *Rava*, secutus codd. mss. ipse ut inquit; ut ego puto, conjecturam Camerarii. certè Pall. & Pith. & S. Victoris, & Wouw. codd. *Cana* præferunt, quamvis nonnulli corruptè. *Gruter.* *Rava fulix &c.*] Sic nunc edidimus, Codices MSStos secuti. Quid sit *ravum* docuimus in Commentariis Horatianis ad lib. III. Od. 27. Et supra in Academicis Cicero dixit *ravum mare.* Lambin. *Rava fulix.*] Vulgg. *cana*; sed hariolationem Camerarianam sequor à Lambinianis MSStis. nostroque Eliensi firmatam. Aratus Διοσημ. pag. 116.

Καὶ δ᾽ ἂν ἐπὶ ξηρὴν ὅτ᾽ ἐρωδιὸς οὐ κατὰ κόσμον
Ἐξ ἁλὸς ἔρχηται, φωνῇ περὶ πολλὰ λεληκώς,
Κινυμένου κε θάλασσαν ὑπερφορέοιτ᾽ ἀνέμοιο.

Theophrastus de Sign. Vent. pag. 420. Ἐρωδιὸς ἀπὸ θαλάσσης πετόμενος καὶ βοῶν, πνεύματος σημεῖόν ἐστι· καὶ ὅλως βοῶν μέγα, ἀνεμώδης. Vide & pag. 418. At, secundum Ælianum, πετόμενος ἐρωδιὸς τῆς θαλάσσης εὐθὺ, ὕδωρ ἐξ οὐρανοῦ ῥαγήσεσθαι αἰνίττεται. Hist. An. lib. VII. cap. 7. *Davis.*

18. *Demersit caput & fluctum cervice recepit.*] Nihil variant nostri. Gulielmius tamen malebat, *Demersat caput & fl. cer. receptat.* Gruter.

19. *Quis est, qui ranunculos hoc videre suspicari possit? sed inest mirè & ranunculis natura quædam, &c.*] Antiquiora exemplaria discrepant ab hac lectione: sunt tamen & ipsa non parum inquinata. nam in pervulgatis quoque vereor ne sit mendum: præter enim

Sed inest in rivis & ranunculis natura quædam signifi-
cans

enim quàm quòd valde diversam habent lectionem ab antiqua, quod semper mihi suspectum est, quia sine causa hoc accidere non arbitror: eam etiam, quam habent, per se parum sinceram judico. Quid enim *mire* ibi faciat, & quam vim habeat hoc loco id adverbium non video: omnino neque plana, neque elegans mihi structura videtur. Cum quid dubitem potius quàm quid sentiam exposuerim, volo nunc veterem scripturam notam facere, quæ est hæc: *sed inest in rivis & ranunculis, &c.* Ut possint eruditiores, an meritò suspectum hunc locum habeam, videre, & unde tanta orta sit de hoc loco inter antiquos & novos codices dissensio cogitare. Diligentiùs igitur considerandum, an & ex antiquis vestigiis & ex Græco versu Arati rectè possit *in gyrinis* emendari. nam *Gyrinos* & Græci & Latini appellant ranarum partus. Plin. lib. IX. cap. II. *Pariunt minimas carnes, nigras, quas gyrinos vocant, oculis tantum & caudâ insignes: mox pedes figurantur, cauda findente se in posteriores.* Et Aratus in Phænomenis, Ἢ μᾶλλον δειλαὶ γενεαὶ ὕδροισιν ὄνειαρ Αὐτόθεν ἐξ ὕδατος πατέρες βοόωσι γυρίνων. Cujus etiam interpres de illis sic loquitur: Γυρῖνοι δὲ λέγονται οἱ ἀδιάπλαστοι βάτραχοι τουτέστι τὰ γεννήματα τῶν βατράχων ἀδιάπλαστα γὰρ τίκτονται καὶ ἄποδα ἐστιν τὴν ἀρχήν. Receptam lectionem conservavi: ortam autem mihi suspicionem quamvis levem & fortasse inanem aperire non malum duxi: causas etiam, quæ me ad hoc impulerint, suprà exposui. *Victor.* *Sed inest mire & ranunculis.*] Cum in veteri libro scriptum sit, *in rivis*, facile adducor, ut credam, vocem *mire* ab aliquo repositam fuisse, cui suspectum esset verbum in rivis, quod librariorum imperitia factum erat ex *Gyrinis.* hanc autem veram esse hujus loci lectionem, admonuit etiam victorius, adducto Arateo versu Ἐκ τῶν φαινομένων·

Αὐτόθεν ἐξ ὕδατος πατέρες βοόωσι γυρίνων.

Ursin. *Sed inest in rivis & ranunculis.*] Ita mss. Victorii, & putat verè Gulielmius, neque quid mutandum, ut volebat idem Victorius. Pall. proximè accedunt ad hanc scripturam. primus enim & sec. habebant *in renis.* nam tertius, *sed inest mire & ran.* ut passim publicatur. *Gruter.* Sed Is. Vossius in notis ad Melam citat *Sed inest gerinis & ran.* additque [sic fere meliores codices] At ipse appinxit in editione Gothofredi, qua in conferendo usus est, *sed inest in ranis & ranunculis natura quædam v.* Deinde quum ranunculi præcedant & sequantur, quî conveniunt huc γυρῖνοι, quos Græci dicunt esse μικροὺς βατράχους? Me quod attinet, non puto posse subtrahi Tullio locutionem *inesse in aliquo*, præsertim quum eam scripti omnes subministrent, & utique quum ranæ ut plurimum sint in rivis, simul rivis & ranis attribuit talem causam. *Gronov.* *Sed inest in rivis & ranunculis.*] Sic edidit Gruterus. Is. autem Vossius ad Melæ lib. I. cap. 9. pag. 68. quasi novum quid & inauditum eruisset, ex melioribus, ut ait, Codicibus legit, *inest gerinis & ranunculis*; sed quum γυρῖνοι sint ranunculi, puræ putæ ταυτολογίας reus esset noster; quare γυρίνους huc non convenire recte statuit Jac. Gronovius.

cans aliquid, per se ipsa satis certa, cognitioni autem hominum obscurior.

Mollipedesque boves spectantes lumina cœli,
Naribus humiferum duxere ex aëre succum.

Non quæro, cur, quoniam, quid eveniat, intelligo.

Jam verò semper viridis, semperque gravata
Lentiscus triplici solita grandescere fœtu,
[20] *Ter fruges fundens, tria tempora monstrat arandi.*

P. B. 16 Nec hoc quidem quæro, cur hæc arbor una ter floreat, aut [21] cur arandi maturitatem ad signum floris accommodet. Hoc sum contentus, quod, etiam si [x] quo quidque fiat ignorem, quid fiat intelligo. pro omni igitur divinatione idem quod pro iis rebus, quas commemoravi, respondebo.

x quomodo quidque *alii & Davis.*

X. QUID [y] scammoneæ radix ad purgandum, quid [z] aristolochia ad morsus serpentum possit, quæ [22] nomen ex

y scammoniæ *alii.*

z aristolochiæ *conj. Lamb.*

vius. Quod autem vulgatam lectionem tuetur vir ille doctus, in eo quidem vehementer errat; nihil enim huc omnino faciunt rivi, planeque ridiculus fuisset Cicero, si naturam significantem aliquid rivis inesse dixerat, quod eam ranis, aquas ut plurimum colentibus, competere statueret. Pall. pr. sec. *inest in renis.* Reg. verò *est inest mire & ranunculis.* Eliens. denique *inest mire etiam ranunculis.* Lego *inest & ranunculis*, deleta voce, quæ, prout arbitror, librorum margini primitus adscripta, tandem, ut fit, Tullii verbis adhæsit. Quin & reponi possit *inest in istis etiam ranunculis.* Quomodocunque verò se res habeat, perplacet judicium, quod de hujusmodi *σημείοις* tulit Epicurus. Αἱ ἐπισημασίαι, inquit, *αἱ γινόμεναι ἐπὶ τισι ζώοις, κατὰ συγκύρημα γίνονται τοῦ καιροῦ· οὐ γὰρ τὰ ζῶα ἀνάγκην τινὰ προσφέρεται τοῦ ἀποτελεσθῆναι χειμῶνα, οὐδὲ κάθηταί τις θεία φύσις παρατηροῦσα τὰς τῶν ζώων τούτων ἐξόδους, κἄπειτα τὰς ἐπισημασίας ταύτας ἀποτελεῖ.* Vide Diogenem Laërtium lib. x. §. 115. *Davisius.*

20. *Ter fruges fundens.*] Inanis est Joan. Harduini suspicio, pro qua rescribit, *ter flores fundens*; nam recepta lectio à cunctis Ciceronis & Plinii præstatur exemplaribus; quin & Aratus & Geoponicorum scriptor hac in re *καρπὸν* & *καρπὸς* adhibent. *Idem.*

21. *Cur arandi maturitatem ad signum floris adcommodet.*] Ab hac lectione non abeunt aut editi Codices aut MSSti. Mihi tamen, præpositione transposita, rescribendum videtur, *cur ad arandi maturitatem signum floris adcommodet*; fruges enim fundens Lentiscus arandi tempus monstrare censebatur. *Idem.*

22. *Nomen ex inventore reperit.*] Explicat Gulielmus Canterus lib. I. Nov. Lect. cap. 14. videatur & Victorius libro VI. Var. Lect. cap. 3. Lambinus intulit libris conjecturam suam, *nomen ex inventa re reperit.* Gulielmius malebat propius scripturam vulgatam, *ex invento reperit, τὸ ἄριστον λοχείας, inventum est.* Gruter.

ex inventore reperit, rem ipsam inventor [23] ex somnio, video, quod satis est: cur possit, nescio. Sic ventorum & imbrium signa, quæ dixi, rationem quam habeant, non satis perspicio: vim & eventum agnosco, scio, approbo. Similiter, [24] quid fissum in extis, quid fibra valeat, accipio: quæ causa sit, nescio. Atque horum quidem plena vita est: [25] extis enim omnes fere utuntur. Quid? de fulgurum vi, dubitare num possumus? nonne cùm multa alia mirabilia, tum illud in primis? [26] cùm Summanus in fastigio Jovis optimi maximi, qui tum erat fictilis, [a] è cælo ictus esset, nec usquam ejus simulacri caput inveniretur, haruspices in Tiberim id depulsum esse dixerunt, idque inventum est eo loco, qui est ab haruspicibus demonstratus.

a de cœlo *Lamb.*

XI. SED QUO potiùs utar aut auctore, aut teste, 17
quàm te? cujus edidici etiam versus, & libenter quidem,

23. *Ex somnio, video &c.*] Ita quidem Aldus senior. Sed Victorius interserta voce; *ex somnio: posse video &c.* quæ item reperta mihi in Pall. Gulielmio in Pithœano. *Gruter.* Etiam ex Vossiano advertit Pater, & ipse If. Vossius. *Gronov.* *Video, quod satis est.*] Apertus est sensus, si modo Codices addicerent. Sed quum Victoriani, Gruteriani nostrique MSSti summo consensu dent, *posse video quod satis est*, aliquid subesse reor. Forsan ita rescribi possit locus: *Quî Scammonea radix ad purgandum, qui Aristolochia ad morsus serpentum possit? — Posse video, quod satis est; cur possit, nescio.* Videant sagaciores. *Davis.*

24. *Quid fissum in extis, quid fibra valeat.*] De fisso jecoris fibraque, vide Barn. Brissonium Form. lib. I. pagg. 20, 21. *Davis.*

25. *Extis enim omnes fere utuntur.*] Nescio quomodo magis placet, ut est in manuscripto, *utimur.* Ursin. Davisius Ursini & MS. Bal. fidem secutus dedit *utimur.*

26. *Quum Summanus in fastigio Jovis optumi maxumi.*] In MSStis fere cunctis *summa manus* pro *Summano* perperam legitur. Hanc autem historiam nonnihil immutatam, & ad alienum tempus relatam narrat vetus Scholiastes ad Ciceronis Catil. III. cap. VIII. pag. 706. *Jovis*, inquit, *statua sic turbine depulsa est, ut caput perderet, & mergeretur in medio Tiberi. Tunc haruspex quidam, cum sacerdotes sequerentur vestigia fulminis & caput dejectum quærerent, nec invenirent, hasta pulsum locum* (forsan *hasta pulso loco*, vel *pellens locum*) *invenit & dixit: Ecce caput; & levavit de hasta.* Quis vero fuerit Summanus, Ovidio Fast. VI, 731. non satis constitit. Constat tantum, hunc nocturna, Jovi vero diurna fulmina tribui. Vide Plinium H. N II, 52. & Augustinum C. D. lib. IV. cap. 23. At tum aliis, tum Arnobio lib. V. pag. 230. idem cum Plutone numen censetur. Adi Gyraldum Hist. Deor. Syntagm. VI. pag. 189. *Davis.*

dem, quos [27] in secundo consulatu Urania musa pronuntiat:

Principio aetherio flammatus Jupiter igni
Vertitur, & totum collustrat lumine mundum,
Menteque divina caelum, terrasque [b] petessit:
Quae penitus sensus hominum vitasque [c] retentat,
Aetheris aeterni septa atque inclusa cavernis.
Et, si stellarum motus cursusque vagantes
Nosse velis, [d] quae sint signorum in sede locatae,
Quae verbo, & falsis Grajorum vocibus errant,
Re vera certo lapsu spatioque feruntur:
Omnia jam cernes divina mente notata.
18 *Nam primum astrorum volucres te consule motus,*
Concursusque [e] graves stellarum ardore micantes
Tu quoque, [28] cum tumulos Albano in monte nivales
Lustrasti, & [f] laeto mactasti lacte Latinas,
Vidisti & claro tremulos ardore cometas,
Multaque misceri nocturna strage putasti:
Quod fermè dirum in tempus [g] cecinere Latinae,
Cùm claram speciem concreto lumine luna
Abdidit, & subitò stellanti nocte perempta est.
[h] Quid verò Phoebi fax, tristis nuntia belli,
Quae magnum ad columen flammato ardore volabat
Praecipites caeli partes obitusque petisset:
Aut cùm terribili [i] perculsus fulmine civis,
Luce serenanti [k] vitalia lumina liquit:
Aut cùm se gravido tremefecit corpore tellus.
[l] Jam verò variae nocturno tempore visae
Terribiles formae bellum motusque monebant:
Multaque per terras vates oracla furenti
Pectore fundebant tristes minitantia casus:
19 *Atque ea, [29] quae lapsu tandem cecidere vetusto,*
Haec

b *petisset* Lamb.
c *retentant* ed. vet. *retentant* MSS.
d *qua* Davis.
Pag. LXXXIV.
e *gravi* Lamb.
f *lecto* Gul.
g *cecidere* Davis. & alii.
h *Quum vero* Lamb.
i *percussus* MS.
k *vitai lum.* Lamb.
l *Tum vero* conj. Lamb.

27. *In secundo consulatu.*] Puto corrigendum, *In secundo de consulatu*, ut subaudiatur, *libro*. P. Manut. *In secundo consulatu.*] Adr. Turnebus, & P. Manutius emendant, *in secundo de Consulatu*, subintellige *libro*. Gulielmius, *in secundo Consulatus*; ut error natus fuerit è compendio scripturae. *Gruter.*

28. *Cum tumulos Albano in monte nivalis.*] Quum Coss. ceterique Magistratus Romani ferias Latinas celebrarent, in Albano monte fiebant sacrificia. Vide Varronem lib. v. L. L. §. 3. & Dionysium Halicarnasseum lib. IV. cap. 49. *Davisius.*

29. *Quae lapsu tandem cecidere vetusto.*] Non intelligo, qui *lapsu*

Hæc fore, perpetuis signis clarisque frequentans
Ipse deûm genitor cælo terrisque canebat.

XII. NUNC EA, *Torquato quæ quondam, & consule Cotta*
Lydius ediderat Tyrrhenæ gentis haruspex,
Omnia fixa tuus glomerans determinat annus.
Nam pater altitonans stellanti nixus Olympo
Ipse suos quondam tumulos ac templa petivit,
Et Capitolinis injecit sedibus ignes;
Tum species ex ære vetus, [30] *generataque Natta,* P. 8.
Concidit, [31] *elapsæque vetusto numine leges:*
Et divûm simulacra peremit fulminis ardor.
Hic silvestris erat, Romani nominis altrix, 20
Martia, quæ parvos Mavortis semine natos
Uberibus gravidis vitali rore rigabat:
Quæ tum cum pueris flammato fulminis ictu
Concidit atque avulsa pedum vestigia liquit.
Tum quis non artis scripta ac monumenta volutans,
Voces tristificas chartis promebat Etruscis?

[32] *Omnes*

sus dici possit *vetustus*, quum duobus circiter annis Tullii consulatum præcesserit. Forsan igitur reponendum *vetusta*; qua ratione Noster ad eorum, quæ ceciderunt, ætatem respiciet. *Davis.*

30. *Generosaque Natta.*] Sic legendum; non, ut vulgo, *generataque Natta.* Neque me movet Adr. Turnebus, qui lectionem hanc tutans, sic eam interpretatur, speciem Nattæ effictam & simulatam, non veram. Nam primum non loquuntur ita Latini. Deinde satis hoc à Cicerone dictum est, cum dixit *ex ære.* Dicitur autem *generosa*, quia Pinarii Nattæ erant nobiles: à nobilitate igitur periculum. *Lambin. Generataque Natta.*] Sic quidem Pithœanus & Pal. tert.; sed sec. *generatoque.* pr. *generaque.* S. Vict. à prima manu, *gene nataque Nata.* Lambinus oggerit *generosaque.* Gulielmius conjiciebat *venerataque*, aut etiam *gener Attaque Natta.* Gruter. *Generataque Natta.*] Satis mirari nequeo, cur Janus Gulielmius conjecerit, *venerataque Natta*, vel *gener Attaque Natta*; quasi vel cultu divino Nattæ statuam prosecuti sint Romani; vel species, quam memorat Cicero, non Nattæ, sed Attæ, fuerit; quod falsi convincitur ex lib. II. cap. 20. Felicior est Lambini, vel Mureti potius, hariolatio, cui placet *generosaque.* Forte tamen reponi possit *venerandaque Natta*; rebus enim honorem plerumque conciliat vetustas. Sed nihil ῥητῶς adfirmo, nec intercedo, quin palma melius quiddam comminiscenti tribuatur. *Davis.*

31. *Elapsæque vetusto numine leges.*] Gulielmius reponi volebat *ærumine*: quod constat ex lib. II. infra cap. 21. *æra legum de cælo tacta*, hocque loco de eis agere Tullium. Palatini nostri propugnant vulgatum. Wouwerii unus habebat *nomine*, Gruter.

 32. *Omnes*

32 *Omnes civili generosam stirpe profectam*
33 *Vitare ingentem cladem pestemque monebant:*
Vel legum exitium constanti voce ferebant,
Templa deûmque adeò flammis, [m] urbesque jubebant
Eripere, & stragem horribilem cædemque vereri,
Atque hæc fixa gravi fato ac fundata teneri;
34 *Ni pòst excisum ad columen formata decorè*
Sancta Jovis species claros spectaret in ortus:
Tum fore, ut occultos populus, sanctusque senatus
Cernere conatus posset, si solis ad ortum
Conversa, inde patrum sedes, populique videret.
21 *Hæc tardata diu species multumque morata,*
Consule te tandem celsa est in sede locata:
Atque una fixi ac signati temporis hora

m *urbisque* alii.

Ju-

32. *Omnes civili generosa stirpe profectos.*] Ita scriptus est hic versus in antiquo, cum in vulgatis sit, *Omnes civili generosam stirpe profectam.* Ursin. *Omnes civili generosam stirpe profectam*] Hæc est recepta vulgò lectio, proximeque accedens ad mss. quorum tamen nonnulli, *generosa.* Aldus senior ediderat, *omnes civili generosa stirpe profectos &c.* quod & in antiquo Ursini. Lambinus arbitratu suo fecit, *omnes civili & generosa a stirpe profectam.* Gruter. *Omnes civili generosa stirpe profectam.*] Vulgg. *generosam* quod absurdum est; quî enim, quæso, *clades* dici possit *generosa*, quæ à nefaria parricidarum manu fuit perpetranda. Aldin. Ursin. Reg. Cantab. habent, *civili generosa stirpe profectos.* Perperam; responsum enim est, *res sævas tristissimasque portendi — maxime ab domesticis hostibus*, ut ait Arnobius lib. VII. pag. 307. & Catilinam ejusque socios nobiles fuisse, neminem latet. Veram igitur esse lectionem, quam recepimus, & quæ Mureto placuit, abunde liquet, eamque stabilit Bal. noster, præterquam quod ille *prophetam*, non *profectam*, manifesto Librarii lapsu repræsentet. *Davis.*

33. *Vitare ingentem.*] Mss. nostri ad unum omnes versum hunc habent post sequentem *Vel legum*; neque aliter posuit in editione sua Victorius. ceterùm Pal. pr. ac sec. loco *Vitare*, repræsentant *viri.* tert. verò & S. Victoris, *vel diram*, præterea ἀντὶ τοῦ, *Vel legum*, erat in pr. & Pith. *Vultu legum.* in sec. *Voltum legum.* Gruter. *Vitare ingentem cladem.*] In *Victorianis Gruterianisque* libris hujus & sequentis versus immutatur ordo. Quin & omnes nostri dant:

Vel legum exitium constanti voce ferebant
Vel diram ingentem cladem pestemque monebant.

Quamvis hoc perperam factum videatur, tamen in tanto MSStorum. consensu rem Lectori celatam noluimus. *Davis.*

34. *Ni post excisum ad columen.*] Sic ferè Pall. nisi quod sec. *Nepos excesum.* at S. Victoris codex, *Nepus excesum.* Pith. *Nec pus excisum.* unde formabat Gulielmius, *Nei prius exce*, Gruter. Lambinus legebat *excelsum ad columen*,

35. Præ-

Jupiter excelsa [n] *clarabat sceptra columna:* — n *claravit MS.*
[o] *At clades patriæ flammâ ferroque* [p] *parata,* — o *Ac* Vict.
Vocibus Allobrogum patribus populoque patebat. — p *patrata*
Ritè igitur veteres, quorum monumenta tenetis, — MSS. *puta-*
Qui populos urbesque modo ac virtute regebant, — *ta* alii
XIII. RITE *etiam vestri, quorum pietasque fidesque* — MSS.
Præstitit, & longè vicit sapientia cunctos,
[35] *Præcipuè coluere viginti numine divos.* — P.LXXXV.
Hæc adeò penitus cura videre sagaci
Otia qui studiis læti tenuere decoris,
Inque Academia umbrifera, nitidoque Lyceo — 22
Fuderunt claras fœcundi pectoris artes.
E quibus ereptum primo jam à flore juventæ,
Te patria in media virtutum mole locavit.
Tu tamen anxiferas curas requiete relaxas,
Quòd patriæ [q] *vocis studiis nobisque sacrasti.* — q *voces* alii. *vocis* MSS.

Tu igitur animum poteris inducere contra ea, quæ à me disputantur, [r] & de divinatione dicere, qui & gesseris ea, quæ gessisti, & ea, quæ pronuntiavi, accuratissimè scripseris? — r & *Lamb. delet.*

23 Quid? quæris, Carneades, cur hæc ita fiant, aut qua arte perspici possint? nescire me fateor: evenire autem, te ipsum dico videre. Casu, inquis. Itane verò? Quidquam potest casu esse factum, quod omnes habet in se numeros veritatis? Quattuor tali jacti [36] casu Venereum efficiunt. Num etiam centum Venereos, si cccc. talos [s] ejeceris, casu futuros putas? adspersa temerè pigmenta in tabula, oris lineamenta effingere possunt; [37] num etiam Veneris Coæ pulcritudinem effin- — s *jeceris alii.*

35. *Præcipuè coluere viginti numine.*] Est à Pall. nostris, nisi quod ii *viginti*. Victorius edidit, *viginti nomine*. Ante cusi, *præcipue ingenti coluerunt numine.* quæ positura in nullis est mss. à Gulielmio & Wouwerio excussis. *Gruter.*

36. *Casu Venereum efficiunt.*] De jactu Venereo vide Joan. Meursium de ludis Græc. pagg. 7, 36. aut Dan. Souterii Palamedem lib. 1. capp. 26, 27. *Davis.*

37. *Num etiam Veneris Gnidiæ Coæque.*] Sic quidem Aldus senior, & recentes quique. verùm Victorius, *Veneris Coæ*, omisso illo *Gnidiæ*, quod nec reperitur in Pall. aut Pith. aut S. Victoriano; quorum hic habet *æque*, quod & in Pall. pr. ille *eoque.* quod placuit Gulielmio, pro, *Auroræ.* Pal. sec. exhibet; *Veneris coeque.* tert. *Veneris coeque pulcritudinem coeque effingi.* iidem mss. nostri etiam scriptum habent, non *effingere* & *effingi*; sed *efficere* & *effici*, quomo-

effingi posse adspersione fortuita putas? Sus rostro si humi A litteram impresserit; num propterea suspicari poteris, Andromacham Ennii ab ea posse describi? Fingebat Carneades, in Chiorum lapicidinis saxo diffisso caput exstitisse Panisci. Credo, aliquam non dissimilem figuram, sed certè non talem, ut eam factam à Scopa diceres. sic enim se profectò res habet, ut numquam perfectè veritatem casus imitetur.

24 XIV. AT NONNUMQUAM ea, quæ prædicta sunt, minùs eveniunt. Quæ tandem id ars non habet?
P. B. earum dico artium, quæ conjecturâ continentur, & sunt opinabiles. An medicina ars non putanda est? quam tamen multa fallunt. Quid? gubernatores nonne falluntur? an Achivorum exercitus & tot navium rectores non ita profecti sunt ab Ilio,

Ut profectione læti piscium lasciviam
Intuerentur, ut ait Pacuvius, [38] *nec tuendi satietas capere possit?*
Interea propè jam occidente sole inhorrescit mare,
Tenebræ conduplicantur, noctisque & nimbûm occæcat nigror.

Num

modo & publicati à Victorio. *Gruter.* Itaque notari saltem meruit adulterina vox, quod feci diverso charactere. Sed potius expellenda; quum Cnidia non fuerit in pictura, sed in marmore statua, ut notum, quum Coam Apelles fecerit. Nec vero expelli vetat conjunctiva *que*, ut videtur censuisse Victorius, ideo eam contra libros antiquos omittens, & alii, qui ideo alteram putarunt addendam. Dicit Cicero, *num etiam Veneris*, scilicet qualiscunque, at semper formosæ, *Coæque*, hoc est, & præsertim Apelleæ in insula Co, pulcritudinem efficies. *Gronov.* *Veneris Coa.*] Vulgg. *Veneris Cnidia Coæque.* Mediam vero vocem prætermittunt MSSti. Et recte quidem; hic enim de pictura agitur, cum Cnidia Venus statua fuerit à Praxitele facta. Vide Plinium H. N. XXXVI. 5. Quin & importunam istam *copulationem* rejecimus, Reg. & Victor. fidem secuti; nam σοφὸν φάρμακον, quod attulit Jac. Gronovius, haud equidem moror; is enim scriptori politissimo nimis quam duras loquendi formulas affingere nullus dubitat. Acumen porro Jani Gulielmii prorsus est mirandum; qui, cum Pal. primus dederit *Veneris eoque*, Codicis illius lectionem veram esse pronunciavit. Quasi *Eo*, τῆς Ἠοῦς, *Aurora*, competeret potestas. Sic se ridendos propinant, qui patrocinandis suorum librorum lectionibus intemperanter sunt addicti. *Davis.*

38. *Nec tuendi satietas capere posset.*] Jussi hæc ita scribi, ut versus iidem, unà cum sequentibus, pedibus eorum consuletur, si fingamus, *satias capere possiet.* mirum, neminem hactenus deprehendisse tam apertos numeros. *Gruter.*

39. *Te-*

Num igitur tot clarissimorum ducum regumque naufragium sustulit artem gubernandi? aut num imperatorum scientia [t] nihil est, quia summus imperator nuper [t nulla Lamb.] fugit, amisso exercitu? aut num propterea nulla est reipublicæ gerendæ ratio atque prudentia, quia multa Cn. Pompejum, quædam M. Catonem, nonnulla etiam te ipsum fefellerunt? Similis est haruspicum responsio, omnisque [v] opinabilis divinatio. conjecturâ enim nititur, [v opinab. delet Davis.] ultra quam progredi non potest.

Ea fallit fortasse nonnumquam: sed tamen ad veritatem sæpissimè dirigit. est enim ab omni æternitate repetita: in qua cùm pæne [x] innumerabiles res eodem modo evenirent iisdem signis antegressis, ars est effecta, eadem sæpe animadvertendo [y] ac notando. 25

[x innumerabiliter MSS.] [y atque alii.]

XV. AUSPICIA verò vestra quàm constant? quæ quidem nunc à Romanis auguribus ignorantur: (bonâ hoc tuâ veniâ dixerim:) à Cilicibus, Pamphyliis, Pisidis, Lyciis tenentur. [z] Nam quid ego hospitem nostrum, 26 clarissimum atque optimum virum, Dejotarum regem [z Jam multi alii.] commemorem? qui nihil umquam nisi auspicatò gerit: qui, cùm ex itinere quodam proposito & constituto revertisset, aquilæ admonitus volatu; conclave illud, [P. LXXXVI.] ubi erat mansurus, si ire perrexisset, proxima nocte corruit.

Itaque, ut ex ipso audiebam, persæpe revertit ex itinere, cùm jam progressus esset multorum dierum viam. 27 Cujus quidem hoc præclarissimum est, quòd posteaquàm à Cæsare 39 tetrarchiæ regno pecuniâque multatus

39. *Tetrarchia regno.*] Rescribendum videtur, *Tetrarchia & regno*: Dejotarus enim Trocmanorum tetrarchiam, Armeniæ vero minoris amisit regnum. Noster infra lib. II. cap. 37. Cæsar *cum* Dejotaro *Trocmanorum tetrarchiam eripuisset* —— *eidemque detraxisset Armeniam à Senatu datam.* Auctor de Bell. Alex. cap. LXVII. *Dejotarus Tetrarches Gallogræciæ* —— *Rex Armeniæ minoris.* Vide & cap. 34. Frequentes sunt in veterum monumentis hujusmodi mendæ. Sic apud nostrum de Fin. lib. I. cap. 8. *Dissentientium inter se reprehensiones non sunt vituperandæ: maledicta, contumelia, tum iracundiæ, contentiones concertationesque in disputando pertinaces, indigna mihi philosophia videri solent.* Leg. *tum iracundia, & contentiones concertationesque in disputando pertinaces*; quam conjecturam probant sequentia. Pariter apud Lactantium Div. Inst. lib. III. cap. 12, 13. *Immortalitas* —— *non potest cuiquam sine scientia virtute* (Leg. *scientia & virtute*) *id est, sine Dei cognitione & justitia provenire.* Vide §. 28, 29. Idem Epit. cap. 4. de Trismegisto.

tatus est, negat se tamen eorum auspiciorum, quæ sibi ad Pompejum proficiscenti secunda evenerint, pœnitere. senatus enim auctoritatem, & populi Romani libertatem atque imperii dignitatem suis armis esse defensam: sibique eas aves, quibus auctoribus officium & fidem secutus esset, bene consuluisse. antiquiorem enim sibi fuisse possessionibus suis gloriam. Ille mihi videtur igitur verè augurari. Nam nostri quidem magistratus auspiciis utuntur coactis. necesse enim est, offâ objectâ, cadere frustum ex pulli ore, cùm pascitur.
28 Quod autem scriptum habetis, 40 a aut tripudium fieri, 41 si ex ea quid in b solidum ceciderit: hoc quoque, quod dixi coactum, tripudium solistimum dicitis. itaque multa auguria, multa auspicia, quod Cato ille sapiens queritur, negligentiâ collegii amissa planè & deserta sunt.

a hinc *MSS.* b solum *Lamb.*

XVI. Nihil fere quondam majoris rei, nisi auspicatò, ne privatim quidem gerebatur: 42 quod etiam nunc nuptiarum auspices declarant, qui, re c omissa, no-

c amissa *alii.*

gisto. *Qui & doctrina vetustate philosophos antecessit.* Reponendum, *qui & doctrina & vetustate*, prout olim monuimus. Adde Justinum M. Cohort. ad Græc. cap. 42. & Cyrillum in Julian. lib. 1. pag. 30. *Davis.*

40. *Aut tripudium fieri.*] Turnebus lib. v. Adverf. cap. 20. conjicit, *avi trip.* quod illicò editioni suæ inseruit Lambinus. *Gruter.*

41. *Si quid ex ea in solidum ceciderit.*] Haud divertunt Pall. nostri. Marsus tamen, & Manutius, & Lambinus amplexi sunt *in solum*; quos refellit gemma illa Jurisconsultorum Brissonius libro 1. de Formulis. *Gruter. In solum ceciderit.*] Sic edidere Manutius & Lambinus, cum quibus facit Elienf. noster. Vulgg. *in solidum*; quam quidem lectionem defendit Barn. Brissonius Form. I. pagg. 124, 125. eo quod *sollum* pro *solido* dixerint Osci, quemadmodum testatur Festus in *Solitaurilia*; quapropter non *solistimum*, sed *sollistimum*, tripudium dici vult eruditissimus ille JCtus. At omnino fallitur; nam *solistimi* veriverbium à *solo*, quod terram significat, est deducendum. Vide Nostrum infra lib. 11. cap. 13. *Davis.*

42. *Quod etiam nunc nuptiarum auspices.*] Adrian. Turnebus lib. v. Adverf. cap. 20. scribit hic ita esse legendum, ut habent omnes editiones, quæ prodierunt ante annos quadraginta, & ut ego edidi, *quod etiam nunc nuptiarum auspices declarant &c.* Scilicet usus est ille libris mendosissimis, & regnante Saturno impressis, in quibus impressum est *nuptiarum auspiciis &c.* Hinc factum est, ut homo ille multis se locis mederi existimaret, quæ non egerent medicina. *Lambin. Nuptiarum auspices.*] Lambinus stultè heic invehitur

nomen tantùm tenent. Nam ut nunc extis: quamquam id ipsum aliquantò minùs, quàm olim; 43 sic tum avibus magnæ res impetriri solebant. Itaque, sinistra dum non exquirimus, in dira & in vitiosa incurrimus; ut P. Claudius Appii Cæci filius, ejusque collega, 29
L. Junius, classes maximas perdiderunt, cùm vitio navigassent. Quod eodem modo evenit Agamemnoni. qui, cùm Achivi cœpissent

Inter [d] *se strepere, aperteque artem obterere extispicum;*
Solvere imperat secundo rumore, [e] *adversaque avi.*

Sed quid vetera? M. Crasso quid acciderit, videmus, dirarum obnuntiatione neglecta. In quo Appius, collega tuus, bonus augur, ut ex te audire soleo, non satis scienter virum bonum & civem egregium censor 44 C. Atejum notavit, quòd ementitum auspicia subscripserit. Esto:

d *sese* Davis. P. B.
e *aversaque* alii.

hitur in Turnebum. nam *auspiciis* non solum visitur in Victoriana, sed in Pall. in Pithœano, in S. Victoris mss. *Gruter.*

43. *Sic tum avibus magnæ res inpetriri solebant.*] Ita sine dubio legendum est. non ut antea, *impertiri*. Est autem *impetriri* vetus augurale verbum, quod idem Cicero usurpat lib. II. de Div. cap. 15. *Qui evenit*, inquit, *ut is, qui impetrire velit, convenientem bestiam rebus suis immolet?* Et Plautus in Asin. Act. II.

Impetritum, inauguratum est: quovis admittunt aves.

Restituendus est etiam locus ille apud Valerium lib. I. cap. I. *Prisco etiam instituto rebus divinis opera datur, cum aliquid commendandum est, precatione; cum exposcendum voto;* ——— *cum inquirendum vel extis vel sortibus, impetrito:* non, ut vulgo legitur, *impertito.* Quod autem hoc ipso in libro legitur *impetrandis consulendisque rebus*; malim legere, *impetriendis quam impetrandis.* Diversa enim sunt *impetrire* & *impetrare*; non enim Festus, sed opinor Paullus illud scripsit, *Impetritum, impetratum.* P. Manut. Omnes quidem libri habent *impertiri*; sed legendum censeo *impetriri. Impetriri* autem antiquum verbum, quo veteres utebantur in auspiciis, valet impetrari. *Lambinus.* Vide doctissimum JCtum Fr. Hotomannum Observ. lib. IV. cap. 3. & lib. VI. cap. II. *Davis.*

44. *Æthejum.*] Plutarchus in Crasso *Atejum* appellat, quo modo hic etiam legendum puto: quando eum Dion. Hist. XXXIX. *C. Atejum Capitonem* nominat; *Capito* autem cognomen *Atejorum*, non *Æthejorum* fuit. de prænomine, si Dionem sequi volumus, *Cajum* adscribemus, non *Publium.* P. Manut. *Cajum Atejum.*] Ita aliis vocatur. MSS. tamen nostri favent vulgato *Æthejum*; tam heic quàm infra. *Gruter.* Sed quid hoc rei aut voluntatis est, ut Gruterus ediderit statim *ementita*, quantum intelligo, contra omnes veteres libros simul scriptos simul typis editos? præsertim quum nihil illustret sententiam. imo sequentia antiquum confirment. Miror de eo nullum verbum factum. Hinc edidi ut oportebat. *Gronov.*

Esto: fuerit hoc censoris, si judicabat ementitum. At illud minimè auguris, quod adscripsit, ob eam causam populum Romanum calamitatem maximam [f] cepisse. Si enim ea causa calamitatis fuit: non in eo est culpa, qui obnuntiavit; sed in eo, qui non paruit. veram enim fuisse obnuntiationem, ut ait idem augur & censor, exitus approbavit. 45 Quæ si falsa fuissent, nullam afferre potuissent causam calamitatis. etenim [g] dira, sicut cetera auspicia, ut omina, ut signa, non causas afferunt, cur quid eveniat, sed nuntiant eventura, nisi provideris. Non igitur obnuntiatio Ateji causam finxit calamitatis, sed signo objecto monuit Crassum, quid eventurum esset, nisi cavisset. Ita aut illa obnuntiatio nihil valuit: aut si, ut Appius judicat, valuit, id valuit, ut peccatum hæreat non in eo, qui monuerit; sed in eo, qui non obtemperarit.

f accepisse alii.

g diræ alii & Davis.

XVII. Quid lituus iste vester, quod clarissimum est insigne auguratûs, unde [h] vobis est traditus? nempe eo Romulus regiones direxit tum, cùm urbem condidit. qui quidem Romuli lituus, 46 id est, incurvum & leviter

h nobis alii.

45. *Quæ si falsa fuisset, nullam adferre potuisset caussam calamitatis.*] Vulgg. *fuissent* & *potuissent*, quo modo solœca fit oratio; ad obnunciationem enim illa referuntur verba. Quod igitur vel invitis Codicibus fecissem, id, volentibus Reg. & Cantab. nostris, jam nunc facio, Ciceronemque fœdis illis libero maculis. *Davis.*

46. *Id est incurvum & leviter à summo inflexum bacillum, quod ab ejus litui, quo canitur, similitudine nomen invenit.*] Lipsius lib. I. Var. cap. 20. isthæc omnia habet pro glossemate: restant tamen constanter in omnibus mss. delevitque Lambinus. *Gruter. Id est, incurvum ——— nomen invenit.*] Hæc verba primus Glossematis damnavit Just. Lipsius Var. Lect. lib. I. cap. 20. quoniam non modo Cicero, sed vulgus, & pæne pueri, quid esset lituus, tum temporis probe noverant. Mihi tamen haud ita firma claraque videtur hæc ratio, ut rem in aperta luce collocet. Nam, ne memorem de solo Romuli lituo hic agi, licet M. Ciceronem augurem lituo frequenter usum, Q. frater adloquatur, ea miscere, quæ Tullium non fugerunt, haud erat importunum, siquidem liber in lectorum gratiam fuit editus. Nec forte litui forma cunctis innotuit, cum enim Livius etiam describendum putavit. *Augur*, inquit ille lib. I. cap. 18. — *Baculum sine nodo aduncum tenens, quem lituum appellaverunt.* Præterea Latinitas est elegantior, quam ferre solet Librariorum captus; quapropter ab ipsius Ciceronis manu fuisse præfracte non negarim. Quod si sit, inclusis Parenthesi vocibus, legerim; *is est incurvum ——— nomen invenit*, Utcunque se res habeat, huc facit Macrobii locus Saturn. lib.

viter à summo inflexum bacillum, quod ab ejus litui, quo canitur, similitudine nomen invenit; cùm situs esset in curia Saliorum, quæ est in Palatio, eaque deflagravisset, inventus est integer.

Quid multis annis post Romulum, Prisco regnante 31 Tarquinio? quis veterum scriptorum non loquitur, quæ Pag. fit ab [i] Attio Navio per lituum regionum facta descri- LXXXVII. ptio? qui cùm propter paupertatem sues puer pasceret, [i] Atio unâ ex his amissâ, vovisse dicitur, si recuperasset, uvam *Lamb.* se deo daturum, quæ maxima esset in vinea. itaque sue inventa, ad meridiem spectans in vinea media dicitur constitisse: cúmque in quattuor partes vineam divisisset, tresque partes aves abdixissent, quarta parte, quæ erat reliqua, in [k] regione distributa, mirabili magnitudine [k] regiones uvam, ut scriptum videmus, invenit. Qua re celebra- *Lamb.* ta, cùm vicini omnes ad [l] unum de rebus suis referrent, [l] eum erat in magno nomine & gloria. *MSS.*

47 Ex quo factum est, ut eum ad se rex Priscus [m] ar- 32 cesseret. Cujus cùm tentaret scientiam auguratus, dixit [m] accer- ei cogitare se quiddam, id possetne fieri, consuluit. seret *alii.* 48 Ille augurio acto, posse respondit. Tarquinius autem dixit, se cogitasse, cotem novacula posse præcidi. Tum [n] Attium jussisse experiri. ita cotem in comitium alla- [n] Atium tam, inspectante & rege & populo, novacula esse di- *Lamb.* scissam.

lib. VI. cap. 8. *Posse quæri animadvertimus, utrum à tuba lituus auguralis appelletur, an tuba, à lituo augurum lituus dicta sit; utrumque enim pari forma & pariter in capite incurvum est. Sed si, ut quidam putant, tuba à sonitu lituus appellata est ——— necesse est, ut virga auguralis à tuvæ similitudine lituus vocetur.* Id quod aperte statuit sive noster, sive Glossographus. *Davis.*

47. *Ex quo factum est, ut eum ad se Rex Priscus arcesseret.*] Revera quum Tarquinius equitum centuriis, quas Romulus scripserat, alias adjicere vellet, & id Attius Navius, augur, nisi aves addixissent, fieri prohiberet, ira regi mota est, eludensque artem interrogavit, *possetne fieri, quod ipse mente conceperat?* Hinc Ciceronem memoria lapsum patet. Vide Livium I, 36. Dionysium Halicarnassensem III, 71. Valerium Maximum I, 4. & Lactantium Div. Inst. II, 7. *Davis.*

48. *Ille augurio acto.*] Lambinus *capto.* præter Pall. nostros, sugillatque Gifanius in Observationibus Latinæ linguæ. nam & sic lib. III. de Officiis: *cùm in aëre augurium augures acturi essent &c.* Gruter. Grandius impingitur ab Steph. Pighio, qui scribere sustinet ad Valerii Maximi libr. I. caput 4. mendose in vulgatis Ciceronianis legi *augurio acto*, atque ita Lambinum pro Cicerone habens. *Gronov.*

49. *Su-*

scissam. Ex eo evenit, ut & Tarquinius augure [o] Attio Navio uteretur, & populus de suis rebus ad eum [p] referret.

o *Atio Lamb.*
p *adferret MSS.*

33 Cotem autem illam & novaculam defossam in comitio, [49] supraque impositum puteal accepimus. Negemus omnia: comburamus annales: ficta hæc esse dicamus: quidvis denique potiùs, quàm deos res humanas curare, fateamur. Quid? quod apud te scriptum est de Ti. Graccho, nonne & augurum, & haruspicum comprobat disciplinam? qui cùm tabernaculum vitio cepisset imprudens, quòd inauspicatò pomœrium transgressus esset: comitia [50] consulibus rogandis habuit. Nota res est, & à te ipso mandata monumentis. Sed & ipse augur Ti. Gracchus auspiciorum auctoritatem confessione errati sui comprobavit, & haruspicum disciplinæ magna accessit auctoritas, qui recentibus comitiis in senatum introducti, negaverunt justum comitiorum rogatorem fuisse.

P. B.

34 XVIII. Iis igitur assentior, qui duo genera divinationum esse dixerunt: unum, quod particeps esset artis; alterum, quod arte careret. Est enim ars in iis, qui novas res conjecturâ persequuntur, veteres observatione didicerunt. Carent autem arte ii, qui non ratione, aut conjecturâ observatis, ac notatis signis, sed concitatione quadam animi, aut soluto liberoque motu futura præsentiunt. quod & somniantibus sæpe contingit, & nonnumquam vaticinantibus per furorem, [51] ut Bacis Bœotius, ut Epimenides Cres, ut Sibylla Erythræa. Cujus generis oracula etiam habenda sunt, non ea, quæ æquatis sortibus ducuntur, sed illa, quæ instinctu

49. *Supraque impositum puteal accepimus.*] Adi Cl. Salmas. Exercit. Plin. p. 1138. edit. Paris. *Davis.*

50. *Consulibus rogandis.*] Attendant Antiquarii. nam S. Victoris liber, item Pal. sec. tert. habent *rogatis*. Pith. & pr. *rogantis*. Gruter.

51. *Ut Bacis Bœotius.*] Clemens Alexandrinus in I. Στρωμ. Χρησμολόγοι παρ' Ἕλλησι συγχνοὶ γεγονέναι φέρονται. ὡς οἱ βάκιδες, ὁ μὲν Βοιώτιος, ὁ δὲ Αρκὰς, πολλὰ πολλοῖς προαγορεύοντες. τῇ δὲ τοῦ Αθηναίου Ἀμφιλύτου συμβουλῇ, καὶ Πεισίστρατος ἐκράτυνε τὴν τυραννίδα, τὸν καιρὸν τῆς ἐπιθέσεως δηλώσαντος. σιγάσθω γὰρ Κομήτης ὁ Κρὴς. Κινύρας ὁ Κύπριος. Ἄδμητος ὁ Θετταλὸς. Ἀρισταῖος ὁ Κυρηναῖος. Ἀμφιάραος ὁ Ἀθηναῖος. &c. *Ursin.*

52. Nec

stinctu divino afflatuque funduntur. etsi ipsa sors contemnenda non est, si & auctoritatem habet vetustatis, ut eæ sunt sortes, quas è terra editas accepimus: quæ tamen [q] ductæ, ut in rem aptè cadant fieri credo posse divinitus. Quorum omnium interpretes, ut grammatici poëtarum, proximè ad eorum, quos interpretantur, divinationem videntur accedere.

[q] *educta MS.*

Quæ est igitur ista calliditas, res vetustate robustas 35 calumniando velle pervertere? Non reperio causam. latet fortasse obscuritate involuta naturæ. non enim me deus ista scire, sed his tantummodò uti voluit. Utar igitur, [52] nec [r] abducar, ut rear, aut in extis totam Etruriam delirare, aut eandem gentem in fulguribus errare, aut fallaciter portenta interpretari, cùm terræ sæpe fremitus, sæpe mugitus, sæpe motus multa nostræ reipublicæ, multa ceteris civitatibus gravia & vera prædixerint. Quid? qui irridetur, partus hic mulæ, nonne quia fœtus extitit in sterilitate naturæ, prædictus est ab haruspicibus [53] incredibilis partus malorum?

[r] *adducat Lamb.*

Pag. LXXXVIII.

Quid? Ti. Gracchus, P. F., qui bis consul & censor 36 fuit, idemque & summus augur, & vir sapiens, civisque præstans; nonne (ut C. Gracchus, filius ejus, scriptum reliquit) duobus anguibus domi comprehensis, ha-

52. *Nec adducar, ut rear aut in extis.*] Vix potui refrenare manum, quin ejicerem illud, *ut rear*; quod nullo apice compareret in Pal. pr. aut sec. & certè Latinè loquetur Tullius, quamvis resecetur. *Gruter.*

53. *Incredibilis partus malorum.*] *Malarum* habet liber manuscriptus: *mularum* autem in *malorum* facilis fuit mutatio. *Ursin.* *Partus hic mulæ ——— partus malorum.*] Mulæ partus semper inter prodigia fuit habitus, quia res solito rerum ordine fieri non posse credebatur. Hinc Babylonii apud Herodotum lib. III. 151. *Τί κάτησθε*, inquiunt, *ἐνθαῦτα, ὦ Πέρσαι, ἀλλ' ἐκ ἀπαλλάσσεσθε; τότε γὰρ αἱρήσετε ἡμέας, ἐπεὰν ἡμίονοι τεκῶσι.* Ratio est *διὰ τὸ ἄσπερμον εἶναι τὸ ζῶον*, ut tradit Artemidorus Oneir. lib. II. c. 12. Vel idcirco mulæ non pariunt, quod *è duobus diversis generibus nata non gignunt in omni animalium genere*, si Plinio fides lib. VIII. H. N. cap. 44. Plura videsis apud Aristotelem de Gener. Anim. lib. II. cap. 8. & Ælianum Hist. Anim. lib. XII. cap. 16. Utcunque sit, *mula pariens, discordiam, bonorum interitum, mutationem legum, turpes matronarum partus significare adeoque sat uberem malorum denotat partum.* Adi Julium Obseq. de Prodig. cap. CXXV. Hinc, ut & ex ipsa sententiæ vi, patet corruptum esse Ursini codicem, qui *mularum*, non *malorum*, vocem repræsentat; licet ei lectioni faveat vir ille doctus. *Davis.*

54. *Nu-*

haruſpices convocavit? qui cùm reſpondiſſent, ſi marem emiſiſſent, uxori brevi tempore eſſe moriendum; ſi fœminam, ipſi: æquius eſſe cenſuit, ſe [s] maturam oppetere mortem, quàm P. Africani filiam adoleſcentem. fœminam emiſit: ipſe paucis pòſt diebus eſt mortuus.

s maturum *Daviſ.*

XIX. IRRIDEAMUS haruſpices: vanos, futiles eſſe dicamus: quorumque diſciplinam & ſapientiſſimus vir, & eventus ac res comprobavit, contemnamus: contemnamus etiam Babylonios, & eos, qui è Caucaſo cæli ſigna ſervantes, [54] numeris & motibus, ſtellarum curſus perſequuntur: condemnemus, inquam, hos aut ſtultitiæ, aut vanitatis, aut imprudentiæ, qui [55] CCCCLXX. millia annorum, ut ipſi dicunt, monumentis comprehenſa continent, & mentiri judicemus, nec ſæculorum reliquorum judicium, quod de ipſis futurum ſit, pertimeſcere.

37 Age, Barbari vani atque fallaces: num etiam Grajorum hiſtoria mentita eſt? quæ Crœſo Pythius Apollo, ut de naturali divinatione dicam, quæ Athenienſibus, quæ Lacedæmoniis, [56] quæ Tegeatis, quæ Argivis, quæ

54. *Numeris & motibus ſtellarum curſus perſequuntur.*] Quibus quæſo *motibus* ſtellarum curſus perſequuntur hi viri? Permultum fallor, aut reponendum, *numeris ſtellarum curſus & motus perſequuntur* Geminus germanus eſt locus infra lib. II. cap. 6. *Solis defectiones, itemque Lunæ prædicuntur in multos annos ab iis, qui ſiderum curſus & motus numeris perſequuntur.* Julius Firmicus Matheſ. lib. I. cap. 2. *Ecce motus & curſus ejus* (Saturni) *per dies ſingulos horasque colligimus.* Daviſ.

55. CCCCLXX. *annorum.*] In manuſcripto eſt CCIↃↃ. annorum. Puto autem rectum eſſe, CIↃ. IↃↃↃ. *annorum.* Urſin. CCCCLXX. *millia annorum.*] Fruſtra ſunt Paullus Manutius & Fulv. Urſinus, qui mutandos hoſce numeros cenſuere. Quamvis enim futilem prorſus & vanam horum jactantiam eſſe ſcimus, recta tamen eſt lectio recepta; rem enim ita ſe habere prædicabant Chaldæi. Diodorus Siculus Bibl. lib. II. pag. 118. *Χαλδαῖοι ἑπτὰ καὶ τετταράκοντα μυριάδας καὶ τρεῖς ἐπὶ ταύταις χιλιάδας* (Anni ſunt 473000) *εἰς τὴν Ἀλεξάνδρου διάβασιν γεγονέναι καταριθμοῦσιν, ἀφ᾽ ὅτου τὸ παλαιὸν ἤρξαντο τῶν ἄστρων τὰς παρατηρήσεις ποιεῖσθαι.* Lactantius Div. Inſt. lib. VII. cap. 14. *Secuti fortaſſe Chaldæos, qui, ut Cicero tradidit in libro de Divinatione primo* (ad hunc ipſum locum reſpicit) *quadringinta ſeptuaginta millia annorum monumentis comprehenſa ſe habere delirant.* Quin & idem numerus ſervatur infra lib. II. cap. 46. *Daviſ.*

56. *Quæ Taygetis.*] *Tegeatibus* habet antiquus liber, & ita omnino

quæ Corinthiis reſponderit, quis ignorat? collegit innumerabilia oracula Chryſippus, nec ullum ſine locuplete auctore atque teſte. quæ quia nota tibi ſunt, relinquo. Defendo unum hoc. Numquam illud oraculum Delphis tam celebre & tam clarum fuiſſet, neque tantis donis refertum omnium populorum atque regum, niſi omnis ætas oraculorum illorum veritatem eſſet experta. P. M.

38 Jamdiu idem non facit. Ut igitur nunc minore gloria eſt, quia minùs oraculorum veritas excellit: ſic tum, niſi ſumma veritate, in tanta gloria non fuiſſet. Poteſt autem vis illa terræ, quæ mentem Pythiæ divino afflatu concitabat, evanuiſſe vetuſtate, ut quoſdam [t] exaruiſſe amnes, aut in alium curſum contortos & deflexos videmus. [57] Sed, ut vis, acciderit: magna enim quæſtio eſt: modò maneat id, quod negari non poteſt, niſi omnem hiſtoriam perverterimus, multis ſæculis verax fuiſſe id oraculum.

[t] *Grut.* evanuiſſe & exar.

39 XX. SED omittamus oracula; veniamus ad ſomnia. de quibus diſputans Chryſippus, multis & minutis ſomniis colligendis facit idem, quod Antipater, ea conquirens, quæ Antiphontis interpretatione explicata, declarant illa quidem acumen interpretis, ſed exemplis grandioribus decuit uti. Dionyſii mater, ejus, qui [v] Syracuſiorum tyrannus fuit, ut ſcriptum apud Philiſtum eſt, & doctum hominem, & diligentem, & æqualem temporum illorum, cùm [x] prægnans hunc ipſum Dionyſium alvo contineret, ſomniavit ſe peperiſſe Satyriſcum. [58] Hinc interpretes portentorum, qui [59] Galleotæ tum

[v] Syracuſanorum *MS.*

[x] prægnas *MS.*

no legendum: ſive, ut edidit Lambinus, *Tegeatis.* confirmat eam lectionem Pauſanias in Laconicis. *Urſin.* *Qua Tegeatis.*] Eſt Turnebi conjectura, quam ſibi putidè arrogare nititur Lambinus. vulgata, *Taygetis*, ad quam magis inclinant mſſ. quàm ad priorem. *Gruter.*

57. *Sed ut vis acciderit.*] In manuſcripto eſt, *ut ut vis acciderit.* Urſin.

58. *Huic interpretes portentorum, qui Galeota.*] Elienſ. exhibet *interpretes ſomniorum.* Ipſam vero rem modo nonnihil diverſo tradit Valerius Maximus lib. I. cap. VII. 7. extern. *Mater*, inquit, *Dionyſii, cum eum conceptum utero haberet, parere viſa eſt Satyriſcum; conſultoque prodigiorum interprete, clariſſimum ac potentiſſimum Graji ſanguinis futurum, certo cum eventu cognovit.* Nobis autem hi portentorum interpretes, ſunt *Galeotae*, prout olim dedit Victorius. non

tum in Siciliâ nominabantur, responderunt, (60 ut ait Philistus) eum, quem illa peperisset, clarissimum Græciæ diuturna cum fortuna fore.

40 Num te ad fabulas revoco vel nostrorum vel Græcorum poëtarum? narrat enim & apud Ennium Vestalis y illa:

y Illa Colomn.

Excita cùm tremulis anus attulit artibu' lumen,
Talia commemorat lacrymans exterrita somno,
Euridica prognata, pater quam noster amavit,
P. LXXXIX. *Vires, vitaque corpu' meum nunc deserit omne.*
Nam me visus homo pulcer per amœna salicta
Et ripas raptare, locosque novos. ita sola
Post-illa, germana soror, errare videbar,
Tardaque vestigare, & quærere te, neque posse
Corde capessere. semita nulla pedem stabilibat.
41 *Exin compellare pater me voce videtur*
His verbis. 61 cognata, tibi sunt antè gerenda.

Hæc

non *Galleota*, quemadmodum vulgati. Stephanus Byzantinus. Γαλεῶται μάντεων εἶδος Σικελῶν. Ælianus etiam V. H. lib. XII. cap. 46. Γαλεωτῶν meminit. *Davis.*

59. *Galleota.*] *Galeota* vetus codex, & ita habet Stephanus in τῷ γαλεῶται. *Ursin.*

60. *Ut ait Philistus.*] Non videtur Tullii, sed librarii. proximè enim præcessit, *ut scriptum apud Philistum est.* Grut. Utique & cap. 17. quum dixisset *quod apud te scriptum est* subnectit, *nota res est, & a te ipso mandata monumentis.* Gronov.

61. *O gnata, tibi sunt &c.*] Sic legendum, non, ut vulgo, *cognata*; quamvis Turnebus eam lectionem tueatur, sic interpretans, *filia, quod cum aliis liberis nata esset*, inquit. Quæ interpretatio, simul & lectio, cujus interpretatio est, ferri non potest, & piget me utramque refellere. *Lambin. Cognata tibi sunt ante gerenda. Hæc pater &c. Ærumnæ post. ex fluvio.*] Sic Aldi vetus, sic omnes mss. nostri, nisi quod distinctio mea est. videbatur enim duriusculum: *ante gerenda (Hæc pater effatus, germana repente recessit) Ærumna: post ex fluvio &c.* quomodo ediderat Victorius. post editi transposuere versum. Lambinus præterea *cognata*, mutavit in *o gnata*; secutus conjecturam Turnebi, cujus meminit lib. V. Adversf. cap. 21. *Gruter.* Sed cur tacet in Victorianis esse *Hæc effatu' pater*, quod sane est ita & ex Voss. notatum ab patre, & videtur Ennianum. *Gronov. Tibi sunt ante gerendæ Ærumnæ: post ex fluvio fortuna resistet. Hæc effatu' pater.*] Vulgg. *tibi sunt ante gerenda. Hæc pater effatus, germana, repente recessit. Ærumna post: ex fluvio fortuna resistit.* At abunde patet versum secundum alieno loco positum esse; quapropter veteres editos omnino sequendos duximus. In reliquis vero mutationibus duces nobis fuere MSSti simul ac mens Auctoris. *Davis.*

62. *Fer-*

Ærumnæ: pòst ex fluvio [62] *fortuna resistit.*
Hæc pater effatus, germana, repentè recessit,
Nec sese dedit in conspectum corde cupitus:
Quamquam [63] *multa manus ad cæli cærula templa*
Tendebam lacrymans, & blanda voce vocabam.
Vix ægro [z] *tum corde meo me somnu' reliquit.* z *cum corde* Lamb.

XXI. HÆC, ETIAMSI ficta sunt à poëta, non absunt tamen à consuetudine somniorum. Sit sanè etiam illud 42 commenticium, quo Priamus est conturbatus,

Quia mater gravida parere se ardentem facem
Visa est in somnis Hecuba: quo facto pater
Rex ipse Priamus, somnio [64] *mentis metu*
Perculsus, [65] *curis sumptus suspirantibus*
Exsacrificabat hostiis balantibus.
[66] *Tum conjectorem postulat, pacem petens,*
Ut se edoceret obsecrans Apollinem,
Quò sese vertant tantæ sortes somniûm.
Ibi ex oraclo [a] *voce divina edidit* a *vocem divinam* Davis.
Apollo; puerum, primus Priamo qui foret
Postilla [67] *natus, temperaret tollere,*

Eum

62. *Fortuna resistit.*] Sic Pith. & Pal. pr. alii *resistet*, quod & in vulgg. Pal. sec. præfert, *recessit*; qui & interpunxerat, *Ærumnæ post ex fluvio. fortuna recessit.* forsan non male. *Gruter.*

63. *Multa manus.*] Hic, noto satis Hellenismo, *multa* valet multum. Virgilius Georg. III. 226.

Multa gemens ignominiam plagasque superbi
Victoris.

Idem IV, 320.

Multa querens, atque hac adfatus voce parentem.

Sic & alii Scriptores optimi. Vide Joan. Vorstium ad Sulpicii Severi Hist. Sacr. lib. I. cap. 4. *Davis.*

64. *Mentis metu Perculsus.*] Lambinus *mentem.* sed contra mss. neque erat necesse. nam *mentis perculsus* dictum, ut Terentio, *animi perculsus.* Gulielmius. *Gruter.*

65. *Curis sumptis suspirantibus.*] *Sumptus* est in manuscripto, hoc est correptus, vel quod melius puto, consumptus: ut simplex sit pro composito. *Ursin.* *Curis sumptus suspiratibus.*] Edebatur antea, *sumptis*, sed mutavi secutus Gulielmii mentem, & librum Fulvii Ursini, item mss. Pal. pr. tert. & librum S. Victoris, in quibus hærebat alterum. *sumptus* pro *consumptus maceratusque.* Terentius: *Cura sumitur, dum tibi sit quod placeat.* Gruter.

66. *Tum conjectorem postulat.*] Pall. omnes & S. Victoris exemplar *conjecturam*, quod probabatur Gulielmio, pro *conjectrici Sibylla.* Idem.

67. *Natus, temperaret tollere: Eum &c.*] Ita rectè edidit P. Victorius.

Eum esse exitium Trojæ, pestem Pergamo.

43 Sint hæc ut dixi, somnia fabularum: hisque adjungatur etiam Æneæ somnium: quod [68] in Numerii Fabii P. B. Pictoris Græcis annalibus ejusmodi est, ut omnia, quæ ab Ænea gesta sunt, quæque illi acciderunt, ea fuerint, quæ ei secundùm quietem visa sunt.

XXII. Sed propiora videamus. cujusnam modi est Superbi Tarquinii somnium, de quo [69] in Bruto Accii loquitur ipse?

44 [70] *Cùm jam quieti corpus nocturno impetu*
Dedi, sopore placans artus languidos;
[71] *Visum est in somnis pastor ad me appellere,*

Duos

ctorius. ineptè antè & post cusi; *natus tempora*, *hunc si tolleret.* Pal. sec habebat, *natus*, *temptaret tollere.* Codex S. Victoris solum habebat, *natus tempora*, *Eum &c.* neque plus erat in Pal. pr. aut Pithœano, nisi quod hic *ipsa* per compendium, loco *tempora.* tert. *tempora & tolleret* quart. *tempora & tollere. quod in Numerii Fabii Pictoris.* Conjecturam Sigonii admisit dudum Aldus Nepos; itaque nec mihi excludenda videbatur; quod nihil sani esset in vulgato, *in numerum Fabii*; adprobassetque alterum Turnebi censura, præ seque tulerit, P. Manutium sic invenisse in libris antiquis. *Gruter.* Quum sic laudat Gruterus Victorianum, sic deprimat vulgatum, quæ malum causa est, ut quod ipse ineptum fatetur ac damnat, in sua editione retinuerit? quo nihil aliud factum, quam ut Is. Vossio materia daretur in notis ad Melam pag. 44. refingendorum horum versuum ex solo scilicet optimo suo codice, quum diu ante illum viri doctissimi non aliter legerint Etiam illustravit pater lib. II. Observat. cap. 20. *Gronov.*

68. *In Numerii Fabii.*] Antea mendose, *Innumerum Fabii.* Nos ex antiquis libris restituimus; tres enim Fabii Pictores fuere, clari omnes antiquitatis notitiâ, Quinctus, Numerius, Servius; quorum antiquissimus Quinctus. Nominantur à Livio, Agellio, Macrobio, Orosio, Nonio, Cicerone. *P. Manut.*

69. *De quo in Bruto Accius loquitur ipse.*] Vera lectio, *de quo in Bruto Accii loquitur ipse.* Fabulam autem Accii, cui Bruto nomen esset, significat; quam & ludis Apollinaribus, qui M. Bruti absentis nomine facti fuere, actam, intelligi potest de prima Philippica. *Camerarius.* *In Bruto Accii loquitur ipse.*] Sic quidem passim Sed apud Victorium est *Accius*, atque ita etiam ex MS. Vossiano pater notavit. Ne quid intercidat, videtur fuisse *in Bruto Accii is loquitur ipse.* Gruter.

70. *Cùm jam quieti.*] Sic quidem hactenus editi; sed adversantibus membranis Pall. Pithœi & S. Victoris omnibus. Eæ enim *Quoniam quieti.* quod item poni pro *postquam* meminit Donatus, qui videatur. *Gruter.*

71. *Visum est in somnis, pastorem ad me appellere Pecus lanigerum eximiâ pulchritudine, Duos consanguineos arietes inde eligi.*] Hos versus,

Duos consanguineos arietes inde eligi,
[72] *Pecus lanigerum eximia pulcritudine:*
Præclarioremque alterum [73] *immolare me:*
Deinde ejus germanum cornibus connitier
In me arietare, eoque ictu me ad casum dari:
Exin prostratum terra graviter saucium,
Resupinum; in cælo contueri maximum,
Ac mirificum facinus; dextrorsum orbem flammeum
Radiatum solis [74] *liquier cursu novo.*

Ejus igitur somnii [b] à conjectoribus quæ sit interpretatio facta, videamus.

b quæ sit à conj. *ed. Lamb.*

Rex, [75] *quæ in vita usurpant homines, cogitant, curant, vident,*

Quæ-

sus, qui antea præpostero ordine collocati legebantur, ita digerendos esse, admonuit Muretus in annotationibus, quas in Terentium edidit. *P. Manut.* *Visum est in somnis pastor.*] Vulgati *pastorem.* Aldi vetus & Victorii editio, *Visus est in somnis pastor.* Lambinus, *Visus in s. pastor.* sed nostrum illud visitur in quatuor Pall. in Pith. in S. Victoris, annotavitque Gulielmius dictum, ut *pugna factum est.* Gruter. Pater hinc notavit *Visu' est.* Gronovius. *Visu' st in somnis pastor.*] Vulgg. *visum est in somniis pastor*, nec aliter è nostris Reg. & Cantab. Hanc vero lectionem, licet defensorem Janum Gulielmium sit nacta, respuit Latini sermonis ratio. Quare cum Bal. Aldin. & Victor. haberent *visus est in somnis*, nos versui consulentes edidimus *visu'st in somnis pastor*, quod & Lambinus jamdudum fecerat. Vide G. J. Vossium ad Fragm. Trag. p. 109. *Davis.*

72. *Pecus lanigerum.*] Nihil variant mss. nostri. Bene tamen monet P. Manutius Muretum Notis in Terentium sic transponendos putare versus: *ad me appellere pecus lanigerum eximia pulcritudine. Duos consanguineos &c.* potest tamen consistere vulgatum. *Gruter.*

73. *Immolare me.*] Quid in mentem fuerit Lambino, cum *involare me* daret, equidem comminisci non possum. Quacunque vero de caussa hoc sit ausus, omnino retinenda est lectio vulgata, quam omnes omnino libri tuentur, ut & ipsa res; quod vidit etiam Gruterus; nam Bruti fratrem natu majorem trucidavit Tarquinius. Livius lib. I. cap. 56. Brutus, *quum primores Civitatis, in quibus fratrem suum ab avunculo* (Tarquinio Superbo) *interfectum audisset — ex industria factus ad imitationem stultitiæ, quum se suaque prædæ esse Regi sineret, Bruti quoque haud abnuit cognomen.* Adisis & Dionysium Halicarnasseum lib. IV. cap. 68. *Davis.*

74. *Liquier cursu novo.*] Pall. duo priores melioresque *linquier.* quod mihi rectius. *Gruter.* Sic & Vossianus. *Gronov.* Davis. conjicit, *nitier cursu novo.*

75. *Quæ in vita usurpant homines.*] Julius Celsus de vit. Cæs. pag. 5. *Verum sit quod ait Cicero, quodque de Homero scribit; ejus plerumque ea videre dormientes, de quibus sæpissime vigilantes sint soliti*

Quæque agunt vigilantes, agitantque, ea si cui in somno accidunt,
76 Minus mirum est: sed in re tanta haud temerè improvisò offerunt;
Proin vide, ne, quem tu esse hebetem deputes, æquè ac pecus,
Is sapientia munitum pectus egregium gerat,
Teque regno expellat. Nam id quod de sole c ostentum est tibi,
Populo commutationem rerum portendit fore.
P. XC. *77 Perpropinqua 78 hæc bene verruncent populo. 79 nam quod ad dexteram*
Cœpit cursum ab læva signum præpotens; pulcerrimè
Auguratum est, rem Romanam publicam summam fore.

c *ostensum* MSS.

XXIII.

liti cogitare & loqui. Ubi legendum, *de Homero scribit Ennius, plerumque ea videre.* Noster de Somn. Scip. cap. 1. *Fit ut cogitationes sermonesque nostri pariant aliquid in somno tale, quale de Homero scribit Ennius, de quo videlicet sæpissime vigilans solebat cogitare & loqui.* Ad hunc enim locum respicit scriptor ille ψευδώνυμος, ut inanis plane sit J. F. Grævii conjectura. De re ipsa vide Hieronymum Columnam ad Ennii Frag. pag. 4. & Interpretes ad Petronii Satir. cap. 104. *Davis.*

76. *Minus mirum est.*] Hæc tota somnii interpretatio constat è septenariis: itaque non intelligo, quid spectaverint ii, qui veterem lectionem mutarunt, & pro, *Minus mirum est*, *Minus mirandum est.* P. Manut.

77. *Perpropinqua hæc &c.*] Lambinus arripuit Turnebi *fore per propinquam hæc bene &c.* malè & contra omnes mss. *perpropinqua* positum, pro *perpropinquè*, ut *crebra* Virgilio, alia aliis. Gulielmius. *Gruter. Perpropinquam.*] Vulgg. *perpropinqua*, quam lectionem pessime tuetur Gulielmius, quasi Græcismo satis obvio denotaret idem quod *perpropinque.* Hoc enim dato, Latina non erit oratio; nam barbarus sit oportet qui *perpropinque fore rerum commutationem* dicat. *Eliens.* & *Bal.* noster *propinquam*; eoque modo luculente firmatur *Turnebi* conjectura, quam *Lambinus* olim, nosque jam recepimus. *Davis.*

78. *Hæc benè verruncent.*] Pal. pr. & Pithœanus, *averruncent*, neque video cur admitti non debeat. *Gruter.*

79. *Nam quod ad dexteram.*] Ne pes Creticus in versu sit Trochaïco, G. J. Vossius ad Fragm. Trag. p. 110. legit: *Nam quod dexterum Cœpit cursum*; vel, trajecto præverbio, *nam ad quod dexteram.* Sed nescius erat vir ille magnus, voces *quod ad* apud Poëtas Dramaticos unius tantum Syllabæ locum crebrò tenere. Multis id exemplis probavit Chr. Wasius de Senar. cap. 13. pag. 166. seqq. *Davis.*

80. *Quæ*

XXIII. AGE NUNC ad externa redeamus. Matrem Phalaridis scribit Ponticus Heraclides, doctus vir, auditor & discipulus Platonis, visam esse videre in [d] somniis simulacra deorum, [80] quæ ipsa Phalaris domi consecravisset: ex his Mercurium è patera, quam dextra manu teneret, sanguinem visum esse fundere: qui cùm terram attigisset, refervescere videretur sic, ut tota domus sanguine redundaret. Quod matris somnium immanis filii crudelitas comprobavit. Quid ego, quæ magi Cyro illi principi interpretati sunt, [81] ex Dinonis Persicis libris proferam? nam cùm dormienti ei sol ad pedes visus esset, ter eum scribit frustra appetivisse manibus, cùm se convolvens sol elaberetur, & abiret: ei magos dixisse (quod genus sapientum & doctorum [82] habebatur in Persis) ex triplici appetitione solis, XXX. annos Cyrum regnaturum esse, portendi. quod ita contigit. nam ad septuagesimum pervenit, cùm XL. natus annos regnare cœpisset. 46

d in somnis Lamb.

Est profectò quiddam etiam in Barbaris gentibus præsentiens atque divinans: siquidem ad mortem proficiscens Calanus Indus, [83] cùm adscenderet in rogum ardentem, O præclarum discessum, inquit, è vita! cùm, ut Herculi contigit, mortali corpore cremato, in lucem animus excesserit. Cumque Alexander eum rogaret, si quid vellet, ut diceret; Optimè, inquit: pro- 47

80. *Quæ ipsa Phalaris.*] Revocavi quod erat in Pal. pr. sec. & membranis S. Victoris. nam Pithœi liber & Marsi editio non habent vocem tertiam. vulgati; *Phalaridis.* & verò si alii adhuc codices ea voce carent, abjiciatur. *Gruter.* Davis. legit, *quæ ipse Phalaris.*

81. *Ex Dinonis Persicis libris.*] Haud aliter Pal. tert. ac quart. item S. Victoris, nisi quod adjiciant literam, *Dinonisi.* inde natum publicatorum hactenus, *Dionysii.* interim videatur Muretus libro XI. cap. 14. Var. Lect. Gulielmius putabat glossema τὸ *libris*, & videtur. *Gruter.* *Ex Dinonis Persicis proferam.*] Vulgg. *Persicis libris proferam.* At media vox manifestarium est Glossema, prout ante me viderunt Jan. Gulielmius & Joan. Clericus; quapropter eam duximus expungendam. Certe Dinonis, non βίβλους Περσικὰς, sed τὰ Περσικὰ laudant Athenæus, Diogenes Laërtius, & alii. *Davis.*

82. *Habebatur in Persis.*] S. Victoris *in super sis*, conjicitque Gulielmius *in Susis.* ego finxerim potius *habebatur ipsis*, si tamen aliquid est mutandum. *Gruter.*

83. *Cùm ascenderet.*] Pal. pr. & S. Victoris, *inscenderet*, Pithœi, *descenderet:* unde facit Gulielmius, *escenderet.* Idem.

propediem te videbo. quod ita contigit. nam Babylone paucis pòst diebus Alexander est mortuus. Discedo paP. B. rumper à somniis: ad quæ mox revertar. Qua nocte templum Ephesiæ Dianæ deflagravit, eadem constat ex Olympiade natum esse Alexandrum, atque ubi lucere cœpisset, clamitasse magos, pestem ac perniciem Asiæ proxima nocte natam. Hæc de Indis & Magis. Redeamus ad somnia.

48 XXIV. HANNIBALEM Cœlius scribit, cùm [84] columnam auream, quæ esset in fano Junonis Laciniæ, auferre vellet, dubitaretque, utrùm ea solida esset, an extrinsecus inaurata, perterebravisse: cumque solidam invenisset, [e] statuisse tollere: ei secundùm quietem visam esse Junonem prædicere, ne id faceret, minarique, si id fecisset, se curaturam, ut eum quoque oculum, quo bene videret, amitteret: idque ab homine acuto non esse neglectum: itaque ex eo auro, quod [f] exterebratum esset, buculam curasse faciendam, & eam in [g] summa columna collocavisse.

e statuissetque *alii.*
f terebratum *MS.*
g summo columnæ *MSS.*

49 Hoc [h] idem in Sileni, quem Cœlius sequitur, Græca historia est: is autem diligentissimè res Hannibalis persecutus est: Hannibalem, cùm cepisset Saguntum, visum esse in somnis à Jove in deorum concilium vocari: quò cùm venisset, Jovem imperasse, ut Italiæ bellum inferret, ducemque ei unum è concilio datum: quo illum utentem, cum exercitu progredi cœpisse: tum ei ducem illum præcepisse, ne respiceret: illum autem id diutius facere non potuisse, elatumque cupiditate respexisse: tum visam beluam vastam & immanem, circumplicatam serpentibus, quacumque incederet, omnia arbusta, virgulta, tecta pervertere: & eum admiratum quæsisse de deo, [i] quodnam illud esset tale monstrum: &

h item *aut* itidem *Lamb. &* *alii.*
i quidnam *alii.*

84. *Columnam auream, quæ esset in fano Junonis Laciniæ.*] Libri nostri sex aut *Lyciæ*, aut *Luciæ*. fortè inquit Gulielmius, *Lucinæ*, malim vulgatum. *Gruter.* *Columnam auream, quæ esset in fano Junonis Laciniæ.*] Plerique Codices *Liciæ*, *Lyciæ*, vel *Luciæ*; quapropter Gulielmius reponendum conjecit, *quæ esset in fano Junonis Lucinæ.* Præterquam vero quod in hujusmodi narratione *templum Junonis Lucinæ* memorare, loco ubi situm esset omisso, prorsus est absurdum; *columnam auream solidam in Junonis Laciniæ templo sacratam* fuisse constat ex Livii lib. xxiv. cap. 3. adeoque vulgata lectio non est tentanda. *Davis.*

85. Cri-

& deum respondisse, vastitatem esse Italiæ: præcepisseque, ut pergeret[k] protinus: quid retrò atque à tergo fieret, ne laboraret.

[k] protenus Lamb.

50 Apud Agathoclem scriptum in historia est, Hamilcarem Carthaginiensem, cùm oppugnaret Syracusas, visum esse audire vocem, se postridie cenaturum Syracusis: cùm autem is dies illuxisset, magnam seditionem in castris ejus inter Pœnos & Siculos milites esse factam, quod cùm sensissent Syracusani, improvisò eos in castra irrupisse, Hamilcaremque ab iis vivum esse sublatum. Ita res somnium comprobavit. Plena exemplorum est historia, tum referta vita communis. P. XCI.

51 At verò P. Decius ille, Q. F. qui primus e Deciis consul fuit, cùm esset tribunus militum M. Valerio, A. Cornelio consulibus, à Samnitibusque premeretur noster exercitus, cùm pericula prœliorum iniret audaciùs, moneretur que, ut cautior esset, dixit, quod exstat in annalibus: sibi in [l] somnis visum esse, cùm in mediis hostibus versaretur, occidere cum maxima gloria. Et tum quidem incolumis exercitum obsidione liberavit. Post triennium autem, cùm consul esset, devovit se, & in aciem Latinorum irrupit armatus. quo ejus facto superati sunt & deleti Latini. Cujus mors ita gloriosa fuit, ut eandem concupisceret filius. Sed veniamus nunc, si placet, ad somnia philosophorum. 52

[l] somniis alii.

XXV. EST APUD Platonem Socrates, cùm esset in custodia publica, dicens [85] Critoni suo familiari, sibi post tertium diem esse moriendum: vidisse [m] se in somnis pulcritudine eximia fœminam, quæ se nomine appellans diceret Homericum quendam ejusmodi versum:

[m] enim se Davis. è MS.

[86] *Tertia te Phthia tempestas læta locabit.*

Quod

85. *Critoni suo familiari.*] Ita quidem se res habet, ut constat ex Platonis Critone pag. 370. Ergo memoriâ lapsus est Diogenes Laërtius, qui lib. II. §. 36. hoc Æschini dictum tradit. Vide Chalcidium pag. 372. *Davis.*

86. *Tertia te Phthia tempestas &c.*] Versus est apud Homerum Il. I. ℣s. 363. & profertur ab Achille hoc modo:

Ἤματί κεν τριτάτῳ Φθίην ἐρίβωλον ἱκοίμην.

Phthia autem urbs in Thessalia, Achillis patria, quæ quid commune habeat cum morte, & qua ratione Socrates hoc versu præmoneatur, se tertio die moriturum, quæsitum est. Qua de re cum ego & Simeo Bosius loqueremur, dixit, quod & mihi venerat

Quod ut est dictum, sic scribitur contigisse. Xenophon Socraticus, [n] qui vir & quantus? in ea militia, qua cum Cyro minore perfunctus est, sua scribit somnia; quorum [o] eventus mirabiles exstiterunt.

n qui & quant. *alii.*
o exitus *alii.*

53 Mentiri Xenophontem, an delirare dicemus? Quid singulari vir ingenio Aristoteles, & pænè divino? ipsene errat? an alios vult errare? cùm scribit, Eudemum Cyprum, familiarem suum, iter in Macedoniam facientem Pheras venisse; quæ erat urbs in Thessalia tum admodum nobilis, ab Alexandro autem tyranno [87] crudeli dominatu tenebatur: in eo igitur oppido ita graviter ægrum Eudemum fuisse, ut omnes medici diffiderent: ei visum in quiete egregia facie juvenem dicere, fore ut [p] perbrevi convalesceret, paucisque diebus interiturum Alexandrum tyrannum, ipsum autem Eudemum quinquennio pòst domum esse rediturum. Atque ita quidem prima statim scribit Aristoteles consecuta; & convaluisse Eudemum; & [88] ab uxoris fratribus interfectum tyrannum: quinto autem anno exeunte, cùm esset spes ex illo somnio, in Cyprum illum ex Sicilia esse rediturum, prœliantem eum ad Syracusas occidisse: ex quo ita illud somnium esse interpretatum, ut, cùm animus Eudemi è corpore excesserit, tum domum revertisse videatur.

P. B.
p brevi *alii.*

54 [q] Adjungamus philosophis doctissimum hominem, poëtam quidem divinum, Sophoclem: qui, cùm ex æde Herculis [89] patera aurea gravis surrepta esset, in somnis vidit ipsum deum dicentem, qui id fecisset. Quod

q *ita MSS. alii* adjungam.

rat in mentem, per Phthiam mortem & interitum significari, spectatâ vi nominis, quod videtur ortum à verbo φθίνω & φθίω, quod valet intereo, consumor, corrumpor. *Lambin.*

87. *Crudeli dominatu tenebatur.*] Istud est à codicibus, & Victorianis, pro quo vulgati, *premebatur.* facinus proculdubio eorum, quibus ignota vis verbi alterius. *Gruter.*

88. *Ab uxoris fratribus.*] Diodorus Siculus Bibl. lib. XVI. pag. 417. Ἀλέξανδρος ὁ Φερῶν τύραννος ὑπὸ τῆς ἰδίας γυναικὸς Θήβης καὶ τῶν ταύτης ἀδελφῶν Λυκόφρονος καὶ Τισιφόνου ἐδολοφονήθη. Tertium fratrem, nomine Pytholaum, iis accenset Plutarchus in Pelop. pag. 297. Theben solam memorant Noster de Invent. lib. II. cap. 49. ac de Offic. lib. II. cap. 7. Valerius Maximus lib. IX. cap. 13. 3. ext. & alii. *Davis.*

89. *Patera aurea.*] Non *pateram auream*, sed στεφάνην χρυσῦν, *coronam auream*, ex arce sublatam tradunt auctor vitæ *Sophoclea* & *Tertullianus* de Anim. cap. 46. *Idem.*

90. *As-*

Quod semel ille iterumque neglexit. ubi idem sæpius, [90] ascendit in Ariopagum: detulit rem. Ariopagitæ comprehendi jubent eum, qui à Sophocle erat nominatus. Is, quæstione [r] habita, confessus est, pateramque retulit. Quo facto, fanum illud Indicis Herculis nominatum est.

[r] *alii* adhibita.

XXVI. SED QUID ego Græcorum? nescio quo 55 modo me magis nostra delectant. Omnes hoc historici, Fabii, Gellii, sed proximè Cœlius. Cùm bello Latino ludi votivi maximi primum fierent, civitas ad arma repentè est excitata. P. XCII. itaque ludis intermissis instaurativi constituti sunt. qui antequam fierent, cúmque jam populus consedisset, servus per circum, cùm virgis cæderetur, furcam ferens ductus est. Exin [91] cuidam rustico Romano dormienti visus est venire, qui diceret, [92] præsulem sibi non placuisse ludis, idque ab eodem jussum esse eum senatui nuntiare: illum non esse ausum. [93] iterum esse idem visum, & monitum, ne vim suam experiri vellet: ne tum quidem esse ausum. exin filium ejus esse mortuum: eandem in [s] somnis admonitionem fuisse

[s] *alii* somniis.

90. *Ascendit in Ariopagum.*] Pal. sec. *scandit.* tert. *scendit.* ut videatur excidisse vetus scriptura, *escendit.* Gruter.

91. *Cuidam rustico Romano.*] Hujusce viri nomen haud efferunt Arnobius lib. VII. pag. 306. & Minucius Felix Oct. cap. 7. Dionysio quidem Halicarnassensi lib. VII. cap. 68. Plutarcho in Coriolano pag. 225. & Augustino C. D. IV, 26. VIII, 13. Titus Latinus vel Latinius appellatur: Macrobio vero Saturn. lib. I. cap. 11. Annius. At eum Tib. Atinium recte, puto, vocant Livius lib. II. cap. 36. Valerius Maximus lib. I. cap. 7, 4. & Lactantius Div. Inst. lib. II. cap. 7. *Davis.*

92. *Præsulem sibi non placuisse.*] Tacet heic Gulielmius, sed tamen cum annotarit, legi in S. Victoris & Pithœano *præsulem*, non, ut hactenus habuimus in editis, *præsultatorem*, scripturam receptam ejeci, tanto quidem fidentius, quod non compareret in ullo Palatinorum, in quibus omnino erat hæc nostra. Haud aliter Capitolinus in Marco Philosopho cap. 4. *Fuit in saliatu & præsul & vates.* proculdubio tale quid invenit & in suis Victorius, sed non ausus fuit exprimere. *Gruter.* Ego nullam editionem nancisci potui, in qua exhiberetur *præsultatorem*, sed in omnibus *præsultorem*, & id opinor voluit Gruteri mens, etsi manus posuerit aliud. *Gronov.*

93. *Iterum esse idem jussum.*] Non mihi fit dubium reponendum *visum*, quemadmodum extat in Pall. & Pith. & S. Vict. qui ultimus & supra disertè habebat, *dormienti visum est venire.* non ausus autem sum delere vulgatum, quod veritas hujus loci non ita aperta cuivis ut prioris. *Gruter.*

fuisse tertiam. tum illum etiam debilem factum, rem ad amicos detulisse, quorum de sententia lecticulâ in curiam esse delatum, [94] cumque senatui somnium enarravisset, pedibus suis salvum [t] domum revertisse. Itaque somnio comprobato à senatu, ludos illos iterum instau-

56 ratos memoriæ proditum est. [95] C. verò Gracchus multis dixit, ut scriptum apud eundem Cœlium est, sibi in somnis quæsturam petenti Ti. fratrem visum esse dicere, quàm vellet cunctaretur, tamen eodem sibi leto, quo ipse interisset, esse pereundum. Hoc antequàm tribunus plebi C. Gracchus factus esset, & se audisse scribit Cœlius, & dixisse multis. quo somnio quid inveniri potest certius?

[t] *alii non habent* domum.

XXVII. QUID illa duo somnia, quæ creberrimè commemorantur à Stoicis, quis tandem potest contemnere? unum de Simonide: qui cùm ignotum quendam projectum mortuum vidisset, eumque humavisset, haberetque in animo navem conscendere, moneri visus est, ne id faceret, ab eo, quem sepulturâ affecerat: si navigasset, eum naufragio esse periturum: itaque Simonidem redisse: perisse ceteros, qui tum navigassent.

57 Alterum ita traditum, clarum admodum somnium. Cùm duo quidam Arcades familiares iter unà facerent, & Megaram venissent, alterum ad [v] cauponem [x] devertisse; ad hospitem, alterum qui ut cenati quiescerent, concubia nocte visum esse in [y] somnis ei, qui erat in hospitio, illum alterum orare, ut subveniret, quòd sibi à caupone interitus pararetur: eum primò perterritum somnio surrexisse: dein cùm se collegisset; idque visum pro nihilo habendum esse duxisset, recubuisse: tum ei dormienti eundem illum visum esse rogare, ut, quoniam sibi vivo non subvenisset, mortem suam ne inultam esse pateretur: se interfectum in plaustrum à caupone

P. B.
[v] coponem *MS. & ita in seqq.*
[x] divertisse *alii.*
[y] *alii* somniis.

94. *Cumque senatui somnium enarravisset.*] Pal. pr. heic mancus est ob folium excisum. sed sec. omninò non agnoscit *cúmque.* unde suspicor esse à librariorum liberalitate, detrahendamque adhuc literam postremam ab illo *enarravisset.* Gruter. Sed etiam non debet oblivioni dari, mox in Victorianis exemplaribus edi, *pedibus suis salvum domum revertisse.* Quæ quarta vox statim excidit in omnibus editionibus, quum tamen exstet quoque in Vossiano. *Gronov.*

95. *Cajus verò Gracchus &c.*] Auribus admodum blanditur S. Victoris, *Gracchus verò Cajus.* Gruter.

96. *Dici*

pone esse conjectum, & suprà stercus injectum: petere, ut manè ad portam adesset, priusquam plaustrum ex oppido exiret. hoc verò somnio [z] eum commotum, manè bubulco præstò ad portam fuisse: quæsisse ex eo, quid esset in plaustro: illum perterritum fugisse, mortuum erutum esse: cauponem, re patefacta, pœnas dedisse.

z eum deest in MS.

XXVIII. QUID HOC somnio [96] dici potest divinius? sed quid aut plura aut vetera quærimus? sæpe tibi meum narravi; sæpe ex te audivi tuum somnium: Me, [97] cùm Asiæ Proconsul præessem, vidisse in quiete, cùm tu equo advectus ad quandam magni fluminis ripam, provectus subitò atque delapsus in flumen, nusquam apparuisses, me contremuisse, timore perterritum: tum [98] te repentè lætum exstitisse, eodemque equo adversam ascendisse ripam, nosque inter nos esse complexos. Facilis conjectura hujus somnii: mihique à peritis in Asia prædictum est, fore eos eventus rerum, qui acciderunt. 58

Venio nunc ad tuum. audivi equidem ex te ipso, sed mihi sæpius noster Sallustius narravit: cùm in illa fuga, nobis gloriosa, patriæ calamitosa, in villa quadam campi Atinatis maneres, magnamque partem noctis vigilasses, ad lucem denique [a] arctè & graviter [b] dormitare cœpisse. Itaque, quamquam iter instaret, te tamen si- 59

P. XCIII.

a arte MS.
b dormire conj. Lamb.

96. *Dici potest divinius.*] Ordo verborum est à Victor. & Bal. nam vulgg. dure, *dici divinius potest.* In vocum collocatione mutationes alibi quoque fecimus, at nusquam, nisi bonorum Codicum fide nixi; nam de talibus minutiis semel Lectores monuisse sufficit. *Davis.*

97. *Cùm Asiæ Procons. præessem.*] Ita rectè editio Victorii, & accedit planè Pal. tert. quart. & S. Victoris, in quibus *procis.* nam ceteri scripti, *provinciis.* recepta lectio, *provinciæ.* Gruter.

98. *Te repente lætum exstitisse.*] Reg. & Cantab. habent *exsiliisse*; sed renitentibus melioris notæ Codicibus, nihil est mutandum. Auctor de Bell. Afric. cap. 7. *Latent enim in insidiis cum equis inter convalles, & subito existunt*, hoc est apparent. Illic Eliens. noster *exiliunt*; sed mihi jam non videtur audiendus. Infra noster cap. 33. *Submersus equus voraginibus non exstitit.* Ubi non erat cur vox ultima Grutero displiceret. Iterum lib. II. cap. 23. *Tages quidam dicitur — exstitisse repente, & eum adfatus esse qui arabat.* Agellius Noct. Attic. lib. XVI. cap. 19. *Inter hæc eorum verba Arionem cum fidibus & indumentis, cum quibus se in salum ejaculaverat, exstitisse.* Videsis & Curtium lib. VII. cap. X, 14. *Davis.*

99. *Cùm-*

ſilentium fieri juſſiſſe, neque eſſe paſſum te excitari: cùm autem experrectus eſſes horâ ſecundâ ferè, te ſibi ſomnium narraviſſe: viſum tibi eſſe, cùm in locis ſolis mœſtus errares, C. Marium cum faſcibus laureatis quærere ex te, quid triſtis eſſes: [99] cumque tu te tuâ patriâ vi pulſum eſſe dixiſſes, prehendiſſe eum dextram tuam, & bono animo te juſſiſſe eſſe, lictorique proximo tradidiſſe, ut te in monumentum ſuum deduceret: & dixiſſe, in eo tibi ſalutem fore. tum & ſe exclamaſſe Salluſtius narrat, reditum tibi celerem & glorioſum paratum, & teipſum viſum ſomnio delectari. nam illud mihi ipſi celeriter nuntiatum eſt, ut audiviſſes, [1] in monumento Marii de tuo reditu magnificentiſſimum illud ſenatûs conſultum eſſe factum, referente optimo & clariſſimo viro conſule, idque frequentiſſimo theatro, incredibili clamore & plauſu comprobatum: dixiſſe te, nihil illo Atinati ſomnio fieri poſſe divinius.

60 XXX. AT MULTA falſa. Immò obſcura fortaſſe nobis. ſed ſint falſa quædam, contra vera quid dicimus? quæ quidem multo plura evenirent, ſi ad quietem integri iremus. nunc onuſti cibo & vino perturbata & confuſa cernimus. Vide, quid Socrates in Platonis Politia loquatur. Dicit enim, *Cum dormientibus ea pars animi, qua mentis & rationis ſit particeps, ſopita langueat: illa autem, in qua feritas quædam ſit atque agreſtis immanitas, cùm ſit* [2] *immoderato obſtupefacta potu*

99. *Cùmque tu te tua patria vi pulſum.*] Melius fortaſſe Pall. tres *cumque te tu patria vi &c.* nam quart. *te tum patr.* Victorii editio habet *cumque de tua patria.* S. Victoris liber *cumque tu patria vi pulſum*; forſan optimè. *Gruter.*

1. *In monumento Marii.*] Hoc ſomnium fuſe refert Valerius Maximus lib. I. cap. VII, 5. ubi notat *in æde Jovis Mariana S. C. de reditu Ciceronis eſſe factum.* Conſules autem fuere P. Lentulus & Q. Metellus, quorum ille noſtro fuit præcipuus ſalutis auctor. Videſis Orat. ad Quir. poſt Reditum cap. 5. ſeqq. & poſt Red. in Sen. capp. 3, 4. *Daviſ.*

2. *Immoderato tumefacta potu, atque paſtu.*] Vulgg. *obſtupefacta*; ſed optimè legitur in Elienſi noſtro *tumefacta*, ſiquidem σίτε ἢ μέθης πλησθὲν habet Plato. Præterea repugnat, ut quæ *obſtupefacta ſit, exſultet & immoderate jactetur.* Artemidorus Oneir. lib. I. cap. 8. Αἵ γε ἄμετροι τροφαὶ οὐδὲ πρὸς αὐτῇ τῇ ἕω παρέχουσιν ἰδεῖν τὸ ἀληθές. Non aliter quam repræſentat ille Codex, hunc Ciceronis locum olim laudavit H. Stephanus Lexic. Cicer. pag. 11. *Daviſ.*

3. *Quo-*

tu atque pastu, exsultare eam in somno immoderateque jactari. itaque huic omnia visa objiciuntur, à mente ac ratione vacua: ut aut cum matre corpus miscere [c] *videamur, aut cum quovis alio vel homine, vel deo, sæpe bellua; atque etiam trucidare aliquem, & impiè cruentari, multaque facere impurè atque tetrè, cum temeritate & impudentia.* P. B. c videatur Davis.

At qui salubri & moderato cultu atque victu quieti se tradiderit, ea parte animi, qua mentis & consilii est, agitata & [d] *erecta, saturataque bonarum cogitationum epulis: eaque parte animi, qua voluptate alitur, nec inopia enecta, nec satietate affluenti (quorum utrumque* [e] *præstringere aciem mentis solet, sive deest naturæ quippiam, sive abundat atque affluit: illa etiam tertia parte animi, in qua irarum exsistit ardor, sedata atque restincta: tum eveniet, duabus animi temerariis partibus compressis, ut illa tertia pars rationis & mentis eluceat, & se vegetam ad somniandum acremque præbeat: tum ei visa quietis occurrent tranquilla atque veracia.* Hæc verba ipsa Platonis expressi. 61 d excitata Lamb. e præstinguere *Idem.*

XXX. Epicurum igitur audiemus potius? namque Carneades concertationis studio, modò ait hoc, modò illud. At ille quid sentit? sentit autem nihil [f] umquam elegans, nihil decorum. Hunc ergo antepones Platoni & Socrati? qui ut rationem non redderent, auctoritate tamen hos minutos philosophos vincerent. Jubet igitur Plato, sic ad somnum proficisci corporibus affectis, ut nihil sit, quod errorem animis perturbationemque afferat. Ex quo etiam [g] Pythagoricis interdictum putatur, ne faba vescerentur, quòd habet inflationem magnam is cibus, tranquillitati mentis, 3 quærentis vera, contrariam. 62 f quidquam *Idem e conj.* g Pythagoreis *MS.*

Cùm ergo est somno sevocatus animus à societate, & à contagione corporis, tum meminit præteritorum, præsentia cernit, futura [h] prævidet. jacet enim corpus dormientis, ut mortui: viget autem, & vivit animus. quod 63 P. XCIV. h providet *alii.*

3. *Quærentis vera.*] Sic legendum conjecit D. Lambinus, ac ita diserte repræsentant Eliens. Bal. Reg. & Cantab. Vulgg. *quærenti vera*; non ita commode prout videtur. Agellius autem lib. IV. cap. II. habet *tranquillitatem mentis quærentibus contrariam.* Sed aut corruptis Tullii Codicibus usus est is scriptor; aut ejus libri vitiati sunt, & ex Cicerone corrigendi. *Davis.*

4 *Qui*

quod multo magis faciet post mortem, cùm corpore excesserit. itaque appropinquante mo est divinior. Nam & idipsum vident, qui su gravi, mortifero affecti, instare mortem. occurrunt plerumque imagines mortuorum: vel maximè laudi student: eosque qui secus
lebuit i decuit, vixerunt, peccatorum suorum tum
i. pœnitet.

64 Divinare autem morientes, etiam illo exem firmat Posidonius, quo affert, Rhodium quem rientem sex æquales nominasse, & dixisse, eorum, qui secundus, 4 qui deinde deinceps esset. Sed tribus modis censet deorum appu nes somniare: uno, quòd prævideat animus sese, quippe qui deorum cognatione teneatu quòd plenus aër sit immortalium animorum, tamquam insignitæ notæ veritatis appareant quòd ipsi dii cum dormientibus colloquantur ut modò dixi, faciliùs 5 eveniet appropinquan
65 ut animi futura augurentur. Ex quo & illud de quo antè dixi, & Homerici Hectoris, q propinquam Achilli mortem denuntiat.

XXXI. Neque enim illud verbum tem tudo approbavisset, si ea res nulla esset omn

6 *Præsagibat animus, frustra me ire,* *domo.*

4. *Qui deinde deinceps moriturus.*] Verbum *dein* duobus Pall. melioribus; erat præterea in tert. & qu thœano, sed repetita præterea voce hoc modo: *q deinceps.* quod etiam ferri queat. *Gruter.* *Qui deind turus esset.*] Cum Eliens. lego, *qui demum deinceps.* tert. quart. *qui deinde, qui deinceps.* Reg. & Cantab *tertius, qui deinceps*; quæ Librariorum redolent aud

5. *Idque — facilius eveniet.*] In nostris omnibus san autem legendum, *itaque* vel *ideoque*, *ut modo evenit*; alioquin enim haud bene connecti videtur o

6. *Præsagibat animus.*] MS. Vossian. *Præsagitaba* minus mihi arridet, quam *observitare*, quod bis in h rit. *Gronov.* *Præsagibat animus.*] Apud Plautum Sc. II, I. legitur, *præsagibat mihi animus*, unde sic vit Lambinus. Cum vero pronomen illud nec ad sermonis elegantiam faciat, omitti potuit à Cice vero prorsus est Jac. Gronovius, qui ex MSto. Voss dum censuit, *præsagitabat animus*; repugnat enim

Sagire enim, sentire acutè est: ex quo sagæ anus, quia multa scire volunt: & sagaces dicti canes. Is igitur, qui antè sagit, quàm oblata res est, dicitur præsagire, id est, futura antè sentire.

Inest igitur in animis præsagitio extrinsecus injecta 66 atque inclusa divinitus. ea si exarsit acriùs, furor appellatur, cùm à corpore animus abstractus divino instinctu concitatur.

7 Sed quid oculis rabere visa est derepentè ardentibus? P. B.
Ubi illa paullo antè sapiens, [k] virginali modestia? k virginea Davis.
8 Mater optuma, tum multo mulier melior mulierum;
Missa sum superstitiosis hariolationibus:
Neque me Apollo fatis fandis dementem invitam ciet.
9 Virgines verò æquales, patris mei, meûm factûm pudet,

Op-

cum producta sit secunda vocis hujusce Syllaba. *Davis.*

7. *Sed quid oculis rabere visa est.*] Sic legendum; *rabere* inquam, non *rapere*. *Rabere* autem *dictum à rabie*, inquit Nonius. *Varro idem Attii, quod Titii: Quid est? quid blateras? quid rabis? quid vis tibi? Cæcilius Hypobolimæo: Rastraria rabere se ait.* Lamb. *Sed quid oculis rabere visa.*] Ita codex antiquus Mureti, de quo lib. IX. Var. Lect. cap. 19. ipsemet. nostri omnes unâ literâ aberrant, habentque *rapere*. Sequentem versum constituere nititur Turnebus. lib. V. Adversar. cap. 22. sed membranæ nostræ stant à vulgatis. *Gruter.*

8. *Mater optuma, tum multo mulier optima, mulierum.*] Addidi *mulierum*, ex Pall. & Gallicanis duobus Gulielmius concinnare volebat; *Mater optumatum multo mul. opt. mulierum.* Gruterus. Admodum negligenter. Sic citare! sic edere! Quod autem editur, est quoque in Vossiano, ut id pro vero habendum sit, *melior* inquam, non *optima*. Gronov. *Mater optuma, tum multo mulier melior mulierum.*] A vetustioribus editis abest vox ultima, quopropter Lambinus fulciendo, prout arbitratus est, versui legendum putabat:

Mater optuma, tum vero multo mulier melior.

Ei tamen hoc in loco pessime cesserunt conata, quemadmodum quivis, cui non ignota sit syllabarum quantitas, statim videbit. Quum igitur Pall. Gallic. duo & Vossianus darent eam, quam Gruterus exhibuit, lectionem, Gulielmius rescripsit:

Mater optumatum, multo mulier melior mulierum.

Mallem ipse:

Mater optumas, tum multo mulier melior muljerum;

γύναι, πασῶν τῶν γυναικῶν πολλῷ κρείττων. Nam more Græcorum loquitur Poëta. *Davis.*

9. *Superstitiosis hariolationibus.*] Fatidicis; nam *superstitiosus* veteribus haud raro *divinum* significat. Apud Plautum Amphitr. Act. I. Sc. 1, 167. ait Sosia de Mercurio, qui eum non longe abesse

Optimi viri: mea mater, tui me miseret, mei piget:
Optumam progeniem Priamo [i] *repperisti extra me: hoc dolet,*
[10] *Me obesse, illos prodesse, me obstare, illos obsequi.*

i peperisti Daviſ.

O poëma tenerum & moratum atque molle! ſed hoc minùs ad rem.

67 Illud, quod volumus, expreſſum eſt, ut vaticinari furor vera ſoleat.

[12] *Adeſt, adeſt fax obvoluta ſanguine atque incendio:*
Multos annos latuit. [13] *cives ferte opem, & reſtinguite.*

Deus incluſus corpore humano jam, non Caſſandra loquitur,

Jamque mari magno claſſis cita
Texitur: exitiûm examen rapit:
Advenit, & fera velivolantibus
Navibu' complevit manu littora.

Tragœdias loqui videor & fabulas.

68 XXXII. AT EX TE ipſo non commenticiam rem, ſed

abeſſe præſentiebat: *Illic homo ſuperſtitioſus eſt.* Iterum Curcul. Act. III, 27. *Superſtitioſus hic quidem eſt: vera prædicat.* Videſis Hadr. Turnebum Adverſ. lib. v. cap. 22. *Daviſ.*

10. *Virgines verò æquales, patris mei, meûm factûm pudet.*] Pal. pr. non agnoſcit illud *factum*, habetque *mecum:* quod ultimum quoque eſt in Pithœano, ſed retinet tamen *factum.* Gruter.

11. *Me obeſſe, illos prodeſſe.*] Sic Pal. pr. ac ſec. forte *Meme obeſſe.* eſt tamen apertè in terr. & quarto *Men' obeſſe:* quod alia diſtinctione addita nota interrogatoria heic conveniat. Gulielmius ait in S. Victoris codice fuiſſe, *Meu*; unde facit, *Me heu obeſſe.* Turnebus malebat *Med obeſſe*, quod ſtatim arripuit Lambinus. *Idem.*

12. *Adeſt, adeſt fax &c.*] Lamb. è conjectura Turnebi: *Ah, adeſt fax.* præter mſſ. qui duplicant vocem. fortè fuit, *Ades, ades.* Gruter. *Adeſt, adeſt fax.*] Turnebo Lambinoque placet, *ah adeſt fax.* Gruterus autem legit *ades, ades, fax*; at tum demum neceſſe eſt, ut in verſu ſequente reponamus, *multos annos latuiſti*; quo modo vitiabitur metrum. Servata vero vulgata lectione, non erat, cur verſui timerent viri docti; ſiquidem ultima hujus vocabuli ſyllaba non raro pro brevi ponitur. vide Chr. Waſium de Senario cap. 11. pag. 11. *Daviſ.*

13. *Cives referte opem.*] Non potui excludere illud *re* inventum à me in Pall. quatuor; à Guliel. in S Vict. & Pithœano. ſicque locutus Cicero libro III. de Legibus cap. 19. in. Turneb. libro v. cap. 22. putabat *re* tollendum, verſûs causâ. Gruter. Et ſuſtuli.

14. C.

ſed factam, ejusdem generis audivi: [14] C. Coponium ad te veniſſe Dyrrhachio, cùm prætorio imperio claſſi Rhodiæ præeſſet, cum [k] primis hominem prudentem atque doctum: [l] cumque dixiſſe remigem quendam è quinqueremi Rhodiorum vaticinatum, madefactum iri minus xxx. diebus Græciam ſanguine: rapinas Dyrrhachii, & conſcenſionem in naves cum fuga; fugientibusque miſerabilem reſpectum incendiorum fore: ſed Rhodiorum claſſi propinquum reditum, [15] ac domum itionem dari, tum neque te ipſum non eſſe commotum; Marcumque Varronem, & M. Catonem, qui tum ibi erant, doctos homines, vehementer eſſe perterritos: paucis ſanè pòſt diebus ex Pharſalica fuga veniſſe Labienum: qui cùm interitum exercitûs nuntiaviſſet, reliqua vaticinationis brevi eſſe confecta.

k primo *MS.*

l cumque dixiſſet *MS.*

P. XCV.

69 Nam & ex horreis [m] direptum effuſumque frumentum vias omnes angiportusque conſtraverat: & naves ſubitò perterriti metu conſcendiſtis; & noctu ad oppidum reſpicientes, flagrantes onerarias, quas incenderant milites, quia ſequi noluerant, videbatis: poſtremò à Rhodia claſſe deſerti, verum vatem fuiſſe ſenſiſtis. Expoſui quàm breviſſimè potui, ſomnii & furoris oracula, quæ carere arte dixeram.

m dereptum *alii.*

70 Quorum amborum generum una ratio eſt, qua Cratippus noſter uti ſolet; animos hominum quadam ex parte extrinſecus eſſe tractos & hauſtos. Ex quo intelligitur, eſſe extra divinum animum, humanus unde ducatur: humani autem animi eam partem, quæ ſenſum, quæ motum, quæ appetitum habeat, non eſſe ab actione corporis ſejugatam: quæ autem pars animi, rationis atque intelligentiæ ſit particeps, eam tum maximè vigere, cùm plurimum abſit à corpore.

Ita-

14. *C. Coponius ad te veniſſet Dyrrhachio cum Prætorio imperio.*] *C. Coponius Pr. S. C.* in argenteo denario deſcriptus eſt. *Urſin.*

15. *Domumitionem.*] *Domuitionem* habet antiquus liber compoſitò vocabulo, & ita legit Appulejus: & in libro III. ad Herennium, *jam domuitionem reges &c.* Urſin. *Ac domuitionem dari.*] Etiam iſtam admiſi ſcripturam, exhibitam à codice Fulvii Urſini, item S. Victoris: niſi quod is *domuitionem.* Nam Pall. *domum itionem*, de qua voce conſulatur Andr. Schottus noſter libro IV. Nodorum Ciceron. cap. 10. *Gruter.* An admiſerit, fatetur ipſa editio. Interim poſterius hoc eſt & in Voſſiano. Unde nec ipſe nunc mutavi. *Gronov.*

 16. *Non*

71 Itaque [n] expositis exemplis verarum vaticinationum & somniorum Cratippus solet rationem concludere hoc modo. Si sine oculis non potest exstare officium & munus oculorum; possunt autem aliquando oculi non fungi suo munere: qui vel semel ita est usus oculis, ut vera cerneret; is habet sensum oculorum vera cernentium. Item igitur, si sine divinatione [16] non potest officium & munus divinationis exstare, potest autem quis, cùm divinationem habeat, errare aliquando, nec vera cernere: satis est ad confirmandam divinationem, semel aliquid esse ita divinatum, ut nihil fortuitò cecidisse videatur. Sunt autem ejus generis innumerabilia: esse igitur divinationem confitendum est.

n ex ipsis exemplis *MSS.*

P. B.

72 XXXIII. QUÆ VERÒ aut conjecturâ explicantur, aut eventis, animadversa & notata sunt, ea genera divinandi, ut suprà dixi, non naturalia, sed artificiosa dicuntur. in quo haruspices, augures conjectoresque numerantur. Hæc improbantur à Peripateticis; à Stoicis defenduntur. Quorum alia sunt posita in monumentis & disciplina: quod Etruscorum declarant & haruspicini, [17] & fulgurales, & rituales libri, [18] nostri etiam augurales: alia autem subitò [o] ex tempore conjecturâ explicantur, ut apud Homerum Calchas, qui ex passerum numero belli Trojani annos auguratus est: & [19] ut in Sullæ scriptum historia videmus, quod te inspectan-

o & ex temp. *conj.* *Davis.*

16. *Non potest officium & munus divinationis.*] Vulgg. *& officium & munus*; copulam vero nos omisimus MSSti Regii fide nixi; sed nec exstat infra lib. II. cap. 52. *Davis.*

17. *Et fulgurales & rituales libri.*] Aut omnia me fallunt, aut restituendum est fide Pal. sec. *& tonitruales.* sanè *rituales* heic planè sunt inepti; & alioquin est in Pal. tert. ac quart. *tritmales.* Gruter.

18. *Nostri etiam augurales.*] *Vestri* est in manuscripto, & ita scribendum est, ut ad Ciceronis auguratum referatur. *Ursin.* *Nostri etiam augurales.*] Non vacat retrò legere, qui loquatur: sed monendus lector, Pall. omnes & Pithœanum servare *vestri.* neque temeraria est talis conspiratio. *Gruter.* Itane? ignorabat hoc Gruterus primi de Divinatione libri sermonem continuum procedere sub persona Quinti, eumque alloqui fratrem Marcum augurem? Hinc cap. 41. dixit *quod vos augures nonis solebatis facere.* Et cap. 17. *Lituus vester.* Hinc τὸ *Vestri* Tullianum credo. *Gronov.*

19. *Ut in Sulla scriptum historia videmus &c. ut cum ille &c.*] Feliciter hunc locum emendavimus præeuntibus libris mss. sex, quatuor Pall. item Pithœano & S. Victoris. hactenus falsò lectum, *ut in*

spectante factum est, ut, cùm ille in agro Nolano immolaret ante prætorium, ab infima ara subitò anguis emergeret, cùm p quidem C. Postumius haruspex oraret illum, ut in expeditionem exercitum educeret, id cùm Sulla fecisset, tum ante oppidum Nolam florentissima q Samnitium castra cepit.

p quidam alii.
q Samnitum MS.

73 Facta conjectura etiam in Dionysio est paullo antè quàm regnare cœpit: qui cùm per agrum Leontinum iter faciens, equum ipse r demisisset in flumen, [20] submersus equus voraginibus non exstitit: quem cùm maxima contentione non potuisset extrahere, discessit, ut ait Philistus, ægrè ferens. cùm autem aliquantulum progressus esset, subitò exaudivit hinnitum, respexitque & equum alacrem lætus aspexit, cujus in juba examen apum consederat. Quod ostentum habuit hanc vim, ut Dionysius paucis pòst diebus regnare cœperit. P. XCVI.

r alii dimisisset aut admisisset.

74 XXXIV. Quid? Lacedæmoniis paullo ante Leuctricam calamitatem quæ significatio facta est, cùm in Herculis fano arma sonuerunt, Herculisque simulacrum multo sudore manavit? At eodem tempore Thebis, ut ait Callisthenes, in templo Herculis valvæ clausæ repagulis, subitò se ipsæ aperuerunt: armaque, quæ fixa in parietibus fuerant, ea sunt humi inventa. Cumque eodem tempore apud Lebadiam Trophonio res divina fieret, gallos gallinaceos in eo loco sic assiduè canere cœpisse, ut nihil intermitterent: tum augures dixisse Bœotios, Thebanorum esse victoriam, propterea quòd avis illa

in Sisenna scriptum hist. vid. &c. ut cum Sylla. nimirum hæc talia cudit in Aldina officina Asulanus, verosimilia potius quàm vera. Petrus sane Victorius tale quid quod nos in suis item invenit. nam etsi retineat *Sisenna*, expressit tamen *ille.* quod quàm rectè adplicetur *Sisenna*, ipse viderit. contradicit ei diserte Val. Maximus lib. I. cap. 3. *Gruter.*

20. *Submersus voraginibus non extitit.*] Vox postrema mihi non placet. nihil tamen variant libri nostri. *Gruter.* *Submersus equus voraginibus non exstitit.*] Ultima vox perperam Grutero suspecta fuit habita, quod apparendi significationem ei convenire nesciebat. Vide quæ notavimus ad hujusce libri cap. XXVIII. Historiam vero sic narrat Plinius lib. VIII. cap. 42. *Philistus a Dionysio relictum* (equum prodit) *in cœno hærentem; ut sese evellisset, secutum vestigia domini, examine apum juba inhærente; eoque ostento Tyrannidem à Dionysio occupatam.* Eandem refert & Ælianus Var. Hist. lib. XII. cap. 46. ut olim monuit Pet. Victorius Var. Lect. lib. XII. cap. I. *Davis.*

a solere alii. illa victa silere a solet; canere, si vicisset.

75 Eademque tempestate multis signis, Lacedæmoniis Leuctricæ pugnæ calamitas denuntiabatur. Namque & Lysandri, qui Lacedæmoniorum clarissimus fuerat, statuæ, quæ Delphis stabat, in capite corona subitò exstitit ex asperis herbis & agrestibus: [21] stellæque aureæ, quæ Delphis erant à Lacedæmoniis positæ post navalem illam victoriam Lysandri, qua Athenienses conciderunt, ([22] qua in pugna quia Castor & Pollux cum Lacedæmoniorum classe visi esse dicebantur, eorum insignia deorum, stellæ aureæ, quas dixi, Delphis positæ) paullo ante Leuctricam pugnam deciderunt, neque repertæ sunt.

76 Maximum verò illud portentum iisdem Spartiatis fuit, quòd, cùm oraculum ab Jove Dodonæo petivissent, de victoria sciscitantes, legatique illud, in quo inerant sortes, collocavissent, simia, quam rex Molossorum in deliciis habebat, & sortes ipsas, & cetera, quæ erant ad sortem parata, disturbavit, & aliud aliò dissipavit. P. B. Tum ea, quæ præposita erat oraculo, sacerdos dixisse dicitur, de salute Lacedæmoniis esse, non de victoria cogitandum.

77 XXXV. t QUID? bello Punico secundo, nonne C. Flaminius consul iterum, neglexit signa rerum futurarum magna cum clade reipublicæ? Qui exercitu lustrato, cùm Arretium versus castra movisset, & contra Annibalem legiones duceret: & ipse, & equus ejus ante signum Jovis Statoris sine causa repentè concidit, nec eam rem habuit religioni, objecto signo, ut peritis videbatur, ne committeret prœlium. Idem cùm tripudio auspicaretur, pullarius diem prœlii committendi differebat. Tum Flaminius ex eo quæsivit, si ne postea quidem pulli pascerentur, quid faciendum censeret. Cùm ille quiescendum respondisset: Flaminius, Præclara

t alii Quid bello Pun. secundo?

21. *Stellaque aurea &c. conciderunt.*] Aut omnia isthæc supervacua sunt, aut illa post, *qua in pugna &c. deciderunt.* Gruter.

22. *Qua in pugna — Delphis posita.*] Parentheſi voces has inclusimus, ne sint, qui, cum Grutero, eas à mala manu irrepsisse censeant; neve sint, qui, cum Lambino, reponant *quas dixi Delphis à Lacedamoniis positas fuisse*; nam receptam lectionem præstant omnes MSSti, neque raro fit, ut intelligatur verbum substantivum. *Davis.*

23. *Si-*

ra verò auſpicia, ſi eſurientibus pullis res geri poterit; ſaturis nihil geretur. itaque ſigna convelli & ſe ſequi juſſit. Quo tempore, cùm [23] ſignifer primi haſtati ſignum non poſſet movere loco, nec quidquam proficeretur, plures cùm accederent; Flaminius re nuntiata, ſuo more neglexit. itaque [24] tribus horis conciſus exercitus, atque ipſe interfectus eſt. Magnum illud etiam, 78
quod addidit Cœlius, [25] eo tempore ipſo, cùm hoc calamitoſum fuerit prœlium, tantos terræ motus in Liguribus, Gallia compluribusque inſulis, totaque in Italia factos eſſe, ut multa oppida corruerint, multis locis labes factæ ſint, terræque deſederint, fluminaque in contrarias partes fluxerint; atque in amnes mare influxerit.

XXXVI. Fiunt certè divinationum conjecturæ à peritis. [26] Midæ illi Phrygio, cùm puer eſſet, dormienti formicæ in os tritici grana congeſſerunt. [27] Divitiſſimum fore, prædictum eſt. quod evenit. At Platoni, cùm in cunis parvulo dormienti apes in labellis P. XCVII. conſediſſent, reſponſum eſt, ſingulari illum ſuavitate orationis fore. ita futura eloquentia [v] proviſa in infante eſt.

[v] præviſa alii.

[x] Quid amores ac deliciæ tuæ, [y] Roſcius? num aut 79
ipſe, aut pro eo Lanuvium totum mentiebatur? qui cùm

[x] Quid? amores Lamb.

[y] Roſcius, num Id.

23. *Signifer primi haſtati.*] Aldus Manutius, eumque ſecutus Metaphraſtes Gallicanus, ſigniferum primi centurionis ridicule cenſent intelligendum. Denotatur enim primi manipuli ſeu ordinis haſtati ſignifer. Vid. Lipſ. Milit. Rom. lib. II. Dial. VIII. pag. 88. *Daviſ.*

24. *Tribus horis.*] Vulgg. *tribus his horis*; ſed media vox omnino ſupervacanea videtur, nec in Reg. noſtro comparet; quapropter eam delevimus. *Tres ferme horas pugnatum* eſſe notat etiam Livius lib. XXII. cap. 6. *Daviſ.*

25. *Eo tempore ipſo, cum hoc calamitoſum fieret prælium.*] Dictio *prælium* non eſt in mſſ. noſtris. habetque Pal. tert. *ipſo hoc quo cal.* & forſan quinque voces à fine, ſunt ſcribarum. *Gruter.*

26. *Midæ illi Phrygio.*] Hanc hiſtoriolam referunt Valerius Maximus lib. I. cap. VI, 2. extern. & Ælianus V. H. lib. XII. cap. 45. *Daviſ.*

27. *Divitiſſimum.*] Pal. habet *ditiſſimum*; ſed ad magis uſitatam loquendi rationem Tullius à Librario fuit reformatus. Vide Corn. Nepotem Phocion. cap. I. & Fr. Fabricium ad Ciceronis Offic. lib. II. cap. 17. Midæ vero divitias cuncti fere celebrant Scriptores. Adi Scholiaſten ad Ariſtophanis Plutum ѵſ. 287. & Diogenianum VIII, 43. *Daviſ.*

z educeretur *alii.*

cùm esset in cunabulis, [z] educaretur que in Solonio; qui est campus agri Lanuvini; noctu lumine apposito experrecta nutrix animadvertit puerum dormientem circumplicatum serpentis amplexu. quo adspectu exterrita, clamorem sustulit. Pater autem Roscii ad haruspices retulit. qui responderunt, nihil illo puero clarius, nihil nobilius fore. Atque [28] hanc speciem Praxiteles cælavit argento, & noster expressit Archias versibus. Quid igitur exspectàmus? an dum in foro nobiscum dii immortales, dum in viis versentur, dum domi? qui quidem ipsi se nobis non offerunt, vim autem suam longè latéque diffundunt. Quam cùm terræ cavernis includunt, tum hominum naturis implicant. Nam terræ vis Pythiam Delphis incitabat, naturæ Sibyllam. Quid enim? non videmus, quàm sint varia terrarum genera; ex quibus & mortifera quædam pars est, ut & [29] Ampsancti in Hirpinis, & in Asia Plutonia, quæ videmus: & sunt partes agrorum aliæ pestilentes: aliæ salubres: aliæ, quæ acuta ingenia gignant: aliæ, quæ retusa. quæ omnia fiunt & ex cæli varietate, & ex disparili adspiratione terrarum.

80 Fit etiam sæpè specie quadam, sæpè vocum gravitate & cantibus, ut pellantur animi vehementiùs: sæpe etiam cura & timore: qualis est illa,

[30] *Flexanima tamquam lymphata,* [31] *ut Bacchi sacris*

Com-

28. *Hanc speciem Praxiteles.*] Non intelligitur celeberrimus illе statuarius; at cognominis cælator, qui Pompeji M. vixit ætate. Vide Fr. Junium in Catalog. Artif. p. 175. *Davis.*

29. *Ampsancti in Hirpinis, & in Asia Plutonia.*] Hic se turpiter dedit Metaphrastes Gallicus; nam Plutonia, quæ & χαρώνεια dicuntur, loca sunt pestilentes & lethiferos odores emittentia. Videsis Is. Casaubonum ad Strabonis lib. v. pag. 374. Talis erat Ampsancti lacus, de quo Servius ad Virgilii Æn. VII, 563. & Chr. Cellarius Georg. Ant. lib. II. cap. 9. Alia Plutonia sub Avernorum nomine recenset Lucretius lib. VI. pag 738. seqq. Adi & Plinium H. N. lib. II. cap 93. *Davis.* Lambinus *Amsacti* legebat.

30. *Flexa anima.*] Scripsi *flexanima.* Hinc admonitus à filio meo sum, locum Varronis lib. VI. corrigi ex hoc loco posse, & ubi legitur *flexanimat aquam lymphata*, legendum, *flexanima tanquam lymphata.* Probavi ejus opinionem. *P. Manut.* *Flexanima tanquam lymphata.*] Pacuvii sunt versus, ut patet ex Varrone lib. VI. L. L. pag. 79. *Davis.*

31. *Aut Bacchi sacris Commota.*] Legendum putat Auratus, *aut Bac-*

Commota: in tumulis Teucrum commemorans suum.

XXXVII. ATQUE etiam illa concitatio declarat vim in animis esse divinam. negat enim, sine furore De- P. B. mocritus quemquam poëtam magnum esse posse. quod idem dicit Plato. quem, si placet, appellet furorem, dummodò is furor ita laudetur, ut in Phædro Platonis laudatus est. Quid vestra oratio in caussis? quid ipsa actio? potest esse vehemens, & gravis, & copiosa, nisi est animus ipse commotior? equidem etiam in te sæpè vidi; & (ut ad leviora veniamus) in Æsopo familiari tuo, tantum ardorem vultuum atque motuum, ut eum vis quædam abstraxisse à sensu mentis videretur.

Objiciuntur etiam sæpe formæ, quæ [a] reapse nullæ 81
sunt: speciem autem offerunt. Quod contigisse Brenno [a] reipsa alii.
dicitur, ejusque Gallicis copiis, cùm fano Apollinis Delphici nefarium bellum intulisset. tum enim ferunt, ex oraculo [b] effatam esse Pythiam, [b] hæc fatam alii.

32 *Ego providebo rem istam, & albæ virgines.*

33 ex quo factum est, ut viderentur virgines ferre arma contrà, & nive Gallorum obrueretur exercitus. Aristoteles quidem eos etiam, qui [c] valitudinis vitio furerent, [c] valetud. alii. & melancholici dicerentur, censebat habere aliquid in animis præsagiens atque divinum.

XXXVIII. EGO autem haud scio, an nec cardiacis [d] phrenicis Lamb. hoc tribuendum sit, nec [d] phreneticis. animi enim integri, non vitiosi corporis, est divinatio. Quam quidem 82
esse re vera, hac Stoicorum ratione concluditur. Si sunt dii, neque antè declarant hominibus quæ futura sunt: aut non diligunt homines: aut, quid eventurum sit, ignorant: aut existimant, nihil interesse hominum, scire quid futurum sit: aut non censent esse suæ maje-sta-

Bacchi sacris Commota, cum vulgo legatur, *ut Bacchi sacris Commota*. Cujus conjecturam, ut probabilem, secutus sum. *Lambin.* *Ut Bacchi sacris.*] Sic solùm Pal. sec. ceteri *Baccha.* & in nullo est, *aut*, quod Lambinus recepit in contextum ex conjectura Jo. Aurati. *Gruter.*

32. *Ego providebo rem istam, & albæ virgines.*] Græcum carmen vertit, Ἐμοὶ μελήσει ταῦτα, καὶ λευκαῖς κόραις. *Ursin.*

33. *Ex quo factum est, ut viderentur*] Vulgo, *ex quo factum ut & viderentur.* At lectionem a nobis receptam vindicant Bal. Reg. & Cantab. De reipsa vide Justinum lib. XXIV. cap. 8. & Pausaniam in Phocicis cap. 23. *Davis.*

Qqq qqq qqq 4 34. Con-

statis præsignificare hominibus quæ sunt futura: aut ea ne ipsi quidem dii significare possunt. At neque non
P. XCVIII. diligunt nos: sunt enim benefici, generique hominum amici: neque ignorant ea, quæ ab ipsis [34] constituta & designata sunt. neque nostra nihil interest, scire ea, quæ eventura sunt: erimus enim cautiores, si sciemus.
83 Neque hoc alienum ducunt majestate sua: nihil est enim beneficentiâ præstantius: neque non possunt futu-
e & sunt *Lamb.* ra prænoscere. Non igitur [e] sunt dii, nec significant futura. Sunt autem dii: significant ergo. [35] Et non, si significant, nullas vias dant nobis ad significationis scientiam: frustra enim significarent: nec, si dant vias, non est divinatio: est igitur divinatio.

XXXIX. Hac ratione & Chrysippus, & Dio-
84 genes, & Antipater utitur. Quid est igitur, cur dubitandum sit, quin sint ea, quæ disputavi, verissima. si ratio mecum facit, si eventa, si populi, si nationes, si Græci, si barbari, si majores etiam nostri, si denique hoc semper ita putatum est, si summi philosophi, si poëtæ, si sapientissimi viri, qui respublicas constituerunt, qui urbes condiderunt? an dum bestiæ loquantur exspectamus, hominum consentiente auctoritate contenti non sumus?

85 Nec verò quidquam aliud affertur, cur ea, quæ dico, divinandi genera, nulla sint: nisi quòd difficile dictu videtur, quæ cujusque divinationis ratio, quæ causa sit. Quid enim habet haruspex, cur pulmo incisus etiam in bonis extis dirimat tempus, & proferat diem? quid augur, cur à dextra corvus, à sinistra cornix faciat ratum? quid astrologus, cur stella Jovis, aut Veneris conjuncta cum Luna ad ortus puerorum salutaris sit:

Sa-

34. *Constituta & designata sunt.*] Reg. noster, *destinata sunt*, quod quidem probi commatis esse verbum monstravit J. F. Gronovius Observ. lib. II. cap. 8. Reclamantibus tamen optimæ notæ MSStis, vulgatam lectionem non moveo, præcipue cum eam retineat ipse Cicero lib. II. cap. 49. *Davis.*

35. *Et non, si significat.*] In vulgatis mala fuit interpunctio; dabant enim, *&, non si significant*. Victorius autem, *& si non significant*; quod sensum parit Auctoris menti contrarium. Ita tamen & omnes Pall. & Bal. Reg. Cantab. At nos eam commenti sumus distinctionem, quam res ipsa probat, ut & Tullius infra lib. II. cap. 49. *Davis.*

36. Ad

Saturni Martisve contraria? cur autem deus dormientes nos moneat, vigilantes negligat? quid deinde causæ [f]sit, cur Cassandra furens futura prospiciat, Priamus sapiens hoc idem facere non queat? f est *Victor*, *Daviſ.*

86 Cur fiat quidque, quæris? rectè omnino. sed non nunc id agitur. fiat, necne fiat, id quæritur. ut si magnetem lapidem esse dicam, qui ferrum [36] ad se alliciat & trahat; [37] rationem, cur id fiat, afferre nequeam: fieri omninò neges. Quod idem facis in divinatione. quam & cernimus ipsi, & [g]audimus, & legimus, & à patribus accepimus: neque ante philosophiam patefactam, quæ nuper inventa est, hac de re communis vita dubitavit: & postea, quàm philosophia processit, nemo aliter philosophus sensit, in quo modò esset auctoritas. Dixi de Pythagora, de Democrito, de Socrate: excepi de antiquis, præter Xenophanem, neminem: adjunxi veterem Academiam, Peripateticos, Stoicos. unus dissentit Epicurus. [38] quid verò hoc turpius, quàm quod idem nullam sensit gratuitam esse virtutem? P. B. 87

g audivimus *alia edd.*

XL. Quis est autem, quem non moveat clarissimis monumentis [39] testata consignataque antiquitas? Calchantem augurem scribit Homerus longe optimum, eumque ducem [h]classium fuisse. [40] at illum auspiciorum cre-

h classis *alii.* classicis *MSS.* classi Græciæ *Daviſ.*

36. *Ad se alliciat & trahat, rationem.*] Ita Pal. pr. & sec. item editi à Victorio. Pithœanus, *& attrahat; rationem.* vulgati, *& trahat, at rationem.* quod etiam in Pal. tert. & quarto, sequioris notæ codicibus. *Gruter.* Davis. edidit *attrahat.*

37. *At rationem cur id fiat.*] Ita scriptum est in antiquo, cum in impressis desit particula *at.* Ursin.

38. *Quid vero hoc turpius, quam quod idem.*] Lambinus ex conjectura dedit, *quid vero hoc turpius, quod idem.* Sed scopum non tetigit; nam legendum, *qui vero hoc turpius, quam quod idem. Nullam* autem censuit Epicurus *gratuitam esse virtutem*, quia διὰ τὴν ἡδονὴν καὶ τὰς ἀρετὰς αἱρεῖσθαι, οὐ δι' αὐτὰς statuit. Vide Menagium ad Laërtii x, 138 *Davis.*

39. *Testata consignataque antiquitas.*] Prima vox hic in significatione passiva sumitur, quod olim notavit Agellius N. A. lib. xv. cap. 13. Sic ad Atticum lib. 1, ep. 16. *Neque dixi quidquam pro testimonio, quod non erat ita notum atque testatum, ut non possem præterire.* Ita *publicis litteris testata omnia* dixit pro Murena cap. 11. *Davis.*

40. *At illum auspiciorum.*] Corrupti heic omnes libri. vix tamen cordato dubium quin rescribendum sit cum Gulielmio, *ducem classium*

88 credo scientia, non locorum. Amphilochus & Mopsus Argivorum reges fuerunt, sed iidem augures: iique urbes in ora maritima Ciliciæ Græcas condiderunt. Atque etiam ante hos Amphiaraus & Tiresias, non humiles & obscuri, neque eorum similes, ut apud Ennium est,

[41] *Qui sui quæstus causa fictas suscitant sententias:*

sed clari & præstantes viri, qui avibus & signis admoniti futura [i] dicebant. Quorum de altero etiam apud inferos Homerus ait, solum sapere, ceteros umbrarum vagari modo. Amphiaraum autem sic honoravit fama Græciæ, deus ut haberetur, atque ut ab ejus solo, in quo est humatus, [42] oracula peterentur.

89 [k] Quid Asiæ rex Priamus, nonne & Helenum filium & Cassandram filiam divinantes habebat alterum auguriis, alteram mentis incitatione [l] & permotione divina? quo in genere [43] Martios quosdam fratres, nobili loco natos, apud majores nostros fuisse scriptum [m] videmus. Quid? [44] Polyidum Corinthium, nonne Homerus & aliis

i prædic. *conj. Lamb.*
P. XCIX.
k Quid? Asiæ *Lamb.*
l & permot. *deest in multis.*
m videmus *tollit Gruter.*

sium fuisse ad Ilium, ausp. &c. emendatio palmaria. *Gruter.*

41. *Qui sui quæstus causa.*] Tale quiddam dixit Sophocles in Oedipo:

"Οςις ἐν τοῖς κέρδεσι μόνον δέδορκε,
Τὴν τέχνην δ' ἔφυ τυφλός. *Ursin.*

42. *Oracula peterentur.*] Pithœanus addit, *vel præstarentur* & verò Pal. pr. *preterentur.* ut forsan *præstarentur* verum sit. *Gruter.* Immo *præberentur*, ut palam est in Pal. pr. *Gronov.*

43. *Marcios quosdam fratres --- fuisse scriptum videmus.*] Ultima vox Grutero perperam supervacua videbatur; eodem enim modo sexcenties loquitur noster. Marciorum vero *fratrum* meminit Servius ad Æn. VI. 70, 72. Symmachus lib. IV. epist. 34. *Marciorum quidem vatum divinatio caducis corticibus inculcata est.* Plinius lib. VII. H. N. cap. 33. *Divinitas & quædam cælitum societas fuit — apud Romanos in Marcio.* Quinetiam Marcium vatem illustrem fuisse tradit, & ex ejus carminibus duo recenset Livius lib. XXV. cap. 12. Vide nostrum infra cap. 50. ac lib. II. cap. 55. *Davis.*

44. *Polybium Corinthum.*] *Polidum Corinthium* Maffæi liber, minus corruptè; sed ut mendum tamen penitus non tollat: nam est scribendum, *Polyidum Corinthium*, ex Homeri loco, quem Cic. significat, qui est Iliadis lib. XIII. his verbis:

Ἦν δέ τις εὐχήνωρ Πολυΐδου μάντιος υἱὸς
Ἀφνειός τ' ἀγαθός τε, Κορινθόθι οἰκία ναίων,
Ὅς ῥ' εὖ εἰδὼς κῆρ' ὀλοὴν ἐπὶ νηὸς ἔβαινε.
Πολλάκι γάρ οἱ ἔειπε γέρων ἀγαθὸς Πολύϊδος,
Νούσῳ ὑπ' ἀργαλέῃ φθίσθαι οἷς ἐν μεγάροισιν,
Ἢ μετ' Ἀχαιῶν νηυσὶν ὑπὸ Τρώεσσι δαμῆναι. P. Manut.

45. Tel-

aliis multa, & filio ad Trojam proficiscenti, mortem prædixisse commemorat? Omnino apud veteres, qui rerum potiebantur, iidem auguria tenebant. ut enim sapere, sic divinare regale ducebant, ut testis est nostra civitas: in qua & reges, augures, & postea privati eodem sacerdotio præditi rempublicam religionum auctoritate rexerunt.

XLI. EAQUE divinationum ratio ne in barbaris 90
quidem gentibus neglecta est. si quidem & in Gallia [n] Druidæ sunt, è quibus ipse Divitiacum Æduum, hospitem tuum laudatoremque, cognovi: qui & naturæ rationem, quam physiologiam Græci appellant, notam esse sibi profitebatur, & partim auguriis, partim conjectura, quæ essent futura [o] dicebat. Et in [p] Persis augurantur & divinant Magi, qui congregantur in fano commentandi causa, atque inter se colloquendi: quod etiam idem vos quondam facere nonis solebatis.

Nec quisquam rex Persarum potest esse, qui non antè 91
magorum disciplinam scientiamque perceperit. Licet autem videre & genera quædam & nationes huic scientiæ deditas. [45] Telmessus in Caria est: qua in urbe excellit haruspicum disciplina. itemque Elis in Peloponneso familias duas certas habet, [46] Jamidarum unam, al-

n Druides edd. vett.

o prædiceb. conj. Lamb.

p Perside alii.

45. *Telmessus in Caria est; qua in urbe excellit haruspicum disciplina*] Diserte tradit Arrianus de Exped. Alex. lib. II. cap. 3. Εἶναι τὰς Τελμισσέας σοφὰς τὰ θεῖα ἐξηγεῖσθαι, καὶ σφίσιν ἀπὸ γένους δεδόσθαι αὐτοῖς καὶ γυναιξὶ καὶ παισὶ τὴν μαντείαν. Et eos quidem haruspicinæ peritos habitos fuisse patet ex Herodoti lib I. capp. 78, 84. Ast hos τὴν δὲ ὀνείρων μαντικὴν invenisse dicunt Tatianus cap. I. Clemens Alexandrinus Strom. I. pag 361. & Gregorius Nazianzenus Or. III. pag 100. Hinc Tertullianus de Anima cap. 46. *Telmessenses nulla somnia evacuant, imbecillitatem conjectationis incusant.* Utrumque conjunxit Nonnus Hist. LXXI. Τελμισσεῖς λέγονται πρῶτοι τὰς ὀνείρους εὑρεῖν καὶ διακρίνειν τὰ τέρατα· (Lego τὰς ὀνείρους εὑρεῖν διακρίνειν, καὶ τὰ τέρατα.) ἔλεγον γὰρ, εἰ γέγονέ τι παράδοξον, ὅτι τόδε σημαίνει, καὶ πάντως, ὡς ἂν εἶπον, συνέβαινεν ἐξίοχεσθαι. *Telmessum* vel *Termessum* alii Cariæ, alii Pisidiæ, alii denique Pamphyliæ tribuunt, nisi forsan variæ sint urbes eodem vel non longe diverso nomine insignitæ. Vide præstantissimum Virum Ezech. Spanhemium Diss. IX. de Usu & Præst. Numism. pag. 563, 564. *Davis.*

46. *Jamidarum unam; alteram Clutidarum.*] De Clytidis vide Pausaniam lib. VI. cap. 18. Jamidas autem ex variis scriptoribus notos fecit Petr. Victorius Var. Lect. lib. XIII. cap. 15. Addatur Phi-

alteram, 47 Cluditarum, haruſpicinæ nobilitate præſtantes. In Syria Chaldæi cognitione aſtrorum ſollertiâque ingeniorum antecellunt.

92 Etruria autem de cælo tacta ſcientiſſimè animadvertit: eademque interpretatur, quid quibusque oſtendatur
P. B. monſtris atque portentis. Quocirca benè apud majores noſtros ſenatus tum, cùm florebat imperium, decrevit, ut 48 de principum filiis 49 ſex ſingulis Etruriæ populis in diſciplinam traderentur, ne ars tanta propter tenuitatem hominum à religionis auctoritate abduceretur ad mercedem atque quæſtum. Phryges autem, & Piſidæ, & Cilices, & Arabum natio, avium ſignificationibus plurimùm obtemperant. quod idem factitatum in Umbria accepimus.

93 XLII. Ac mihi quidem videntur è locis quoque ipſis, qui à quibusque incolebantur, divinationum opportunitates eſſe ductæ. 50 ut enim Ægyptii, ut Babylonii in camporum patentium æquoribus habitantes, cùm ex terra nihil emineret, quod contemplationi cæli officere poſſet, omnem curam in ſiderum cognitione poſuerunt. Etruſci autem, quod religione imbuti ſtudioſiùs & crebriùs hoſtias immolabant, extorum cognitioni

Philoſtratus Vit. Apoll. lib. v. cap. 25. qui Κλυτιαδῶν ſimul ac Ἰαμιδῶν meminit. *Daviſ.*

47. *Glutidarum.*] *Clytidarum* ſcribendum eſt, auctoribus Herodoto & Pauſania. Herodoti verba ſunt, Καὶ γένεος τοῦ Ἰαμιδέων καὶ ΚΛΥΤΙΑΔΩΝ &c. Pauſaniæ; Ἀρχίδαμος τεθρίππῳ νενικηκὼς, καὶ Ἐπέραστός ἐστιν ὁ Θεογένους ὅπλου νίκην ἀνῃρημένος· εἶναι δὲ καὶ μάντις ὁ Ἐπέραστος τοῦ ΚΛΥΤΙΑΔΩΝ γένους. Facile autem Librarius labi in eo nomine potuit, cujus primam litteram *c* in *g* mutabant antiqui, & *u* ſcribebant pro *y*; ut pro *Sylla* & *Myrrha*, *Sulla* & *Murrha*: pro *Cycnus* & *Cajus*, *Cygnus* & *Gaius*. Urſinus.

48. *De principum filiis ſex ſingulis Etruriæ populis.*] Val. Max. non ſex, ſed decem fuiſſe tradit, qui ſingulis Etruriæ populis in diſciplinam traderentur. *P. Manut.*

49. *Sex ſingulis Etruriæ populis.*] Lipſius libro II. Electorum cap. II. fine, putat inſinuaſſe heic ſe errorem, reponendumque *duodecim.* non putarim. etſi enim totidem fuerint populi, non id negat Tullius, ſed vult fortè duodecim illis Etruriæ populis concreditos in univerſum ſexaginta duos filios principum Romanorum. aliter hæc Valerius, ſcio; ſed quid ſi & ille locus in menda cubat. verùm ego non pertendo, neque mihi ipſi mea ſatisfacit interpretatio. *Gruter.*

50. *Ut enim Ægyptii, ut Babylonii.*] *Ut Ægyptii, ut Babylonii* libentius legerem: vel, *Etenim Ægyptii & Babylonii.* P. Manut.

51. *Mul-*

tioni se maximè dediderunt: quodque propter aëris
crassitudinem de cælo apud eos multa fiebant, [q] & quòd
ob eandem causam [51] multa inusitata partim è cælo,
alia ex terra oriebantur, quædam etiam ex hominum
pecudumve conceptu & satu, [r] ostentorum exercita-
tissimi interpretes exstiterunt. quorum quidem vim, ut
tu soles dicere, verba ipsa prudenter à majoribus posi-
ta declarant. quia enim ostendunt, portendunt, mon-
strant, [s] prædicunt, ostenta, portenta, monstra, pro-
digia dicuntur.

[q] *& in multis deest.*
[r] portentorum *alii.*
[s] prodicunt *Lamb.*

Arabes autem, & Phryges, & Cilices, quòd pastu 94
pecudum maximè utuntur, campos & montes hieme
& æstate peragrantes, propterea faciliùs cantus avium
& volatus notaverunt. eademque & Pisidiæ causa fuit,
& huic nostræ Umbriæ. Tum Caria tota, præcipue-
que [t] Telmesses, quos antè dixi, quòd agros uberrimos
maximéque fertiles incolunt, in quibus multa propter
fœcunditatem fingi gignique possunt, in ostentis
animadvertendis diligentes fuerunt.

P. C.
[t] *Lamb.* Telmessenses, *alii* Thelmesses.

XLIII. QUIS VERÒ non videt, in optima quaque
republica plurimum auspicia & reliqua divinandi gene- 95
ra valuisse? quis rex umquam fuit, quis populus, qui
non uteretur prædictione divina? neque solùm in pace,
sed in bello multo etiam magis: quo majus erat certa-
men & discrimen salutis. Omitto nostros, qui nihil
in bello sine extis agunt, [52] nihil sine auspiciis domi ha-
bent. Auspicia externa videamus. Nam & Athenien-
ses omnibus semper publicis consiliis divinos quosdam
sa-

51. *Multa inusitata partim e cælo.*] Observabat pater in MSto. Vossiano fuisse ab prima manu *invisitata de cælo:* sic clare, tum voce *partim* ignota. *Gronov.* *Multa inusitata.*] MS. *Vossianus* à prima manu repræsentabat *invisitata*, quod placet; ita enim dicuntur ea, quæ raro nec frequenter visuntur. Hanc vocem J. F. Gronovius Livio sæpius restituit. *Davis.*

52. *Nihil sine auspiciis domi*] Pro voce postrema est in MS. Vossian. *dum*, unde ipse dominus apposuerat conjecturam, *qui nihil in bello sine extis agunt, nihil sine auspiciis, dum habent auspicia. Externa vid.* Gronov. *Nihil sine auspiciis domi habent. Auspicia externa videamus.*] If. Vossius ex suo Codice legit, *nihil sine auspiciis, dum habent auspicia. Externa videamus.* Et ita sane repræsentant Bal. Reg. & Cantab. Sed multo melior est ingeniosi doctique viri conjectura, cui placet, *Nihil sine auspiciis domi. Auspicia externa videamus.* Ut τὸ *habent*, inane Librariorum sit adsumentum. *Davis.*

53. *In*

sacerdotes, quos *μάντεις* vocant, adhibuerunt: & Lacedæmonii regibus suis augurem assessorem dederunt; itemque senibus (sic enim consilium publicum appellant) augurem interesse voluerunt: iidemque de rebus majoribus semper aut Delphis oraculum, aut ab [v] Hammone, aut à Dodona petebant.

[v] Ammone alii.

96 Lycurgus quidem, qui Lacedæmoniorum rempublicam temperavit, leges suas auctoritate Apollinis Delphici confirmavit. quas cùm vellet Lysander commutare, eadem est prohibitus religione. Atque etiam qui præerant Lacedæmoniis, non contenti vigilantibus curis, [53] in Pasiphaæ fano, quod est in agro propter urbem, [54] somniandi causâ excubabant, quia vera quietis oracula ducebant. Ad nostra jam redeo. Quoties senatus decemviros ad libros ire jussit?

97 Nam & cùm duo visi soles essent, & cùm tres lunæ, & cùm faces, & cùm sol nocte visus esset, & cùm è cœlo fremitus auditus, & cùm cœlum discessisse visum est, atque in eo animadversi globi. Delata etiam ad se-

53. *In Pasiphaa fano, quod est &c.*] Sic prorsus legendum, non, ut vulgo, *in Pasithea ano.* Hanc enim vulgatam lectionem h storia refellit. Plutarchus in Agide & Cleombr. pag. 797. Ἱερὸν δὲ ΠΑΣΙΦΗΑΣ, *καὶ μαντεῖον, ἐν Θαλάμαις τιμώμενον* &c. ,Tertullianus de Anima cap. 46. *Nam & oraculis hoc genus stipatus est orbis, ut Amphiarai apud Oropum: Amphilochi apud Mallum: Sarpedonis, in Troade: Trophonii, in Bœotia: Mopsi, in Cilicia: Hermiona, in Macedonia: Pasiphaa in Laconica &c.* Lambin. Vide Joan. Meursii Miscell. Lacon. lib. I. cap. 4.

54. *Somniandi causâ excubabant.*] Videtur esse legendum, *incumbebant:* quo verbo & Virgilius, de Latino rege loquens, in eandem sententiam lib. VII. usus est, cùm inquit: *Pellibus incubuit stratis somnosque petivit.* P. Manut. *Somniandi causa excubabant.*] Recepit Lambinus conjecturam P. Manutii *incubabant*; non bonam. certè contra mss. nostros sex. nam excubabant à domo sua foris in æde sacra. quamobrem & *excubiæ* Plauto dicuntur; ut monuit Gulielmius. *Gruter.* *Somniandi caussa excubabant.*] Veram puto Paulli Manutii conjecturam, qui reponit *incubabant*; licet Janus Gulielmius vulgatam lectionem defendat, quasi vellet noster eos à domo sua foris cubuisse; nam, præterquam quod *excubandi* verbum semper apud Ciceronem *vigilare* denotet, *incubare dicuntur proprie hi, qui dormiunt ad accipienda responsa*, quemadmodum docet Servius ad Æn. VII, 85. adeoque vox est hac in re signata. Plautus Curcul. Act. I. Sc. I. 61. *Leno ægrotus incubat in Æsculapi fano.* Et Act. II. Sc. II, 16. *Namque incubare satius te fuerat Jovi.* Eodem modo loquitur Tertullianus de Anima cap. 48. Sic & ἐγκοιμᾶσθαι Græcis usurpatur. *Davis.*

55. Tu-

senatum labes agri Privernatis, cùm ad infinitam altitudinem terra desedisset, Apuliaque maximis terræ motibus conquassata esset. quibus portentis magna populo Romano bella perniciosæque seditiones denuntiabantur. inque his omnibus responsa haruspicum cum Sibyllæ versibus congruebant. P. B.

Quid, cùm Cumis Apollo sudavit, Capuæ Victoria? 98
quid ortus androgyni? nonne fatale quoddam monstrum fuit? quid, quòd fluvius atratus sanguine fluxit? quid, cùm sæpe lapidum, sanguinis nonnumquam, terræ interdum, quondam etiam lactis imber x effluxit? quid, cùm in Capitolio ictus centaurus è cælo est? in Aventino portæ, & homines? [55] Tusculi ædes Castoris & Pollucis, Romæque Pietatis? nonne & haruspices ea responderunt, quæ evenerunt, & in Sibyllæ libris eædem repertæ prædictiones sunt?

x defluxit alii.

XLIV. [56] QUOTIES senatus decemviros ad libros 99
ire jussit? y quantis in rebus, quamque sæpe responsis haruspicum paruit? Cæciliæ, Q. filiæ, somnio, modò, Marsico bello, templum est à senatu Junoni Sospitæ restitutum. quod quidem somnium Sisenna cùm disputavisset mirificè ad verbum cum re convenisse, [57] tum insolenter, credo ab Epicureo aliquo inductus, disputat, somniis credi non oportere. Idem contra ostenta nihil disputat exponitque initio belli Marsici & deorum simulacra sudavisse, & sanguinem fluxisse, & discessisse cælum: & ex occulto auditas esse voces, quæ pericula belli

y quam multis conj. Lamb.

55. *Tusculi ædes Castoris & Pollucis.*] Quia Tusculani Castorem & Pollucem in primis colebant, L. Servius Sulpicius Rufus ad celebrandum gentis suæ, quæ obsidione Tusculum exemerat, factum præclarum, in una parte aurei nummi, Tusculum ipsum, in altera, signa Castoris & Pollucis pileata impressit. *Ursin.*

56. *Quoties senatus decemviros &c.*] Hæc iterata (nam & hic & paullo ante posita sunt) mihi mendi suspicionem commovent. *Lambin.* *Quoties senatus* ——— *paruit.*] Omissis quinque vocibus, MS. Regius dat, *quoties senatus*, *quantis in rebus*, *quamque sæpe responsis haruspicum paruit.* At ne hac quidem ratione sanatur vitium, quod intulit Librariorum negligentia. Revera, horum verborum pars exstat supra cap 43. isque locus est solus, cui tota *pinte* convenit; hic enim importuna prorsus est & incongrua. Quapropter eam uncinis cinximus, & quod ibi deerat, hinc à nobis est translatum. *Davis.*

57. *Tum insolenter.*] Legendum *tamen*, pro *tum*, ut habet liber manuscriptus, *Ursin.*

58. *Post*

belli nuntiarent: & Lanuvii clypeos, quod haruſpicibus triſtiſſimum viſum eſſet, à muribus eſſe deroſos.

100 Quid, quod in annalibus habemus, Vejenti bello, cùm lacus Albanus præter modum creviſſet, Vejentem quendam ad nos hominem nobilem profugiſſe, eumque dixiſſe, ex fatis, quæ Vejentes ſcripta haberent, Vejos capi non poſſe, dum lacus is redundaret: &, ſi lacus [z] emiſſus, lapſu & curſu ſuo ad mare profluxiſſet, perniciosum populo Romano; ſin autem ita eſſet eductus, ut ad mare pervenire non poſſet, tum ſalutare noſtris fore. ex quo illa admirabilis à majoribus Albanæ aquæ facta deductio eſt. Cùm autem Vejentes bello feſſi legatos ad ſenatum miſiſſent, tum ex his quidam dixiſſe dicitur, non omnia illum transfugam auſum eſſe ſenatui dicere: in iisdem enim fatis ſcriptum Vejentes habere, *Fore ut brevi à Gallis Roma caperetur.* quod quidem ſexennio [58] poſt Vejos captos factum [59] eſſe vidimus.

P. CI.

z emiſſus *deeſt in MS.*

101 XLV. Sæpe etiam & in præliis Fauni auditi; & in rebus turbidis veridicæ voces ex occulto miſſæ eſſe dicuntur. cujus generis duo ſunt ex multis exempla, ſed maxima. Nam non multo ante urbem captam exaudita vox eſt à luco Veſtæ, qui à Palatii radice in novam viam devexus eſt: Ut muri & portæ reficerentur; futurum eſſe, niſi proviſum eſſet, ut Roma caperetur. Quod neglectum, cùm caveri poterat, poſt acceptam illam maximam cladem [60] explicatum eſt. ara enim Ajo Loquenti, quam ſeptam videmus, [a] exadverſus eum lo-

a adverſus *alii.*

58. *Poſt Vejos captos factum eſſe vidimus.*] Nihil decederet ſententiæ, quamvis recideretur, *eſſe vidimus.* vulgati adhuc ineptius, *videmus*, verſu ferè longo *Gruter.*

59. *Eſſe videmus.*] Vulgg. *vidimus.* Nos vero MSstos. Bal. Reg. Cantab. ac veteres editos noſtræ lectionis auctores habemus. Supra cap. xvi. *M. Craſſo quid acciderit videmus dirarum obnuntiationis neglecta.* Et cap. 40. *Marcios quosdam fratres — apud majores noſtros fuiſſe ſcriptum videmus.* Ac, ne pluribus exemplis congerendis immorer, noſter præſens tempus in hiſce formulis ſemper adhibet. *Daviſ.*

60. *Explicatum eſt.*] Hanc vocem repræſentant omnes MSSti, & patienter ferunt editores; attamen ad rem nihil omnino facit. Certiſſimâ conjecturâ reſcribo, *expiatum eſt*; nam *expianda voci nocturnæ templum Aio factum fuiſſe* vidimus ex Livii lib. v. cap. 50. *Daviſ.*

61. *Ju-*

locum consecrata est. Atque etiam scriptum à multis
est, cùm terræ motus factus esset, *Ut sue plena procuratio
fieret*, vocem ab æde Junonis ex arce exstitisse:
quocirca [61] Junonem illam appellatam Monetam. Hæc
igitur & à diis significata, & à nostris majoribus judicata
contemnimus?

Neque solùm deorum voces Pythagorei [b] observitaverunt, 102
sed etiam hominum, quæ vocant omina. quæ b observaverunt
majores nostri, quia valere censebant, idcirco omnibus alii.
rebus agendis, [62] *Quod bonum, faustum, felix, fortunatumque
esset*, præfabantur: rebusque divinis, quæ P. B.
publicè fierent, ut *faverent linguis*, imperabatur; inque
feriis imperandis, *ut litibus & jurgiis se abstinerent.*
Itemque in lustranda colonia, ab eo, qui eam deduceret;
& cùm imperator exercitum, censor populum lustraret,
bonis nominibus qui hostias ducerent, eligebantur. c dilectu
quod idem in [c] delectu consules observant, ut pri- Lamb.
mus miles fiat bono nomine. Quæ quidem à te scis 103
& consule & imperatore summa religione esse servata.
[63] Prærogativam etiam majores [d] omen justorum comitiorum
esse voluerunt. d omnes MSS. alii omnium.

XLVI. ATQUE EGO exempla omnium nota proferam.
L. Paullus consul iterum, cùm ei, bellum ut
cum rege Perse gereret, obtigisset: ut ea ipsa die domum
ad [e] vesperam rediit, filiolam suam Tertiam, quæ e vesperum Davis.
tum erat admodum parva, osculans [f] animadvertit tri- f animum
sticulam. quid est, inquit, mea Tertia? quid tristis advertit.
es? Mi pater, inquit, Persa periit. tum ille arctiùs puel- Victor.
lam complexus, Accipio, inquit, mea filia, omen; g mortua
erat autem [g] mortuus catellus eo nomine. catella alii.

L. Flaccum, flaminem Martialem, ego audivi cùm 104
diceret, Cæciliam Metelli, cùm vellet sororis suæ filiam
in matrimonium collocare, exisse in quoddam sacellum
ominis capiendi causa: quod fieri more veterum
so-

61 *Junonem illam adpellatam Monetam.*] A monendo. Ἥραν Μονήταν similiter σύμβουλον interpretatur *Suidas* in Μονήτα· sed nominis caussam atque fontem modo longe diverso tradit *Davis.*

62. *Quod bonum — se abstinerent.*] De hisce formulis diligenter egit vir eximius Barn. Brissonius Form. lib. I. pagg. 8, 66, 118. *Idem.*

63. *Prærogativam etiam majores omnes justorum comitiorum esse voluerunt.*] Non *omnes*, sed *omen*, veram lectionem esse puto; quo modo etiam legitur de Nat. D. lib III. *P. Manut.*

ſolebat. cùm virgo ſtaret, & Cæcilia in ſella ſederet, neque diu ulla vox exſtitiſſet, puellam defatigatam petiiſſe à matertera, ut ſibi concederet paulliſper, ut in ejus ſella requieſceret: illam autem dixiſſe, [64] Verò, mea puella, tibi concedo meas ſedes. quod omen res conſecuta eſt. ipſa enim brevi mortua eſt: virgo autem nupſit cui Cæcilia nupta fuerat. Hæc poſſe contemni, vel etiam rideri, præclarè intelligo: ſed idipſum eſt,
P. CII. deos non putare: quæ ab iis ſignificantur, contemnere.
105 XLVII. QUID DE auguribus loquar? tuæ partes ſunt: tuum, inquam, auſpiciorum patrocinium debet eſſe. [65] tibi P. Claudius augur conſuli nuntiavit, addubitato Salutis augurio, bellum domeſticum triſte ac turbulentum fore: quod paucis pòſt menſibus exortum, paucioribus à te eſt diebus oppreſſum. Cui quidem auguri vehementer aſſentior. ſolus enim multorum annorum memoria non decantandi augurii, ſed divinandi tenuit diſciplinam. quem irridebant collegæ tui, eumque tum Piſidam, tum Soranum augurem eſſe dicebant. quibus nulla videbatur in auguriis aut auſpiciis præſenſio, [66] aut ſcientia veritatis futuræ; ſapienter ajebant ad opinionem imperitorum eſſe fictas religiones. Quod longè ſecus eſt; neque enim in paſtoribus illis, quibus Romulus præfuit, nec in ipſo Romulo hæc calliditas eſſe potuit, ut ad errorem multitudinis religionis ſimulacra fingerent: ſed difficultas laborque diſcendi di-

64. *Vere mea puella.*] Veneti *vero:* nam quamvis hæc particula fere alteri verbo ſoleat ſubjungi, tamen & initialis reperitur in ſignificatione earum, quæ *interiectiones* dictæ fuere. *Camerar.*

65. *Tibi P. Claudius.*] Puto legendum, *App. Claudius*, qui fuit P. Clodii frater, augur peritiſſimus, qui etiam de augurali ſcientia libros edidit. quod ſi, hunc eſſe App. Claudium, probabitur; conſtabit ex hoc loco, vel iis, qui juvenes admodum eſſent, Romæ olim fieri augures licuiſſe; quippe cùm triennio ante Appii ædilitatem Cicero Conſul fuerit; ædilitas autem conſulatum quinquennio præceſſerit: qui ante XLIII. ætatis annum nemini, niſi extra ordinem, dabatur: eoque anno qui conſules fiebant, ſuo anno conſules fieri dicebantur: quod alibi Cicero ſibi contigiſſe dicit. ſed hac de re & plenius & diſtinctius in eo libro, quem de Magiſtratibus Rom. aggreſſi ſumus. *P. Manut.*

66. *Aut ſcientia*] Haſce voces cum editt. Ven. 1471. ac Badian. prætermittunt Bal. & Reg. iisque rejectis conſtat ſententia. Quum tamen eas repræſentent alii bonæ notæ MSSti, ſuum per me licet obtineant locum. *Davis.*

67. Su-

ertam negligentiam reddidit. malunt enim differere, hil esse in auspiciis, quàm, quid sit, ediscere.

Quid est illo auspicio divinius, quod apud te in Ma- 106
› est? ut utar potissimùm te auctore:

Hic Jovis altisoni subitò [h] *pinnata satelles* h *pennata* alii.
Arboris è trunco serpentis saucia morsu,
[67] *Subigit ipsa feris transfigens unguibus anguem*
[i] *Semianimum, & varia graviter cervice micantem.* i *Semanimum* MS.
Quem se intorquentem lanians, rostroque cruentans,
Jam satiata animos, jam duros ulta dolores,
Abjicit efflantem, & laceratum affligit in unda,
Seque obitu à solis nitidos convertit ad ortus.
Hanc ubi praepetibus [k] *pinnis, lapsuque volantem* k *pennis* alii.
Conspexit Marius, divini numinis augur:
Faustaque signa sua laudis, reditusque notavit; P. B.
Partibus intonuit coeli pater ipse sinistris.
Sic aquilae clarum firmavit Jupiter omen.

XLVIII. ATQUE ILLE [68] Romuli auguratus pa- 107
oralis, non urbanus fuit: nec fictus ad opinionem imeritorum, sed à certis acceptus, & posteris traditus. aque Romulus augur, ut apud Ennium est, cum frae item augure,

[69] *Curantes magna cum cura, concupientes*
Regni,

67. *Subigit ipsa feris.*] Ita Pall. & Pithoeanus. Lambinus duplicavit literam tertiam ut versus staret. Gifanius, in Lucretiano Ince, vult sic quoque longam syllabam. Guliel. emendabat, *Subicit* o *subjicit.* Gruter. *Subigit ipsa feris.*] Metri caussa litteram teram duplicabat Lambinus. Verum Turnebus & Aldus nepos, verso verborum ordine, legunt *ipsa feris subigit.* Gulielmio deque placebat, *subjicit ipsa feris.* Bal. noster *subigat*, unde forsan on male rescribi possit, *subjugat ipsa feris.* Davis.

68. *Romuli auguratus, pastoralis, non urbanus fuit.*] *Urbanus*, quit, Pet. Victorius Var. Lect. lib. XIV. cap. 12. hic valet, nisi llor, *jocularis*, &, quod alii dixerunt, *fabulosus*, quique tanam joco haberi risuve explodi possit. At, quod pace viri doissimi sit dictum, iste significatus huic voci non competit, nec l rem quidquam faciunt *urbani competitores*, quos memorat Cice› lib. I. ad Attic. Epist. I. Aut in errore versor, aut emendandus locus, ut inde sensus eliciatur commodus. Legendum videtur, *omuli auguratus pastoralis, non vanus fuit, nec fictus ad opiniones peritorum.* *Vanus* est mendax, futilis, seu cui nihil inerat veri. *lein.*

69. *Curantes magna &c.*] Ciofanus in Notis ad Ovidii Tristia, ponit è veteri libro *certantes.* sed sic non est in ullo nostrorum. *ruter.* *Curantes magna cum cura.*] Loquendi modus Herc. Ciofanum

Regni, dant operam simul auspicio, auguri

l In monte Rem. MSS. m servans MSS. n servat alii. cernens MSS. cernit alii MSS.

l Hinc Remus auspicio se devovet, atque sec

Solus avem m servat. At 70 Romulus pulcer

Quarit Aventino, n servans genus altivolan

Certabant, urbem 71 Romam, Remoramne

o Omnibu' cura viris, uter esset p induperato

Exspectant, veluti, consul cum mittere sign

Volt, omnes avidi spectant ad carceris oras

108

o omnis alii. p endoperator alii.

72 Quàm mox emittat pictis ex faucibu' cur

Sic exspectabat populus, 73 atque ore timeba

Rebus, utri magni victoria sit data regni.

Interea sol albu' recessit in infera noctis.

Exin candida se radiis dedit icta foras lux

Et simul ex alto longè pulcerrima prapes

Lava volavit avis: simul aureus exoritur

Cedunt de cœlo 74 ter quatuor corpora sancl

Avium, prapetibus sese pulcrisque locis da

Conspicit inde sibi data Romulus esse priora

q stabilitaque MS.

Auspicio regni q stabilita scamna, solumqu

109

r ut inde MS. s degressa Lamb.

XLIX. SED r UNDE huc s digressa est, c deat oratio. Si nihil queam disputare, q quidque fiat, & tantummodò fieri ea, qua

num male habuit; quapropter ex vetere libro repor *magna cum cura*. Sed alii omnes MSSti. vulgatam le vant, nec ipsa φράσις haberi vitiosa debet: eodem Plautus Menæchm. Act. v. Sc. IV, 7. *Magna cum cura vari volo*. Ac iterum ỳs. 9. *Ita ego illum cum magna cu* Vide Hier. Columnam ad Ennii Fragm. pag. 19. D

70. *Romulus pulcher in alto Quærit Aventino.*] Liviu enim Romulum, sed Remum in Aventino obse *P. Manut.*

71. *Romam Remoramne vocarent.*] Victorius Rom. Aldus Nepos *Romamne Remamne*, quod & in scripto Pall. quart. item S. Vict. & Pith. habent illud nostru item in Aldi vetere editione. Lambinus expressit quod eodem redit. *Gruter.*

72. *Quàm mox emittat.*] Ita omnino Pal. sec. neque Turnebus lib. v. Adverf. cap 22. Vulgg. *Qua mox*.

73. *Atque ore timebat.*] Lambinus admisit Turnebi *atque ora tenebat*, nolentibus mss. & ratione ipsa. bell poëta spectatoribus eam sollicitudinem, quæ & ipso ret; ut ferè solet. *Idem.*

74. *Ter quatuor corpora sancta.*] Sic scripsi, non vox illa pro disyllaba sit habenda. Vide Chr. Was cap. IX. pag. 103. *Davis.*

eam, parumne Epicuro Carneadive
quid, si etiam ratio exstat artificiosæ præ- P. CIII.
is; divinæ autem, paullo obscurior? quæ
quæ 75 fulguribus, quæ portentis, quæ
ntur, hæc notata sunt observatione diu-
autem vetustas omnibus in rebus longin-
ne incredibilem scientiam: quæ potest
atque impulsu deorum, cùm, quid ex
t, & t quid quamque rem significet, cre- t qui, quamque Lamb.
ione perspectum est.
atio est naturalis, ut antè dixi: quæ phy- 110
subtilitate referenda est ad naturam deo-
ut doctissimis sapientissimisque placuit,
os & libatos habemus: cumque 77 omnia
ferta sint, æterno sensu & mente divi-
78 cognatione divinorum animorum ani-
commoveri. Sed vigilantes animi vitæ
erviunt dijunguntque se à societate divi-
rporis impediti.
quoddam genus eorum, qui se à corpore 111
id divinarum rerum cognitionem cura v autem conj. Lamb.
e rapiantur. horum sunt auguria non di-
sed rationis humanæ: nam & naturâ fu-
t, ut aquarum x fluxiones & deflagra- x eluviones Turneb.
tionem

| Nescio sitne ab antiqua ratione scribendi, an
tu, in Pall. *fulgoribus*. idem reperit in suis Gu-
que editione sua Victorius. idem tamen infra
fulguribus, ubi iidem nostri habent *fulgoribus*.

nos aut libatos.] Vulgg. *delibatos*, verum restat
ll. & S. Vict. neque aliter Victoriana. sicque ite-
r. cap. II. *Idem.*
leta & referta sint.] Gulielmius adnotavit codi-
vare *complexa*, neque aliter exstare in fragmento
ri nihil variant. *Gruter.* Vide autem, an non mox
sensu & mente divina, pro *æterno*. Gronov.
ivinorum animorum.] Omnino legendum credide-
uæ vox *contactum* passim denotat; cum enim
referta sint æterno sensu & mente divina, non tam
contactu divinorum animorum commoventur ani-
autem hoc dogma Stoæ de Pythagoricis & Pla-
ntibus. Præter alios bene multos, vide Cice-
I. cap. II. & Originem contra Celsum lib. VI.
avis.

l In monte Rem. MSS. *m servans* MSS. *n servat* alii. *cernens* MSS. *cernit* alii MSS.

Regni, dant operam simul auspicio, auguri
[l] *Hinc Remus auspicio se devovet, atque secu*
Solus avem [m] *servat. At* [70] *Romulus pulcer*
Quærit Aventino, [n] *servans genus altivolan*
Certabant, urbem [71] *Romam, Remoramne*
[o] *Omnibu' cura viris, uter esset* [p] *induperato*
Exspectant, veluti, consul cum mittere sign
Volt, omnes avidi spectant ad carceris oras
108 [72] *Quàm mox emittat pictis ex faucibu' cur*
Sic exspectabat populus, [73] *atque ore timeba*
Rebus, utri magni victoria sit data regni.
Interea sol albu' recessit in infera noctis.
Exin candida se radiis dedit icta foras lux
Et simul ex alto longè pulcerrima præpes
Læva volavit avis: simul aureus exoritur
Cedunt de cœlo [74] *ter quatuor corpora sancti*
Avium, præpetibus sese pulcrisque locis da
Conspicit inde sibi data Romulus esse priora
Auspicio regni [q] *stabilita scamna, solumqu*

o omnis alii. *p endoperator* alii. *q stabilitaque* MS.

109 XLIX. SED [r] UNDE huc [s] digressa est,
deat oratio. Si nihil queam disputare, q
quidque fiat, & tantummodò fieri ea, qu

r ut inde *MS.* *s* degressa *Lamb.*

num male habuit; quapropter ex vetere libro repo
magna cum cura. Sed alii omnes MSSti. vulgatam l
vant, nec ipsa φράσις haberi vitiosa debet: eoden
Plautus Menæchm. Act. v. Sc. IV, 7. *Magna cum cura*
vari volo. Ac iterum ℣s. 9. *Ita ego illum cum magna c*
Vide Hier. Columnam ad Ennii Fragm. pag. 19. *D*

70. *Romulus pulcher in alto Quærit Aventino.*] Livi
enim Romulum, sed Remum in Aventino obse
P. Manut.

71. *Romam Remoramne vocarent.*] Victorius *Rom*
Aldus Nepos *Romamne Remamne*, quod & in scripte
Pall. quart. item S. Vict. & Pith. habent illud nostr
item in Aldi vetere editione. Lambinus expressit
quod eodem redit. *Gruter.*

72. *Quàm mox emittat.*] Ita omnino Pal. sec. neque
Turnebus lib. v. Adverf. cap 22. Vulgg. *Qua mox.*

73. *Atque ore timebat.*] Lambinus admisit Turnebi
atque ora tenebat, nolentibus mss. & ratione ipsa. bel
poëta spectatoribus eam sollicitudinem, quæ & ipso
ret; ut ferè solet. *Idem.*

74. *Ter quatuor corpora sancta.*] Sic scripsi, non
vox illa pro disyllaba sit habenda. Vide Chr. Was
cap. IX. pag. 103. *Davis.*

doceam, parumne Epicuro Carneadive
ı? quid, si etiam ratio exstat artificiosæ præ- P. CIII.
facilis; divinæ autem, paullo obscurior? quæ
, quæ 75 fulguribus, quæ portentis, quæ
ntiuntur, hæc notata sunt observatione diu-
fert autem vetustas omnibus in rebus longin-
atione incredibilem scientiam: quæ potest
ıotu atque impulsu deorum, cùm, quid ex
eniat, & t quid quamque rem significet, cre- t qui, quamque Lamb.
versione perspectum est.

ivinatio est naturalis, ut antè dixi: quæ phy- 110
ndi subtilitate referenda est ad naturam deo-
a, ut doctissimis sapientissimisque placuit,
nimos & libatos habemus: cumque 77 omnia
t referta sint, æterno sensu & mente divi-
: est 78 cognatione divinorum animorum ani-
ıos commoveri. Sed vigilantes animi vitæ
us serviunt dijunguntque se à societate divi-
s corporis impediti.

st v quoddam genus eorum, qui se à corpore 111
k ad divinarum rerum cognitionem cura v autem conj. Lamb.
oque rapiantur. horum sunt auguria non di-
s, sed rationis humanæ: nam & naturâ fu-
tiunt, ut aquarum x fluxiones & deflagra- x eluviones Turneb.
tionem

bus.] Nescio sitne ab antiqua ratione scribendi, an
ificatu, in Pall. *fulgoribus.* idem reperit in suis Gu-
ressitque editione sua Victorius. idem tamen infra
rvat *fulguribus*, ubi iidem nostri habent *fulgoribus.*

animos aut libatos.] Vulgg. *delibatos*, verum restat
ff. Pall. & S. Vict. neque aliter Victoriana. sicque ite-
lib. II. cap. II. *Idem.*

ompleta & referta sint.] Gulielmius adnotavit codi-
is servare *complexa*, neque aliter exstare in fragmento
nostri nihil variant. *Gruter.* Vide autem, an non mox
hereo sensu & mente divina, pro *æterno.* Gronov.

ne divinorum animorum.] Omnino legendum credide-
, quæ vox *contactum* passim denotat; cum enim
& referta sint æterno sensu & mente divina, non tam
am *contactu* divinorum animorum commoventur ani-
Est autem hoc dogma Stoæ de Pythagoricis & Pla-
m fontibus. Præter alios bene multos, vide Cice-
lib. I. cap. II. & Originem contra Celsum lib. VI.
Davis.

tionem futuram aliquando cœli atque terrarum. alii autem in republica exercitati, ut de Atheniensi Solone accepimus, orientem tyrannidem multo antè prospiciunt: quos prudentes possumus, [79] non plus, quàm Milesium Thalem, qui ut objurgatores suos convinceret, ostenderetque etiam philosophum, si ei commodum esset, pecuniam facere posse, omnem oleam, an-
P. B. tequàm florere cœpisset, in agro Milesio coemisse dicitur. Animàdverterat fortasse quadam scientia, olearum
112 ubertatem fore. Et quidem idem primus defectionem solis, [80] quæ Astyage regnante facta est, prædixisse fertur.

L. MULTA medici, multa gubernatores, agricolæ etiam multa præsentiunt: sed nullam eorum divinationem voco, ne illam quidem, qua ab Anaximandro physico moniti Lacedæmonii sunt, ut urbem & tecta linquerent, armatique in agro excubarent, quòd terræ motus instaret, tum, cùm & urbs tota corruit, & ex monte Taygeto [81] extrema montis quasi puppis avulsa est.

79. *Non plusquam Milesium Thalem.*] Sumpsit hoc ab Aristotele ex lib. I. Pol. Οἷον καὶ τὸ Θάλεω τοῦ Μιλησίου. τοῦτο γὰρ ἐστι κατανόημά τι χρηματιστικόν. ἀλλ᾽ ἐκείνῳ μὲν διὰ τὴν σοφίαν προσάπτουσι, τυγχάνει δὲ καθόλου τὸ ὄν. ὀνειδιζόντων γὰρ αὐτῷ διὰ τὴν πενίαν ὡς ἀνωφελοῦς τῆς Φιλοσοφίας οὔσης κατανοήσαντά φασιν αὐτὸν ἐλαιῶν φορὰν ἐσομένην ἐκ τῆς ἀστρολογίας, ἔτι χειμῶνος ὄντος, εὐπορήσαντα χρημάτων ὀλίγων, ἀῤῥαβῶνας διαδοῦναι τῶν ἐλαιουργίων, τῶν τ᾽ ἐν Μιλήτῳ, καὶ Χίῳ πάντων, ὀλίγου μισθωσαμένων ἅμα, καὶ ἐξαίφνης ἐκμισθοῦντων, ὃν τρόπον ἠβούλετο πολλὰ χρήματα συλλέξαντος, ἐπιδεῖξαι ὅτι ῥᾴδιόν ἐστιν πλουτεῖν τοῖς φιλοσόφοις. *Ursin.*

80. *Quæ Astyage regnante facta est.*] Astyage quidem regnante, factum est Solis deliquium, quod prædicere potuit Thales; sed prior est Eclipsis illa, quam ab hoc philosopho prænuntiatam sub Cyaxare Astyagis patre contigisse referunt Scriptores. Clemens Alexandrinus Strom. lib. I. pag. 353. Θάλην δὲ Εὔδημος, ἐν ταῖς Ἀστρολογικαῖς ἱστορίαις, τὴν γενομένην ἔκλειψιν τοῦ Ἡλίου προειπεῖν φησὶ, καθ᾽ οὓς χρόνους συνῆψαν μάχην πρὸς ἀλλήλους Μῆδοί τε καὶ Λυδοὶ, βασιλεύοντος Κυαξάρους μὲν, τοῦ Ἀστυάγους πατρὸς, Μήδων, Ἀλυάττου δὲ τοῦ Κροίσου, Λυδῶν. Idem tradit Herodotus lib. I. cap. 74, 103. De ea diligenter egit D. Petavius Doct. Temp. lib. X. cap. I. Adisis & Th. Stanleium ad Æschyli Persas vs. 767. *Davis.*

81. *Extrema montis quasi puppis avulsa est.*] In Reg. & Cantab. est *extrema pars montis, quasi puppis.* Mihi noster scripsisse videtur, *ex monte Taygeto quasi puppis avulsa est*, ut altera illa pro Glossemate

est. Ne Pherecydes quidem ille Pythagoræ magister, potiùs divinus habebitur, quàm physicus: qui cùm y vidisset haustam aquam de jugi puteo, terræ z motus dixit instare.

y bibisset *Menag. male.*
z motum *Davis.*

113 Nec verò umquam animus hominis naturaliter divinat, nisi cùm ita solutus est & vacuus, ut ei planè nihil a sit cum corpore. quod aut vatibus contingit, aut dormientibus. Itaque ea duo genera à Dicæarcho probantur, &, ut dixi, à Cratippo nostro, si propterea, quòd ea proficiscuntur à natura, sint summa sanè, modò ne sola. sin autem nihil esse in observatione putant: multa tollunt, quibus vitæ ratio continetur. Sed quoniam dant aliquid, idque non parvum, vaticinationes cum somniis: nihil est, quod cum his magnopere pugnemus, præsertim cùm sint, qui omninò nullam divinationem probent.

a rei sit *conj. Lamb.*

114 Ergo & ii, quorum animi, spretis corporibus, evolant atque excurrunt foras ardore aliquo inflammati atque incitati, cernunt illa profectò, quæ vaticinantes prænuntiant: multisque rebus inflammantur tales animi, qui corporibus non inhærent; ut ii, qui sono quodam vocum & Phrygiis cantibus incitantur, multos nemora silvæque; multos amnes, aut maria commovent: quorum furibunda mens videt antè multo, quæ futura sunt. Quo de genere illa sunt, P. CIV.

82 *Eheu, videte: judicavit inclytum judicium*

Inter

femate sint habenda. Nempe cum *puppim* pro montis extrema parte μεταφορικῶς dixerat Cicero. Librarii translationem hanc sibi putarunt explicandam; vix enim est ut tersissimo Scriptori odiosa montis exciderit repetitio. Porro de re ipsa sic Plinius H. N. lib. II. cap. 79. *Præclara quædam esse & immortalis in eo (si credimus) divinitas perhibetur Anaximandro Milesio Physico, quem ferunt Lacedæmoniis prædixisse. ut urbem ac tecta custodirent;* (nisi diversus abit à Tullio, forsan reliquit *fastidirent*;) *instare enim motum terræ, cum & urbs tota eorum corruit, & Taygeti montis magna pars ad formam puppis eminens abrupta.* Nisi fallor, ex male intellecta Ciceronis locutione, montis parti, quæ abrupta est, *puppis* formam tribuit vir ille diligentissimus. *Davis.*

82. *Eheu videte.*] Suum hisce versibus numerum sic restitui posse putat Hadr. Turnebus Adversf. lib. v. cap. 23.

Eheu videte judicavit inclytum
Judicium inter Deas tres aliquis; quo judicio
Lacedæmonia mulier furiarum una adveniet;

virumque doctissimum secutus est D. Lambinus. Quasi scilicet

Inter deas tres aliquis: quo judicio Lacedamonia
Mulier, furiarum una, adveniet.

Eodem enim modo [83] multa à vaticinantibus sæpe prædicta sunt, neque solùm verbis, sed etiam

Versibu', quos olim Fauni vatesque canebant.

115 Similiter [b] Marcius & Publicius vates cecinisse dicuntur. quo è genere, Apollinis operta prolata sunt. Credo etiam anhelitus quosdam fuisse terrarum, quibus inflatæ mentes oracula funderent.

b Martius *alii.*

LI. ATQUE HÆC quidem [c] vatum ratio est: nec dissimilis sanè somniorum. nam quæ vigilantibus accidunt vatibus, eadem nobis dormientibus. viget enim animus in [d] somnis, liberque sensibus [e] ac omni impeditione curarum, jacente & mortuo pænè corpore. Qui quia vixit ab omni æternitate, versatusque est cum innumerabilibus animis, omnia, quæ in natura rerum sunt, videt, si modò temperatis escis modicisque [f] potionibus ita est affectus, ut sopito corpore ipse vigilet. hæc somniantis est divinatio.

c vatium *MSS.*
d somniis *alii.*
e *ita Davis. alii* ab.
f potationibus *alii.*

116 Hîc magna quædam exoritur, neque ea naturalis, sed artificiosa somniorum [g] Antiphonis interpretatio: eodemque modo & oraculorum & vaticinationum. sunt enim [h] explanatores, ut grammatici poëtarum. Nam ut aurum & argentum, æs, ferrum, frustra natura divina genuisset, nisi eadem docuisset, quemadmodum ad eorum venas perveniretur: nec fruges terræ baccasve arborum cum utilitate ulla generi humano dedisset, nisi earum cultus & conditiones tradidisset: [84] ma-

g Antiphontis *alii.*
h explanat. horum omnium, ut *conj. Davis.*

Anapæstico pede concludi possit versus Jambicus! nam voces, *judicio* & *adveniet*, trisyllabas esse, Musis & Apolline prorsus invitis, statuunt. Eos equidem hoc modo disponendos arbitror:

Eheu videte, judicavit inclytum
Judicium inter Deas tris aliquis,
Quo judicio Lacedamonia
Mulier, furiarum una, adveniet.

Primus est Jambicus, reliqui vero tres, Anapæstici. *Davis.*

83. *Multa à vaticinantibus sape pradicta.*] Codex S. Victoris interjicit *vaticinantibus & avantibus.* quod benè mutat in *evantibus* noster Gulielmius. verum Pall. consentiunt cum vulgg. *Grut.* Quem in nomine *Martius* scribendo sequutus non sum, ut nec Victorium aliosque per literam *t*, sed magis Gryphium & similes. qui per *c* conceperunt, quum sic in Livio id exhibeat præstantissimus codex Puteaneus, & hîc de Vossiano idem suppono ex silentio patris. *Graev.*

84. *Ma-*

[i][84] materiave quid juvaret, niſi confectionis ejus fabricam haberemus? ſic cum omni utilitate, quam dii hominibus dederunt, ars aliqua conjuncta eſt, per quam illa utilitas percipi poſſit. Item igitur ſomniis, vaticinationibus, oraculis, quòd erant multa obſcura, multa ambigua, explanationes adhibitæ ſunt interpretum.

P. B. i materia deinde quid alii.

117 Quo modo autem aut vates, aut ſomniantes ea videant, quæ nusquàm etiam tunc ſint, magna quæſtio eſt. Sed explorata ſi ſint ea, quæ antè quæri debeant: ſint hæc, quæ quærimus, faciliora. continet enim totam quæſtionem ea ratio, quæ eſt de natura deorum, quæ à te ſecundo libro explicata dilucidè. Quam ſi obtinemus, ſtabit illud quidem, quod locum hunc continet, de quo agimus, Eſſe deos, & eorum providentiâ mundum adminiſtrari, eosdemque conſulere rebus humanis, nec ſolùm univerſis, verùm etiam ſingulis. Hæc ſi tenemus, quæ mihi quidem non videntur poſſe convelli: profectò hominibus à diis futura ſignificari neceſſe eſt. Sed diſtinguendum videtur, quonam modo.

118 LII. [k] NON PLACET Stoicis, ſingulis jecorum fiſſis, aut avium cantibus intereſſe deum: neque enim decorum eſt, nec diis dignum, nec fieri ullo pacto poteſt: ſed ita à principio inchoatum eſſe mundum, ut certis rebus certa ſigna præcurrerent, alia in extis, alia in avibus, alia in fulguribus, alia in oſtentis, alia in ſtellis, alia

k Nam non Daviſ.

84. *Materia deinde quid juvaret, niſi confectionis ejus fabricam haberemus?*] Meliores libri *confectionis* habent, quemadmodum etiam libro ſecundo de Natura Deorum: *Arborum autem confectione omnique materia & culta & ſylveſtri partim ad calefaciendum corpus igni adhibita, & ad mitigandum cibum utimur, &c.* Eſt autem varius & multiplex hujus verbi uſus apud optimos autores, quemadmodum omnibus notum eſt. Emendavimus etiam, quod nunc mihi ex proxima allegatione ſuccurrit, eorundem librorum autoritate moti in ſecundo libro hujus operis, *mitificato cibo*, ubi antea *modificato* legebatur: vides enim ex hoc loco etiam *Mitigare cibum*, concoquere ſignificare. *Victor. Niſi confectionis ejus fabricam.*] Ita Pall. duo meliores. nam tert. & quart. *confectionis*, quod invenit etiam in S. Victoris Gulielmius, & tantum non probabat. *Gruter. Confectionis ejus fabricam haberemus.*] Pall. tert. quart. Bal. & Reg. repræſentant *confectionis ejus.* Cantabr. aliique MSSti. vulgatum ſervant. Sed nec hæc nec illa lectio, ſana videtur & ſincera. Reſcribendum puto, *confectionibus*, vel *confectionibus, ejus fabricam haberemus*; aliter enim ſenſum nequeo commodum expiſcari. *Daviſ.*

alia in somniantium visis, alia in furentium vocibus. Ea quibus benè percepta sunt, ii non sæpe falluntur. Malè conjecta, maleque interpretata, falsa sunt, non
l inscitiâ alii. rerum vitio, sed interpretum [l] inscientiâ. Hoc autem posito atque concesso, esse quandam vim divinam, hominum vitam continentem: non difficile est, quæ
P. CV. fieri certè videmus, ea qua ratione fiant, suspicari. Nam & ad hostiam deligendam potest dux esse vis quædam
m cum ipsam hostiam Lamb. sentiens, quæ est toto confusa mundo: & tum, [m] ipsam cùm immolare velis, extorum fieri mutatio potest, ut aut absit aliquid, aut supersit. parvis enim momentis multa natura aut affingit, aut mutat, aut detrahit.

119 Quod ne dubitare possimus, maximo est argumento, quod paullo ante interitum Cæsaris contigit: qui cùm immolaret illo die, quo primùm in sella aurea sedit, & cum purpurea veste processit, in extis bovis opimi cor non fuit. Num igitur censes ullum animal, quod sanguinem habeat sine corde esse posse? [85] qua ille rei
n percussus MS. novitate [n] perculsus, cùm Spurinna diceret, timendum esse, ne & consilium, & vita deficeret: earum enim rerum utrumque à corde proficisci: postero die caput in jecore non fuit. quæ quidem illi portendebantur à diis immortalibus, ut videret interitum, non ut caveret. Cum igitur eæ partes in extis non reperiuntur, sine quibus victima illa vivere nequisset, intelligendum est, in ipso immolationis tempore eas partes, quæ absint, interisse.

120 LIII. EADEMQUE efficit in avibus divina mens, ut tum huc, tum illuc volent alites: tum in hac, tum in illa parte se occultent: tum à dextra, tum à sinistra parte canant oscines. Nam si animal omne, ut vult, ita utitur motu sui corporis, prono, obliquo, supino, mem-

85. *Qua ille rei novitate perculsus* —— *postero die caput in jecore non fuit.*] Reg. & Cantab. exhibent, *qua ille rei novitate perculsus est* — *postero vero die caput in jecore non fuit.* Sed illæ voculæ pro Librariorum additamentis sunt habendæ, nec in optimis MSStis. visuntur. Legendum videtur, *qua illo rei novitate perculso* — *postero die caput in jecore non fuit*; nisi forte locutionum sit mistura, qualis in veterum monumentis non est infrequens. Vide doctissimum virum Joan. Clericum Art. Crit. Part. II. S I. cap. X, 10. seqq. & Interpretes ad Æliani V. H. lib. II. cap. II. *Davis.*

86. *Ma-*

membraque quocumque vult flectit, contorquet, porrigit, contrahit; eaque antè efficit pænè, quàm cogitat: quanto id deo est facilius, cujus numini parent omnia?

Idemque mittit & signa nobis ejus generis, qualia 121 permulta historia tradidit; quale scriptum illud videmus: si luna paullo ante solis ortum defecisset in signo leonis, P. B. fore, ut armis Darius, & Persæ ab Alexandro & 86 Macedonibus prœlio vincerentur, Dariusque moreretur: &, si puella nata biceps esset, seditionem in populo fore, corruptelam & adulterium domi: &, si mulier leonem peperisse visa esset, fore, ut ab exteris gentibus vinceretur ea respublica, in qua id contigisset. Ejusdem autem generis etiam illud est, quod scribit Herodotus: Crœsi filium, cùm esset infans, locutum: quo ostento regnum patris & domum funditus concidisse. Caput arsisse Servio Tullio dormienti, quæ historia non prodidit? Ut igitur, qui se tradet [o] quieti, praeparato animo cum bonis cogitationibus, tum rebus ad tranquillitatem accommodatis, certa & vera cernit in somnis, sic castus animus purusque vigilantis, & ad astrorum, & ad avium reliquorumque signorum, & ad extorum veritatem est paratior.

o sta quieti Grut. & alii.

LIV. Hoc nimirum est illud, quod de Socrate ac- 122 cepimus, quodque ab ipso in libris Socraticorum sæpe dicitur, esse divinum quiddam, quod dæmonion appellat, cui semper ipse paruerit, numquam impellenti, sæpe revocanti. Et Socrates quidem, quo quem auctorem meliorem quærimus? Xenophonti consulenti, sequereturne Cyrum, postea quàm exposuit, quæ sibi videbantur, 87 *Et nostrum quidem*, inquit, *humanum est consilium, sed de rebus & obscuris, & incertis ad Apollinem*

86. *Macedonibus vincerentur.*] Vulgg. *Macedonibus prælio vincerentur:* ast, *armis* paullo ante positis, vox illa plane fuit supervacanea; quapropter eam, fide Codicis Baliolensis, delevimus. *Davis.*

87. *Et nostrum quidem.*] Audiatur ipse Xenophon de Exped. Cyri lib. III. cap. I. §. I. Ὁ μέντοι Ξενοφῶν — ἀνακοινοῦται Σωκράτει τῷ Ἀθηναίῳ περὶ τῆς πορείας. Καὶ ὁ Σωκράτης ὑποπτεύσας, μή τι πρὸς τῆς πόλεως οἱ ὑπαίτιον εἴη Κύρῳ φίλον γενέσθαι —— συμβουλεύει τῷ Ξενοφῶντι, ἐλθόντι εἰς Δελφοὺς, ἀνακοινῶσαι τῷ Θεῷ περὶ τῆς πορείας. Hunc locum cum narratione Ciceronis olim contulit Petr. Victorius Var. Lect. lib. VIII. cap. 22. *Davis.*

88. Ocu-

p *referundum* MS. *linem censeo* p *referendum : ad quem etiam Athenienses publicè de majoribus rebus semper retulerunt.*

123 Scriptum est item, cùm Critonis, sui familiaris, [88] oculum q alligatum vidisset, quæsivisse, quid esset: cùm autem ille respondisset, in agro ambulanti ramulum adductum, ut remissus esset, [89] in oculum suum recidisse: tum Socrates, Non enim paruisti mihi revocanti, cùm uterer, qua soleo, præsagitione divina. Idem etiam Socrates, cùm apud Delium malè pugnatum esset, Lachete prætore, fugeretque cum ipso Lachete, ut ventum est in trivium, eâdem, qua ceteri, fugere noluit. quibus quærentibus, cur non eadem via pergeret, deterreri se à deo dixit. tum quidem ii, qui alia via fugerant, in hostium equitatum inciderunt. [90] Permulta collecta sunt ab Antipatro, quæ mirabiliter à Socrate divinata sunt, quæ prætermittam. tibi enim nota sunt: mihi ad commemorandum non necessaria.
124 Illud tamen ejus philosophi magnificum ac penè divinum, quòd, cùm impiis sententiis damnatus esset, æquissimo animo se dixit mori. neque enim domo egredienti, neque illud suggestum, in quo causam dixerat, ascendenti, signum sibi ullum, quod consuesset, à deo, quasi mali alicujus impendentis, datum.

q obligat. *alii.*

P. CVI.

LV. EQUIDEM sic arbitror, etiam si multa fallant eos, qui aut arte, aut conjectura divinare videantur, esse tamen divinationem: homines autem, ut in ceteris artibus, sic in hac posse falli. Potest accidere, ut aliquod signum dubiè datum pro certo sit acceptum: potest aliquod latuisse aut ipsum, aut quod esset illi con-

88. *Oculum adligatum vidisset.*] Lambinus hic *obligatum* frustra reponit, cum receptam lectionem præstent MSSti. & proba sit illa, non minus ac hæc, loquendi ratio. Vide J. F. Gronovium ad Livii VII, 24. *Davis.*

89. *In oculum suum recidisse.*] Vocem penultimam, jubentibus MSStis. revocavimus; nihil enim erat caussæ, cur eam prætermitterent editores. *Idem.*

90. *Permulta collecta.*] Sic legendum conjecit P. Vict. lib. x. Var. lect. cap. 7. recepitque Lambinus & Aldus Nepos. nam priores, *conjecta:* quod & in omnibus nostris mss. *Gruter. Permulta collecta sunt.*] Sic optime Cantab. & Reg. pro varia lectione, quemadmodum primus emendavit Petr. Victorius Var. Lect. lib. x. cap. 7. Nam Bal. noster, omnesque Codices, quos excussere viri docti, conjecta perperam repræsentant. *Davis.*

91. Ve-

contrarium. mihi autem ad hoc, de quo disputo, probandum satis est, non modò plura, sed pauciora, divinè præsensa & prædicta reperiri.

Quin etiam hoc non dubitans dixerim : si unum ali- 125
quid ita sit prædictum præsensumque, ut cùm evenerit, ita cadat ut prædictum sit, neque in eo quidquam casu & fortuitò factum esse appareat, esse certè divinationem, idque [r] esse omnibus confitendum. Quo- [r] esset, *alii.*
circa primùm mihi videtur, ut Posidonius facit, à deo, de quo satis dictum est, deinde à fato, deinde à natura, P. B.
vis omnis divinandi ratioque repetenda. Fieri igitur omnia fato, ratio cogit fateri. Fatum autem id appello, quod Græci εἱμαρμένην, id est, ordinem seriemque causarum, cùm causa causæ nexa rem ex se gignat. ea est ex omni æternitate fluens veritas sempiterna. Quod cùm ita sit, nihil est factum, quod non futurum fuerit, eodemque modo nihil est futurum, cujus non causas, idipsum efficientes, natura contineat.

Ex quo intelligitur, ut fatum sit non id, quod super- 126
stitiosè, sed id quod physicè dicitur, causa æterna rerum, cur & ea, quæ præterierunt, facta sint, &, quæ instant, fiant, &, quæ sequuntur, futura sint. ita fit, [s] ut observatione notari possit, quæ res quamque cau- [s] *alii* ut observ.
sam plerumque consequatur, etiam si non semper. nam id quidem affirmare difficile est. Easdemque causas 91 verisimile est rerum futurarum cerni ab iis, qui aut per furorem eas aut in quiete videant.

LVI. Præterea cùm fato omnia fiant (id quod 127
alio loco ostendetur) si quis [t] mortalis possit esse, qui [t] modo talis *alii.*
colligationem causarum omnium perspiciat animo, nihil eum profectò fallat. qui enim teneat causas rerum futurarum, idem necesse est omnia teneat, quæ futura sint. Quod cùm nemo facere, nisi deus, possit, relinquendum est homini, ut signis quibusdam, consequentia declarantibus, futura præsentiat. non enim illa quæ futura sunt, subito exsistunt, sed est, quasi rudentis explicatio, sic traductio temporis nihil novi efficientis, & primum quidque replicantis. Quod & ii vident, quibus naturalis divinatio data est : & ii, quibus cursus re-

91. *Verisimile est.*] Ordinem verborum & sententiam secuti sic emendavimus: cùm antea legeretur, *verisimilis*, P. Manut.

92. *Non*

rerum observando notatus est. qui etsi causas ipsas non cernunt, signa tamen causarum & notas cernunt: ad
P. CVII. quas, adhibitâ memoriâ & diligentiâ, ex monumentis superiorum efficitur ea divinatio, quæ artificiosa dicitur, extorum, fulgurum, ostentorum signorumque cælestium.

128 [92] Non est igitur, ut mirandum sit, ea præsentiri à divinantibus, quæ nusquam sint. sunt enim omnia, sed tempore absunt. Atque ut in seminibus vis inest earum rerum, quæ ex iis progignuntur, sic in causis conditæ sunt res futuræ, quas esse futuras aut concitata mens, aut soluta somno, cernit: aut ratio, aut conjectura præsentit. Atque ut ii, qui solis & lunæ reliquorumque siderum ortus, obitus motusque cognorunt, quo quidque tempore eorum futurum sit, multo antè prædicunt, sic qui cursum rerum, eventorumque consequentiam [93] diuturnitate pertractata notaverunt, aut semper, aut, si id difficile est, plerumque; quòd si ne id quidem conceditur, nonnumquam certè, quid futurum sit, intelligunt. Atque hæc quidem, & quædam hujusmodi argumenta, cur sit divinatio, ducuntur à fato.

129 LVII. A NATURA autem alia quædam ratio est: quæ docet, quanta sit animi vis sejuncta à corporis sen-

92. *Non est igitur, ut mirandum sit.*] Si hic locus emendatus est, ita dictum à Cicerone, *non est ut*, ut ab Horatio in Epist. ad Iccium:

——— *Non est, ut copia major*
Ab Jove donari possit tibi ———

& à Græcis, οὐκ ἔστιν, ὅπως. Quod si aliter à Cicerone scriptum est, ita scriptum est: *Non est igitur, cur mirandum sit, seu. non est igitur, quod mirandum sit &c.* Lambin. *Non est igitur ut mirandum sit.*] Tolle, *ut*, item *sit*, nihil tamen defuerit sententiæ. *Gruter.*

93. *Diuturnitate pertractata.*] Quæ sit hujusce φράσεως mens, ego sane non intelligo, nisi forsan velit Cicero *diuturnitatem fuisse pertractatam*, lectis commentariis, in quibus eventorum longam seriem tradiderint varii scriptores. Si mei tamen arbitrii res esset, potius legerem *diuturna pertractatione*; nam simili modo loqui solet noster. Supra cap. 49. *Adfert autem vetustas omnibus in rebus longinqua observatione incredibilem scientiam — cum quid ex quoque eveniat, & quid quamque rem significet, crebra animadversione perspectum est.* Et lib. II. cap. II. *Artificiosum constare partim ex conjectura, partim ex observatione diuturna.* Adi sis & cap. 12. *Davis.*

94. At

ſenſibus : quod maximè contingit aut dormientibus, aut mente permotis. Ut enim deorum animi ſine oculis, ſine auribus, ſine lingua ſentiunt inter ſe, quid quisque ſentiat : ex quo fit, ut homines, etiam cùm taciti [v] optent quid, aut voveant, non dubitent, quin dii illud exaudiant : ſic animi hominum, cùm aut ſomno ſoluti vacant corpore, [94] aut mente permoti per ſe ipſi liberi incitati moventur, cernunt ea, quæ [95] permiſti cum corpore animi videre non poſſunt.

v alii optant aliq. a. vovent.

130 Atque hanc quidem rationem naturæ difficile eſt fortaſſe traducere ad id genus divinationis, quod ex arte profectum dicimus : ſed tamen [96] id quoque rimatur quantum poteſt? Poſidonius eſſe cenſet in natura ſigna quædam rerum futurarum. [97] Etenim Ceos accepimus or-

P. B.

94. *Aut mente permoti.*] Quid ſint *animi hominum mente permoti*, me quidem fugit ; ſaltem loquendi ratio per eſt incommoda. Reſcribendum videtur, *aut in mente permotis per ſe ipſi libere incitati moventur.* Ita ſane ſenſus exſurgit rei congruus. *Daviſ.*

95 *Permiſti cum corpore animi.*] Nihil muto, neque mutandum cenſeo : fuit tamen, cùm dictionem, *animi*, crederem abundare. *P. Manut.*

96. *Id quoque rimatur, quantum poteſt. Poſidonius eſſe cenſet.*] Sic edidere Victorius & Gruterus, nec abeunt noſtri Codices, niſi quod, ordine verborum mutato, repræſentent, *id quoque, quantum poteſt, rimatur.* Mihi tamen perſuadere non poſſum, quin vitio laborent verba. Vett. editi dant, *id quoque rimatur, quantum poteſt, Poſidonius, cum eſſe cenſet* ; quod longe melius. At locus, ut opinor, perpurgatus eſſet, ſi modo reſcriberetur, *id quoque, quantum poteſt, conatur Poſidonius* ; *cum eſſe* (vel *eſſe enim*) *cenſet in natura ſigna quædam rerum futurarum.* Senſus eſt apertus reique conveniens. *Daviſ.*

97. *Ut enim Ceos.*] Particulæ *ut* non video quid reſpondeat. omnino in Ciceronis ſcriptis nonnulla deprehenduntur, quæ non habent quò referantur : ſed utrum id ſcriptoris, an librariorum vitio ſit aſſignandum ignoro. hic quidem unius literæ mutatione reſtitui poterit, *Etenim Cëos.* P. Manut. *Etenim Ceos accepimus ortum Canicula.*] Vulgg. *ut enim* ; ſed nos Paulli Manutii conjecturam recepimus, quam res ipſa poſtulat, & MSStorum. Reg. & Cantab. firmat auctoritas. Ceos vero κατ' ἐνιαυτὸν μεθ' ὅπλων ἐπιτηρεῖν τῦ Κυνὸς, καὶ θύειν αὐτῷ tradit Scholiaſtes Apollonii Rhodij ad lib. II, 500, 528. ubi late narratur hiſtoria, quæ rei dedit originem. Eandem referunt Diodorus Siculus Bibl. lib IV. pag. 281 Hyginus Poët. Aſtron lib. II. cap. 4. aliique. Vide Cl. Salmaſium Exercit. Plin. pag. 144. Pari modò κατὰ τὴν τούτȣ τῦ ἄςρου (Caniculæ) ἀνατολὴν, συμειούμεθα (nos Ægyptii) περὶ πάντων τῶν ἐν τῷ ἐνιαυτῷ μελλόντων τελεῖσθαι, ut ait Horus Apollo Hier. 3. *Daviſ.*

98. Na-

x observare *alii.*

y *alii non habent* &.

ortum caniculæ diligenter quotannis solere [x] servare, conjecturamque capere, ut scribit Ponticus Heraclides, salubrisne, an pestilens annus futurus sit. nam si obscurior [y] & quasi caliginosa stella exstiterit, pingue & concretum esse cœlum, ut ejus adspiratio gravis & pestilens futura sit: sin illustris & perlucida stella apparuerit, significari cœlum esse tenue purumque, & propterea salubre.

131 Democritus autem censet sapienter instituisse veteres, ut hostiarum immolatarum inspicerentur exta, quorum ex habitu atque ex colore tum salubritatis tum pestilentiæ signa percipi; nonnunquam etiam quæ sit vel sterilitas agrorum vel fertilitas futura. quæ si à naturâ profecta observatio atque usus agnovit; multa afferre potuit dies, quæ animadvertendo notarentur: ut ille Pacuvianus, qui in Chryse physicus inducitur, minimè [98] naturam rerum cognosse videatur.

Nam istis, qui linguam avium intelligunt,
Plusque ex alieno jecore sapiunt, quàm ex suo,
Magis audiendum, quàm auscultandum censeo.

z dicat *alii.*

Cur quæso? cùm ipse, paucis interpositis versibus, [z] dicas satis luculentè:

Quidquid est hoc, omnia animat, format, alit, auget, creat,
Sepelit, recipitque in sese omnia: omniumque idem est pater;
[99] *Indidemque eadem, quæ oriuntur, de integro, atque eodem occidunt.*

[1] Quid est igitur, cur, cùm domus sit omnium una, [a] ca-

98. *Naturam rerum cognoscere.*] Plane MS. Vossian. *cognosse.* quod quis credat non etiam in aliis MSS. exstitisse, qui tot inspecti fuerunt? Certe ausus fui admittere. *Gronov.*

99. *Indidemque eadem quæ oriuntur.*] Gulielmius castigat, *Indidemque eademque oriuntur &c.* Gruter.

1. *Quid est igitur, cum domus — cur ii.*] Vulgg. *quid est igitur cur, cum domus — cur ii*; ubi vocem quartam abundare satis patet. Nos igitur eam, jubentibus MSStis. Reg. & Cantab. delevimus; ac ita faciendum putavit Aldus nepos. Mundum vero, *domum esse Deorum hominumque*, non raro docent Auctores. Maximus Tyrius Diss. III. pag. 34. Οἶκος οὗτος εἷς θεῶν καὶ ἀνθρώπων, ὐρανὸς καὶ γῆ. Vide scriptorem vitæ Homericæ inter Opuscula Galeana pag. 339. Nostrum de Legg lib. 1. cap. 7. Lactantium

eaque communis, cumque animi hominum semper a unaque
ierint futurique sint, cur [b] ii, quid ex quoque eveniat, *alii.*
t quid quamque rem significet, perspicere non possint? P. CVIII.
LVIII. HAEC habui, [c] inquit, de divinatione quae b quidem *Lamb.*
icerem. Nunc illa testabor, non me sortilegos, neque 132
os, qui quaestûs causâ hariolentur, [2] ne psychomantia c inquit
uidem, quibus Appius amicus tuus uti solebat, agno- *deest in MS.*
ere.

Non habeo [d] *denique nauci* [e] *Marsum augurem*, d *dein* conj. Davis.
[3] *Non vicanos haruspices, non de circo astrologos*,
[4] *Non Isiacos conjectores, non interpretes somnium.* e *Marcium* alii.
[5] *Non enim sunt ii* [f] *scientia, aut arte divini*, f *arte divini, aut scientia* Lamb.
Sed superstitiosi vates impudentesque harioli.
Aut inertes, aut insani, aut quibus egestas imperat:
Qui sibi semitam non sapiunt, alteri monstrant viam:
Quibus divitias pollicentur, ab iis drachmam ipsi petunt.
De his divitiis sibi deducant drachmam, reddant cetera.

tque haec quidem Ennius, qui paucis antè versibus
sse deos censet, sed eos non curare opinatur, quid
agat

m Div. Inst. lib. II. cap. 5. 37, 41. & Just. Lipsium Phys. Stoi-
lib. II. Diss. 7. *Davis.*

2. *Nec psychomantia quidem.*] Sic ex Victorio Gruterus, quum yphius *ne psychomantiam quidem* ediderit, Gothofredus *ne psymantia quidem*, quod non fuit causa, cur mutaretur. *Gronov.*

3. *Non vicanos haruspices.*] G. J. Vossius ad Fragm. Trag. pag. 28. nc versum sic refingit:

Non Astrologos de Circo, non vicanos haruspices.

tius rescripserim:

Non haruspices vicanos, non de Circo Astrologos.

etrum quidem satis est concinnum (quod in Vossiana ratione fit us) si modo *Astrologos* apud veteres secundam syllabam detur duxisse. Nec obstat sane, quod ἀςρόλογοι dicunt Graeci; paer enim iis est πρόλογος, prima tamen apud Terentium perpetuo longa. *Davis.*

4. *Non Isiacos conjectores.*] Hunc & sequentem versum sic con-nos:

Non Isiacos conjectores, somniûmve interpretes.
Non enim sunt illi aut arte divini aut scientia.

fere vult etiam G. J. Vossius ad Fragm. Trag. pag. 28. *Davis.*

5. *Non enim sunt ii aut &c.*] Gulielmio versus iste habebatur Versus, sed interlocutio Quinti. *Grüter.*

6. *Esse Deos censet.*] Ennii versus se habent:

Ego Deûm genus esse semper dixi & dicam caelitum:

agat humanum genus. Ego autem, qui & curare arbitror, & monere etiam, ac multa prædicere, levitate, vanitate, 7 malitia exclusa, divinationem probo. Quæ cùm dixisset Quintus, Præclarè tu quidem, inquam, paratus.

Desunt pauca quædam.

Sed eos non curare opinor, quid agat humanum genus;
Nam si curent, bene bonis sit, male malis; quod nunc abest.
Hic exstat lib. III. N. D. cap. 32. illi vero lib. II. de Div. cap. 50. Vide Lactantium Div. Inst. lib. V. cap. 10, 12. & Manilium lib. IV. 94. seqq. *Davis.*

7. *Malitia exclusa.*] Pall. Bal. & Victor. habent *malitia exclusam divinationem*, quod revocandum censuit Janus Gruterus. Immerito quidem & præter mentem Ciceronis. Certe vulgatam lectionem (quam sagaci conjectura primus eruit Hadr. Turnebus Adverss. lib. V. cap. 23.) MSSti. Reg. & Cantab. exhibent. *Davis.*

P. B.

M. TULLII CICERONIS DE DIVINATIONE,

LIBER SECUNDUS.

ARGUMENTUM.

M. Cic. Academicam personam sustinens Stoicorum argumenta refutat argumentis, exempla exemplis, ut divinatione in dubium revocata cuique liberum sit de ea arbitrari quidquid verisimile videatur.

I.  QUærenti mihi, multumque & diu cogitanti, quanam re possem prodesse quàm plurimis, ne quando intermitterem consulere reipublicæ, nulla major occurrebat, quàm si optimarum artium vias traderem meis civibus: quod compluribus jam libris me arbitror consecutum. Nam & cohor-

hortati sumus, ut maximè potuimus, ad philosophiæ studium eo libro qui est inscriptus Hortensius, & quod genus philosophandi minimè arrogans, maximeque & constans, & elegans arbitraremur, quattuor Academicis libris ostendimus.

2 Cumque fundamentum esset philosophiæ positum in finibus bonorum & malorum, [a] perpurgatus est is locus à nobis quinque libris, ut, quid à quoque, & quid contra quemque philosophum diceretur, intelligi posset. Totidem subsecuti libri Tusculanarum Disputationum res ad beatè vivendum maximè necessarias aperuerunt. primus enim est de contemnenda morte: secundus de tolerando dolore: de ægritudine lenienda tertius: quartus de reliquis animi perturbationibus: quintus eum locum complexus est, qui totam philosophiam maximè illustrat. docet enim, ad beatè vivendum virtutem se ipsa esse contentam.

a *alii* pertractatus.

3 Quibus rebus editis, tres libri perfecti sunt de Natura Deorum: in quibus omnis ejus loci quæstio continetur. quæ ut plenè esset cumulatéque perfecta, de divinatione ingressi sumus his libris scribere. quibus (ut est in animo) de Fato si adjunxerimus, erit abundè satisfactum toti huic quæstioni. Atque his libris annumerandi sunt sex de Republica, quos tunc scripsimus, cùm gubernacula reipublicæ tenebamus. magnus locus, philosophiæque proprius, à Platone, Aristotele, Theophrasto, totaque Peripateticorum familia tractatus uberrimè. Nam quid ego de Consolatione dicam? quæ mihi quidem ipsi sanè aliquantum medetur. [1] ceteris item multùm illam profuturam puto. [2] interjectus est etiam nuper

P. CIX.

1. *Ceteris item multum.*] Cum superius dixerit, *quæ mihi quidem ipsi sane aliquantum medetur*, hic omnino legendum, *ceteris autem multum illam profuturam puto:* alioquin enim vitiosa est oratio. Alibi quoque confusæ sunt à Librariis hæ voculæ. Sic apud nostrum de Offic. lib. 1. cap. 4. *Principio generi animantium omni est à natura tributum, ut se, vitam corpusque tueatur — Commune autem animantium omnium est conjunctionis appetitus.* Leg. *item*; res enim enumerat Cicero, quæ cunctis competunt animalibus. *Davis.*

2. *Interjectus est etiam nuper liber is.*] Vocabulum *liber* addidimus, secuti mss. & editionem Victorii. supra etiam iisdem volentibus scripsimus, *multùm illam profuturam*; cùm pronomen id abesset vulgo publicatis. *Gruter.*

per liber is, quem ad nostrum Atticum de Senectute misimus. In primisque, quoniam philosophiâ vir bonus efficitur, & fortis, Cato noster in horum librorum numero ponendus est.

4 Cúmque Aristoteles, itemque Theophrastus, excellentes viri cùm subtilitate, tum copia, cum philosophia dicendi etiam præcepta conjunxerint, nostri quoque Oratorii libri in eundem numerum referendi videntur. ita tres erunt de Oratore: quartus, Brutus: quintus, Orator.

b *alii* acri. c qua *conj.* *Lamb.*

II. Adhuc hæc erant. ad reliqua [b] alacri tendebamus animo, sic parati, ut, nisi [c] quæ causa gravior obstitisset, nullum philosophiæ locum esse pateremur, qui non Latinis literis illustratus pateret. Quod enim munus reipublicæ afferre majus meliusve possumus, quàm si docemus atque erudimus juventutem? his præsertim moribus atque temporibus: quibus ita prolapsa est, ut omnium opibus refrenanda ac coercenda sit.

5 Nec verò id effici posse confido, quod ne postulandum quidem est, ut omnes adolescentes se ad hæc studia convertant. pauci utinam! quorum tamen in republica latè patere poterit industria. Equidem ex his etiam fructum capio laboris mei, qui jam ætate provecti in nostris libris acquiescunt: 3 quorum studio legendi meum scribendi studium vehementius indies incitatur: quos quidem plures, quàm rebar, esse cognovi. Magnificum illud etiam, Romanisque hominibus gloriosum, ut Græcis de philosophia litteris non egeant. Quod assequar profectò, si instituta perfecero.

P. B.

6 Ac mihi quidem explicandæ philosophiæ causam attulit gravis casus civitatis, cùm in armis civilibus nec tueri meo more rempublicam, nec nihil agere poteram; nec, quid potius, quod quidem me dignum esset, agerem, reperiebam. Dabunt igitur mihi veniam mei cives, vel gratiam potiùs habebunt, quòd, cùm esset in unius

3. *Quorum studio — incitatur.*] In editis Nonii libris, ut & in MSto. Harleiano, ad vocem *citare* sic laudatur hicce locus: *quorum studium legendi non scribendi studium vehementius indies citant.* Lege *meum scribendi studium — citat.* Verum scripturam, quam præ se ferunt Ciceronis, Nonianâ meliorem censeo. *Davis.*

4. Cùm

unius potestate respublica, neque ego me abdidi, neque deserui, neque afflixi, neque ita gessi, quasi homini aut temporibus iratus: neque ita porrò aut adulatus, aut admiratus fortunam sum alterius, ut me [d] mei pœniteret. id enim ipsum à Platone, philosophiaque didiceram, naturales esse quasdam conversiones rerum publicarum, ut eæ tum à principibus tenerentur, tum à populis, aliquando à singulis.

d meæ *alii.*

Quod cùm accidisset nostræ reipublicæ, tum pristinis 7
orbati muneribus hæc studia renovare cœpimus, ut & animus molestiis hac potissimùm re levaretur, & prodessemus civibus nostris qua re cumque possemus. In libris enim sententiam dicebamus, concionabamur, philosophiam nobis pro reipublicæ procuratione substitutam putabamus. Nunc, quoniam de republica 4 consuli cœpti sumus, [e] tribuenda est opera reipublicæ, vel omnis potiùs in ea cogitatio & cura ponenda: tantum huic studio relinquendum, quantum vacabit à publico officio & munere. Sed hæc aliàs pluribus: nunc ad institutam disputationem revertamur.

e danda *alii.*

III. NAM CÙM de divinatione Quintus frater ea 8
disseruisset, quæ superiore libro scripta sunt, satisque ambulatum videretur, tum in bibliotheca, quæ in Lyceo est, assedimus. Atque ego, Accuratè tu quidem, inquam, Quinte, & Stoicè Stoicorum sententiam defendisti: quodque me maximè delectat, plurimis nostris exemplis usus es, & iis quidem claris & illustribus. Dicendum est mihi igitur ad ea, quæ sunt à te dicta, sed ita, nihil ut affirmem, quæram omnia, dubitans plerumque, & mihi ipse diffidens. si enim aliquid certi haberem, quod dicerem; ego ipse divinarem, qui esse divinationem nego.

P. CX.

Etenim me movet illud, quod in primis Carneades 9
quærere solebat, quarumnam rerum divinatio esset: [f] earumne, quæ sensibus perciperentur? At eas quidem cernimus, audimus, gustamus, olfacimus, tangimus. Numquid ergo in iis rebus est, quod provisione, 5 aut per-

f earumne divinationem non esse *conj. Lamb.*

4. *Consuli cœpimus.*] Veneti, *consuli cœpti sumus.* Quæ figura & alibi reperitur in scriptis Ciceronis. *Camerar.*

5. *Aut permotione.*] Nunquam dubitavi, quin vera scriptura fuisset *prænotione*, de qua illa fluxisset; neque nunc sane mutare sententiam possum. *Idem.*

 6. *Aut*

permotione mentis magis quàm naturâ ipsâ sentiamus? [6]aut nescio quî ille divinus, si oculis captus sit, ut Tiresias fuit, possit, quæ alba sint, quæ nigra, dicere? aut, si surdus sit, varietates vocum, aut modos noscere? Ad nullam igitur earum rerum, quæ sensu [g]accipiuntur, divinatio adhibetur. Atqui ne in iis quidem rebus, quæ arte tractantur, divinatione opus est. Etenim ad ægros non vates, aut hariolos, sed medicos solemus adducere. Nec verò, qui fidibus, aut tibiis uti volunt, ab haruspicibus accipiunt earum tractationem, sed à musicis.

g percipiuntur *alii.*

10 Eadem in litteris ratio est, reliquisque rebus, quarum est disciplina. Num censes eos, qui divinare dicuntur, posse respondere, sol majorne, quàm terra sit? an tantus, quantus videatur? [h]lunaque suo lumine, an solis, utatur? sol, luna, quem motum habeant? quem quinque stellæ, quæ errare dicuntur? nec hæc, qui divini habentur, profitentur se esse dicturos; nec eorum, quæ in geometria describuntur, quæ vera, quæ falsa sint; sunt enim ea mathematicorum, non hariolorum.

h luna *Davis.*

P. B.

IV. De illis verò rebus, quæ in philosophia versantur, numquid est, quod quisquam divinorum aut respondere soleat, aut consuli, quid bonum sit, quid malum, quid neutrum? sunt enim hæc propria philosophorum.

11 Quid de officio? num quis haruspicem [i]consuluit, quemadmodum sit cum parentibus, cum fratribus, cum amicis vivendum? quemadmodum utendum pecunia? quemadmodum honore? quemadmodum imperio? ad sapientes hæc, non ad divinos referri solent. Quid? quæ à dialecticis aut physicis tractantur, num quis eorum divinare potest, unusne mundus sit, an plures? quæ sint initia rerum, ex quibus nascuntur omnia? physicorum est ista prudentia. [7]Quo modo, aut

i consulit *Davis.*

6. *Aut num nescio quî ille divinus.*] Ita est in manuscripto, cum in impressis desit particula *num*, alioqui necessaria, ut videtur. *Ursin.*

7. *Quomodo aut mentientem.*] Sic editio Victorii & Pith. & Pal. sec. nam pr. *aut ementientem*, tert. *autem non mentientem.* quart. *aut non ment.* vulgati, *quomodo autem ment.* Gruter. *Quomodo autem mentientem.*] Vulgg. *aut mentientem.* Ac cum Pal. primus dederit *aut ementientem*; tert. & omnes nostri, *quomodo autem non mentientem*, à me recepta est ea, quam tot Codices suasere, lectio. De men-

aut mentientem, quem ψευδόμενον vocant, dissolvas? aut quemadmodum soriti resistas? quem, si necesse sit, Latino verbo liceat acervalem appellare: sed nihil opus est: ut enim ipsa philosophia, & multa verba Græcorum, sic sorites satis Latino sermone tritus est. Ergo hæc quoque dialectici dicent, non divini. Quid? cùm quæritur, qui sit optimus reipublicæ status, quæ leges, qui mores aut utiles aut inutiles, haruspicesne ex Etruria [k] arcessentur, an principes statuent & delecti viri, periti rerum civilium?

[k] accersentur *alii.*

12 Quòd si nec earum rerum, quæ subjectæ sensibus sunt, ulla divinatio est: nec earum, quæ artibus continentur: nec earum, quæ in philosophia disseruntur: nec earum, quæ in republica versantur: quarum rerum sit, nihil prorsus intelligo. nam aut omnium debet esse, aut aliqua ei materia danda est, in qua versari possit. P. CXL sed nec omnium divinatio est, ut ratio docuit: nec locus, nec materia invenitur, cui divinationem præficere possimus. vide igitur, ne nulla sit divinatio.

V. [8] EST QUIDAM Græcus vulgaris in hanc sententiam versus:

[9] *Bene qui conjiciet, vatem hunc* [l] *perhibebo optimum.*

Num igitur, aut quæ tempestas impendeat, vates melius conjiciet, quàm gubernator; aut morbi naturam acutiùs, quàm medicus; aut belli administrationem prudentiùs, quàm imperator, conjectura assequetur?

[l] *perhibeto* alii. *perhibeo* MS.

13 Sed animadverti, Quinte, te cautè & ab iis conjecturis, quæ haberent artem atque prudentiam, & ab iis rebus, quæ sensibus aut artificiis perciperentur, abducere divinationem; eamque ita definire, Divinationem esse

mentiente & sorite videas licet Æg. Menagium ad Diogenis Laertii lib. II. §. 108. *Davis.*

8. *Est quidem Græcus vulgaris.*] In manuscripto est *quidam* pro *quidem.* Ursin. *Est quidam Græcus vulgaris in hanc sententiam.*] Sic meliores Palatini ed. que Victorii. nam tert. & quart. non habent illud *Græcus*, abestque codici S. Victoris. at Pithœanus destituitur illo *vulgaris.* lectio communis, *Est quidem Gr. vulg. &c.* Gruter.

9. *Bene qui conjiciet, vatem hunc perhibebo optimum.*] Alii *perhibeto*, eodem sensu. Græcus autem est versus Euripidis apud Plutarchum: Μάντις ἄριστος, ὅστις εἰκάζει καλῶς. Camerar. *Bene qui conjiciet.*] Euripidis erat versiculus:

Μάντις γ' ἄριστος, ὅστις εἰκάζει καλῶς.

Vide Plutarchum de Orac. Defect. Orac. p. 432. *Davis.*

 10. *Vel*

esse earum rerum prædictionem & præsensionem, quæ essent fortuitæ. Primùm eodem revolveris. nam & medici, & gubernatoris, & imperatoris præsensio est rerum fortuitarum. Num igitur aut haruspex, aut augur, aut vates quis, aut somnians meliùs conjecerit, aut è morbo evasurum ægrotum, aut è [m] periculo navem, aut ex insidiis exercitum; quàm medicus, quàm gubernator, quàm imperator?

m scopulo alii.

14 Atqui ne illa quidem divinantis esse dicebas: ventos, aut imbres impendentes quibusdam præsentire signis. in quo nostra quædam Aratea memoriter à te pronuntiata sunt. etsi hæc ipsa fortuita sunt. plerumque enim non semper eveniunt. Quæ est igitur, aut ubi versatur fortuitarum rerum præsensio, quam divinationem vocas? quæ enim præsentiri aut arte, aut ratione, aut usu, aut conjecturâ possunt, ea non divinis tribuenda putas, sed peritis. Ita relinquitur, ut ea fortuita divinari possint, quæ nulla nec arte, nec sapientiâ provideri possunt: ut, si quis M. Marcellum illum, qui ter consul fuit, multis annis antè dixisset naufragio esse periturum; divinasset profectò. nulla enim arte alia id, nec sapientia scire potuisset. Talium ergo rerum, quæ in fortuna positæ sunt, præsensio, divinatio est.

P. B.

15 VI. Potestne igitur earum rerum, quæ nihil habent rationis, quare futuræ sint, ulla esse præsensio? quid est enim aliud fors, quid fortuna, quid casus, quid eventus, nisi cùm sic aliquid cecidit, sic evenit, ut [10] vel non cadere atque evenire, vel aliter cadere atque evenire potuerit? quo modo ergo id, quod temere fit cæco casu, & [11] volubilitate fortunæ, præsentiri & prædici potest?

Me-

10. *Vel non cadere atque evenire.*] Pall. meliores, hoc est. pr. & sec. nihil horum habent, neque agnoscunt membranæ Pithœi. equidem vel ea propter suspecta mihi sunt. *Gruter.* *Vel non cadere atque evenire.*] Hasce voces prætermittunt Pith. & Pall. prim. sec. quapropter eas a mala manu fuisse suspicatus est Gruterus. At in reliquis comparent MSStis, & sensui complendo sunt necessariæ, quas ob causas omnino sunt retinendæ. Quid de fortuna statuerint philosophi, videre licet apud Plutarchum de Placit. lib. I. cap. 29. & Theodoretum Therap. VI. p. 87. *Davis.*

11. *Volubilitate fortunæ.*] Liber S. Victoris *nobilitate.* quod mutat in *mobilitate* Gulielmius. sed malim alterum, firmatum omnibus Palatinis. *Gruter.*

12. Qui

Medicus morbum ingravescentem ratione providet, 16
insidias imperator, tempestates gubernator. & tamen hi ipsi sæpe falluntur, qui nihil sine certa ratione opinantur. ut agricola cùm florem oleæ videt, baccam quoque se visurum putat: non sine ratione ille quidem; sed nonnumquam tamen fallitur. Quòd si falluntur ii, qui nihil sine aliqua probabili conjectura ac ratione dicunt: quid existimandum est de conjectura eorum, qui extis, aut avibus, aut ostentis, aut oraculis, aut somniis futura præsentiunt? Nondum dico, quàm hæc signa nulla sint, fissum jecoris, corvi cantus, volatus aquilæ, stellæ trajectio, voces furentium, sortes, somnia: de quibus singulis dicam suo loco: nunc de universis.

Quî potest provideri, quidquam futurum esse, quod 17
neque causam habet ullam, neque notam, cur futurum sit? solis defectiones, itemque lunæ, prædicuntur in multos annos ab iis, qui siderum [n] cursus & motus numeris persequuntur. ea enim prædicunt, quæ naturæ necessitas perfectura est. Vident ex constantissimo motu lunæ, quando illa è regione solis [o] facta [p] incurrat in umbram terræ, quæ est meta noctis, ut eam obscurari necesse sit: quandoque eadem luna subjecta atque opposita soli, nostris oculis ejus lumen obscuret: quo in signo quæque errantium stellarum, quoque tempore futura sit, qui exortus quoque die signi alicujus, aut qui occasus futurus sit. hæc qui ante dicunt, quam rationem sequantur, vides.

n cursus & deest in MSS.

P. CXII.

o posita conj. Lamb.

p incurrit alii.

VII. [12] QUI THESAURUM inventurum, aut he- 18
reditatem venturam dicunt, quid sequuntur? aut in qua rerum natura inest, id futurum? quod si [q] hæc eaque quæ sunt ejusdem generis, habent aliquam talem necessi-

q ea quæ sunt alii.

12. *Qui thesaurum inventurum.*] Subintellige, *alicujus*, vel *aliquem*, inquit Gulielmius. Lambinus quamvis libris omnibus reclamantibus reposuit, *inventum iri*. Gruter. Davisius Reg. & Cantab. Codd. secutus dedit *inveniendum*, malè si quid dijudico, & contra Ciceronis genium & accuratam scribendi rationem. Non negaverim, quod multis ostendit Davisius, participium passivi futurum, ut Grammatici loquuntur, interdum adhiberi pro futuro infinitivi, sed pro eo quod dubium aliquid innuit, & significat quid fortè posse fieri aut non fieri, unquam poni, quemadmodum hoc loco poneretur, id vero pernego. Semper adhibetur de eo quod certò est futurum. *Verburg.*

cessitatem; quid est tandem, quod casu fieri, aut forte fortuna putemus? nihil enim est tam contrarium rationi & constantiæ, quàm fortuna: ut mihi ne in deum quidem cadere videatur, ut sciat, quid casu & fortuitò futurum sit. Si enim scit, certè illud eveniet. sin certè eveniet, nulla fortuna est. est autem fortuna. rerum igitur fortuitarum nulla est præsensio.

19 Aut si negas esse fortunam, & omnia, quæ fiunt, quæque futura sunt, ex omni æternitate definita dicis esse fataliter: muta definitionem divinationis, quam dicebas præsensionem esse rerum fortuitarum. Si enim nihil fieri potest, nihil accidere, nihil evenire, nisi quod ab omni æternitate certum fuerit esse futurum rato tempore: quæ potest esse fortuna? qua sublata, qui locus est divinationi? quæ à te fortuitarum rerum est dicta præsensio. quamquam dicebas, omnia, quæ fierent futurave essent, fato contineri. [13] Anile sanè & plenum superstitionis fati nomen ipsum. sed tamen apud Stoicos de isto fato multa dicuntur, de quo aliàs: P. B. nunc quod necesse est. Si omnia fato: quid mihi divinatio prodest?

20 VIII. Quod enim is, qui divinat, prædicit, id verò futurum est: ut ne illud quidem sciam quale sit, quod Dejotarum, [r] necessarium nostrum, ex itinere aquila revocavit. qui nisi revertisset, in eo conclavi ei cubandum fuisset, quod proxima nocte corruit. ruinâ igitur oppressus esset. At id [s] neque si fatum fuerat, effugisset: nec, si non fuerat, in eum casum incidisset. Quid

r familiarem *alii.*

s nec *conj. Lamb.*

13. *Anilis sane plenum superstitionis.*] Sic legendum putant, *anilis sane plenum superstitionis:* non, ut vulgo, *anile sane & plenum superstitionis, fati nomen ipsum.* Lambin. *Anile sane & plenum superstitionis, fati nomen.*] Hanc lectionem retinent omnes MSSti, nec idoneam sane caussam video, cur mutetur; nam *anile* quidem, vanum & stultum est Fati nomen. *Fati nomen*, inquit Augustinus lib. v. C. D. cap. 9. *nos abhorremus, præcipue propter vocabulum, quod non in re vera consuevit intelligi.* Recte Maximus Tyrius Diss. III. pag. 36. Ἔοικε δὲ καὶ ταυτὶ τὰ ὀνόματα (μοῖρα, πεπρωμένη, aliaque similia) εἶναι μοχθηρίας ἀνθρωπίνης εὔφημοι ἀποστροφαὶ, ἀναθέντων αὐτῆς τὴν αἰτίαν τῷ δαιμονίῳ καὶ ταῖς Μοίραις, καὶ ταῖς Ἐριννύσιν. Recte etiam Sallustins de Diis & Mundo cap. 11. pag. 261. Ἀδικίας τε καὶ ἀσελγείας ἐκ τῆς εἱμαρμένης διδόναι, ἡμᾶς μὲν ἀγαθοὺς, τοὺς δὲ θεοὺς ποιεῖν ἐστὶ κακούς. Vide quæ disserit Oenomaus apud Eusebium Præp. Evang. lib. vi. cap. 7. & apud Theodoretum Therap. vi. pag. 86. *Daviſ.*

14. *Ant*

Quid ergo adjuvat divinatio? aut quid est, quod me moveant aut sortes, aut exta, [14] aut ulla prædictio? si enim fatum fuit, classes populi Romani bello Punico primo, alteram naufragio, alteram à Pœnis depressam interire, etiamsi tripudium solistimum pulli fecissent, L. Junio, & P. Clodio consulibus classes tamen interissent. Sin, cùm auspiciis obtemperatum esset, interituræ classes non fuerunt, non interierunt fato. vultis autem [t] omnia fato. nulla igitur est divinatio.

t evenire omnia *conj. Lamb.*

Quòd si fatum fuit, bello Punico secundo exercitum 21 populi Romani ad lacum Thrasimenum interire: num id [v] vitari potuit, si Flaminius consul iis signis, iisque auspiciis, quibus pugnare prohibebatur, paruisset? certè potuit. Aut igitur non fato interiit exercitus: mutari enim fata non possunt: aut, si fato (quod certè vobis ita dicendum est) etiamsi obtemperasset auspiciis, idem eventurum fuisset. Ubi est igitur divinatio ista Stoicorum? quæ, si fato omnia fiunt, nihil nos admonere potest, ut cautiores simus. quoquo enim modo nos gesserimus, fiet tamen illud, quod futurum est. sin autem id potest flecti, nullum est fatum. ita ne divinatio quidem, quoniam ea rerum futurarum est. Nihil autem est pro certo futurum, quod potest aliqua procuratione accidere ne fiat.

v mutari *alii.*

IX. ATQUE ego ne utilem quidem arbitror esse nobis futurarum rerum scientiam. Quæ enim vita fuisset 22 Priamo, si ab adolescentia scisset, quos eventus senectutis esset habiturus? Abeamus à fabulis: propiora videamus. Clarissimorum hominum nostræ civitatis gravissimos exitus in Consolatione collegimus. Quid igitur? ut omittamus superiores, Marcone Crasso putas utile fuisse, tum, cùm maximis opibus fortunisque florebat, scire,

P. CXIII.

14. *Aut ulla prædictio?*] Pal. pr. & Pithœano *dictio.* non male. nam *dicere*, est Apollinis, vatum, oraculorumque. sic supra lib. I. capit. 40. *futura dicebant.* & cap. sequenti: *conjectura quæ essent futura dicebat.* Gulielmius. *Gruter.* *Aut ulla prædictio.*] In Pal. primo & Pithœano male legitur *dictio*; quamvis aliam sententiam fovet Janus Gulielmius: licet enim Cicero vatibus *futura dicere* tribuat, nusquam tamen apud hunc soli dictionis voci potestas ea fuit adscripta; nam falsus est Gruterus, qui *dicere* sic intellexit infra cap. 52. Interim mihi non latet, *dictionem* pro oraculo veteribus usitatam fuisse. Vide modo Livium lib. VIII. cap. 24. *Davis.*

15. In

ſcire, ſibi, interfecto Publio filio, exercituque deleto, trans Euphratem cum ignominia & dedecore eſſe pereundum? An Cn. Pompejum cenſes, tribus ſuis conſulatibus, tribus triumphis, maximarum rerum gloria, lætaturum fuiſſe, ſi ſciſſet ſe [15] in ſolitudine Ægyptiorum trucidatum iri, amiſſo exercitu: poſt mortem verò ea conſecutura, quæ ſine lacrymis non poſſumus dicere?

23 [16] Quid verò Cæſarem putamus? ſi divinaſſet [x] fore, ut in eo ſenatu, quem majore ex parte ipſe cooptaſſet, in curia [y] Pompeja, ante ipſius Pompeji ſimulacrum, tot centurionibus ſuis inſpectantibus, à nobiliſſimis civibus, partim etiam à ſe omnibus rebus ornatis, trucidatus ita jaceret, ut ad ejus corpus non modò amicorum, ſed

x *alii diſtinguunt ante* fore.
y Pompeiana *alii.*

15. *In ſolitudine Ægyptiorum trucid.*] Tanaq. Faber, quum hæc vituperaſſet lib. I. epiſt. Critic. 4. reponit *a ſatellite Ægyptio contrucidatum iri.* Vel ipſum *contrucidare* clamat hæc nimis facta, quæſita, fictaque eſſe, quum Tullio ſuffecerit *trucidare* æque in Pompejo, ac in Cæſare mox. *Gronov. In ſolitudine Ægyptiorum trucidatum iri.*] Rem ſic narrat Cæſar lib. III. B. C cap. 104. Amici regis Ptolemæi *clam conſilio inito Achillam præfectum regium, ſingulari hominem audacia, & L. Septimium, tribunum militum, ad interficiendum Pompejum miſerunt. Ab his liberaliter ipſe appellatus, & quadam notitia Septimi productus, quod bello prædonum apud eum ordinem duxerat, naviculam parvulam conſcendit cum paucis ſuis, & ibi ab Achilla & Septimio interficitur.* Sic & Plutarchus, Appianus, ac Dio, ne ipſum Tullium Tuſc. lib. III. cap. 27. aut Lucanum lib. VIII, 358. ſeqq. memorem. Huc igitur irrepſit menda; non enim Pompejus *in ſolitudine Ægyptiorum* fuit trucidatus. Tan. quidem Faber lib. I. epiſt. 4. legit *à ſatellite Ægyptio contrucidatum iri.* Nobis placet, *in celoce Ægyptia tandem trucidatum iri.* Quid ſit *celox*, docebunt Nonius cap. 13. & Iſidorus Orig. lib. XIX. cap. I. Non tamen obnitar, ſi legas, *à ſpadone Ægyptio demum trucidatum iri; nam à ſpadonibus Ægyptiis detruncatus, inſepultus abjectus eſt*, ut ait Lactantius Div. Inſt lib. VI. cap. 6, 17. Julius Firmicus Matheſ. lib. I. cap. 3. *Pompeji — cervices — ſemiviri hominis gladius, nefario genere mortis, incidit.* Daviſ.

16. *Quid vero Cæſarem putamus ——— quo cruciatu animi vitam acturum fuiſſe?*] *Quo* deeſt in Reg. & Cantab. ſed male; nam hoc orationis genere, licet quodammodo perplexum videri poſſit, alibi quoque utitur Cicero. Sic Offic. lib. II cap 7. *Quid enim cenſemus ſuperiorem illum Dionyſium, quo cruciatu timoris angi ſolitum?* Hujusmodi plura congeſſit vir eruditiſſimus Franc. Hotomannus Obſerv. lib. I. cap 18. Si fert animus, Hiſtoriam videas licet apud Dionem lib. XLIV. pag. 249 Plutarchum in Cæſ. pag. 739. & Suetonium in Julio cap. 82. Adi ſis & Senecam de Ira lib. III. cap. 30. *Daviſ.*

sed ne servorum quidem quisquam accederet; quo cruciatu animi vitam acturum fuisse? Certè igitur ignoratio futurorum malorum utilior est quàm scientia.

Nam illud quidem dici, præsertim à Stoicis, nullo 24 modo potest: [17] Non isset ad arma Pompejus: Non transisset Crassus Euphratem: Non suscepisset bellum civile Cæsar. non igitur fatales exitus habuerunt. vultis autem evenire omnia fato; nihil ergo illis profuisset divinare: atque etiam omnem fructum vitæ superioris perdidissent. quid enim posset iis esse lætum, exitus suos cogitantibus? Ita, quoquò se verterint Stoici, jaceat necesse est omnis eorum sollertia. P. B. Si enim id, quod eventurum est, vel hoc modo, vel illo potest evenire: fortuna valet plurimum. Quæ autem fortuita sunt, certa esse non possunt. Sin autem certum est, quid quaque de re, quoque tempore futurum sit, quid est quod me adjuvent haruspices, cùm res tristissimas portendi dixerunt?

X. ADDUNT ad extremum, omnia levius casura, 25 rebus divinis procuratis. [18] Si enim nihil fit extra fatum, [19] nihil levari re divina potest. Hoc sentit Homerus, cùm querentem Jovem inducit, quòd Sarpedonem filium à morte contra fatum eripere non posset. Hoc idem significat Græcus ille in eam sententiam versus:

Quod

17. *Non isset ad arma.*] Melior est ordo, quem Reg. & Cantab. exhibent: *non transisset Crassus Euphratem: non isset ad arma Pompejus: non suscepisset bellum civile Cæsar*, nam tum demum res eadem, qua prius, serie recensentur. *Davis.*

18. *Si vero nihil fit extra fatum.*] Sic legendum existimo; nam vulgata lectio, *si enim*, ferri non potest. Quòd autem olim, ante hæc verba, edita sunt hæc, *sed hoc eadem ratione refellitur*; fuerat amici cujusdam mei conjectura, quam adscripseram, ut considerarem, non ut eam operæ sequerentur, quemadmodum fecerunt: cujus eorum facti nonnullam videri possum culpam sustinere, quod illos non præmonuerim, ut ea verba negligerent ac præterirent. Infra autem non longe sic habent tres vett. Codd. ut edidi. *nihil levare divinatio potest.* Lambin. *Si enim nihil fit extra fatum.*] Vel delenda est vocula secunda; vel legendum, *si autem nihil fit extra fatum.* Certe vulgata lectio ferri non potest, siquidem Tullius argumenti Stoici non *confirmationem*, sed *confutationem* jam nunc adgreditur. *Davis.*

19. *Nihil levari re divina potest.*] Ita Pal. o. & Victoriana. Aldus senior, *nihil levare divinatio potest*, quod est in Pithœano. vulgata, *nihil levari de re divina potest.* Gruter.

20. Le-

Quod fore paratum est, id summum exsuperat Jovem.

Totum omninò fatum etiam Atellanio versu jure mihi esse irrisum videtur. sed in rebus tam severis non est jocandi locus. Concludatur igitur ratio. si enim provideri nihil potest futurum esse eorum, quæ casu fiunt, quia esse certa non possunt: divinatio nulla est. Sin autem idcirco possunt provideri, quia certa sunt & fatalia: rursus divinatio nulla est. eam enim tu fortuitarum
26 rerum esse dicebas. Sed hæc fuerit nobis tamquam levis armaturæ prima orationis excursio: nunc cominus agamus experiamurque, si possimus cornua commovere disputationis tuæ.

XI. Duo enim genera divinandi esse dicebas, unum artificiosum, alterum naturale. artificiosum constare partim ex conjectura, partim ex observatione diuturna: naturale, quod animus arriperet, aut exciperet extrinsecus ex divinitate, unde omnes animos haustos, aut acceptos, aut libatos haberemus. Artificiosæ divinatio-
P. CXIV. nis illa ferè genera ponebas, extispicum, eorumque, qui ex fulguribus ostentisque prædicerent, tum augurum, eorumque, qui signis, aut ominibus uterentur, omneque genus conjecturale in hoc ferè genere ponebas.

27 Illud autem naturale, aut concitatione mentis edi, & quasi fundi videbatur, aut animo, per somnum sensibus & curis vacuo, [z] provideri. Duxisti autem divinationem omnem à tribus rebus, à deo, à fato, à natura. Sed tamen cùm explicare nihil posses, pugnasti commenticiorum exemplorum mirificâ copiâ. De quo primum hoc libet dicere. hoc ego philosophi non [a] esse arbitror, testibus uti; qui aut casu veri, aut malitiâ falsi fictique esse possunt. Argumentis & rationibus oportet, quare quidque ita sit, docere, non eventis, iis præsertim, quibus mihi liceat non credere.

[z] prævideri *alii.*

[a] *alii non habent* esse.

28 XII. Ut ordiar ab haruspicina, quam ego reipublicæ causa, communisque religionis, colendam censeo: sed soli sumus: licet verum exquirere sine invidia, mihi præsertim de plerisque dubitanti. [20] inspiciamus, si

20. *Inspiciamus, si, placet exta primum.*] Reg. noster, *inspiciamus ergo, si placet, exta primum*, quod rectum puto; siquidem, inter-

si placet, exta primùm. Persuaderi igitur cuiquam potest, ea, quae significari dicuntur extis, cognita esse ab haruspicibus observatione diuturna? [b] at quam diuturna ista fuit? aut quàm longinquo tempore observari potuit? aut quo modo est [c] collata inter ipsos, quae pars inimici, quae pars familiaris esset; quod fissum, periculum; quod commodum aliquod ostenderet? an haec inter se haruspices Etrusci, Elii, Ægyptii, Pœni contulerunt? At id, praeterquam quòd fieri non potuit, ne fingi quidem potest. alios enim alio more videmus exta interpretari, nec esse unam omnium disciplinam.

b *alii* ecquam, *aut* quam.
c collatum *Lamb. & alii.*

29 Et certè, si est in extis aliqua vis, quae declaret futura, necesse est eam aut cum rerum natura esse conjunctam, aut conformari quodam modo numini deorum. [21] Atqui divina cum rerum natura tanta, tamque praeclara in omnes partes motusque diffusa, quid habere potest commune? non dicam gallinaceum fel (sunt enim, qui vel argutissima haec exta esse dicant) sed tauri opimi jecur, aut cor, aut pulmo, quid habet naturale, [d] quo declarari possit, quid futurum sit?

P. B.

d quod declarare *Grut. & alii.*

30 XIII. DEMOCRITUS tamen non inscitè nugatur ut physicus: quo genere nihil arrogantius.

22 Quod

terrupta per parenthesin oratione, Cicero tales particulas soleat immittere. *Davis.*

21. *Atqui divina cum rerum natura.*] Legendum videtur vel libris omnibus reclamantibus, *atqui divinatio cum rerum natura:* nam vulgata lectio, *atqui divina cum rerum natura*, inexplicabilis est; nisi forte dicamus sic explicari posse, *atqui divina natura cum rerum natura*; vel sic, *atqui vis divina cum rerum natura*, ut repetatur vocula *vis* è superioribus illis: *& certe si est in extis aliqua vis &c.* Lambin. *Atqui divina cum rerum natura.*] Hujusce loci nec emendatio nec explicatio Lambino cessit feliciter. Aldus nepos edidit, *numine deorum, vique divina. Cum rerum natura.* At hoc non librorum, sed aberrantis conjecturae, ductu videtur fecisse. Reg. & Cantab. repraesentant, *utique mente divina cum rerum natura*; unde non difficulter intelligi potest, quid de *mente divina* sit statuendum. Nimirum sunt Glossema, quo Librarii declarandum putarunt *Deorum numen*. Itaque, nisi fallor, deleta voce *divina*, rescribendum: *Atqui cum rerum natura tanta tamque praeclara, in omnes partes motusque diffusa, quid habere potest commune non dicam gallinaceum fel: sunt enim qui vel argutissima haec exta esse dicant: sed tauri optimi jecur aut cor, aut pulmo, quid habet naturale., quo declarari possit, quid futurum sit?* In libris vulgatis perperam distinguebatur oratio. *Davis.*

22. Quod

[22] *Quod est ante pedes, nemo spectat: cœli scrutantur plagas.*

Verùm is tamen habitu extorum & colore [23] declarari censet, hoc duntaxat, pabuli genus, & earum rerum, quas terra procreet, vel ubertatem, vel tenuitatem: salubritatem etiam, aut pestilentiam [24] extis significari putat. O mortalem beatum! [25] cui certò scio ludum numquam defuisse. [e] Hunccine hominem tantis delectatum esse nugis, ut non videret, tum futurum id verisimile, si omnium pecudum exta eodem tempore in eundem habitum se coloremque converterent? sed si eâdem horâ [26] aliæ pecudis jecur nitidum atque plenum est, aliæ horridum & exile, quid est quod
31 declarari possit habitu extorum & colore? an hoc ejusdem modi est, quale Pherecydeum illud, quod est à te dictum? qui cùm aquam vidisset ex puteo haustam, terræmotum dixit futurum. Parum, credo, impudenter, quòd cùm factus esset motus, dicere audent, quæ vis id effecerit. etiamne futurum esse, aquæ jugis colore præsentiunt? multa istiusmodi dicuntur in scholis: sed credere omnia vide ne non sit necesse.

e Huncine *Lamb.*

Ve-

22. *Quod est ante pedes.*] Versus est Trochaïcus; nam vox secunda pro brevi syllaba passim numeratur. Vide Chr. Wasii Senar. cap. 2. *Davis.*

23. *Declarari censet, hoc duntaxat.*] Libri Victoriani repræsentant *hac duntaxat*. Bene. Sed mirum quantum fallor, nisi particula negans exciderit, quam flagitare videtur oratio. Legendum ergo crediderim, *declarari censet, non hac duntaxat*; nam sequitur, *salubritatem etiam, aut pestilentiam extis significari putat.* Harum vocum tres ultimas à librariis manasse censet Gruterus, quod in suis MSStis. erat, *significari puto.* Sed emendatio nostra, prorsus inanem esse illam suspicionem, abunde docet. *Idem.*

24. *Extis significari putat.*] Pall. omnes & S. Victoris *puto*; ut suspicer has tres voces manasse ab librariis, & delendas. *Gruter.*

25. *Cui certo scio judicium nunquam defuisse.*] Quid *judicium* hoc loco significare possit, non facile dictu est. Veneti pro hoc *ludum* habent; id quod rectius videtur esse: certe convenientius esse apparet. *Camerar.* *Ludum nunquam defuisse.*] Omnes nostri *judicium nunquam defuisse.* Cicero, nisi fallor, reliquit *ludicrum nunquam defuisse.* Eo certe ducunt MSSti. *Davis.*

26. *Aliæ pecudis.*] Genitivus est ἀρχαϊκὸς, si modo debet id ἀρχαϊκὸν dici, quod adhibent optimi Scriptores. Vide G. J. Vossium Anal. lib. IV. cap. 6. *Idem.*

27. Vi

Verùm sint sanè ista Democritea vera. quando ea 32
nos extis exquirimus? aut quando aliquid ejusmodi ab
haruspice, inspectis extis, audivimus? ab aqua, aut ab P. CXV.
igni pericula monent: tum hereditates, tum damna de-
nuntiant: fissum familiare & vitale tractant: caput je-
coris ex omni parte diligentissimè considerant: si verò
id non est inventum, nihil putant accidere potuisse
tristius.

XIV. HÆC observari certè non potuerunt, ut supra
docui. sunt igitur artis inventa, non vetustatis, si est
ars ulla rerum incognitarum. Cum rerum autem natura 33
quam cognationem habent? quæ ut uno consensu jun-
cta sit & continens, quod video placuisse physicis,
eisque maximè, qui omne, quod esset, unum esse
dixerunt: quid habere mundus potest cum thesauri in-
ventione conjunctum? si enim extis pecuniæ mihi am-
plificatio ostenditur, idque fit naturâ, primùm exta sunt
conjuncta mundo, deinde meum lucrum natura rerum
continetur. Nonne pudet physicos hæc dicere? [27] Ut
enim jam sit aliqua in natura rerum cognatio, quam
esse concedo: multa enim Stoici colligunt: nam &
musculorum jecuscula brumâ dicuntur augeri, & [f] pule- [f] pulegium alii.
jum aridum florescere ipso brumali die, & inflatas rum-
pi vesiculas, & semina malorum, quæ [g] in iis mediis [g] in mediis alii.
inclusa sint, in contrarias partes se vertere: jam nervos
in fidibus aliis pulsis resonare alios: ostreisque & con-
chyliis omnibus contingere, ut cum luna pariter cre-
scant pariterque decrescant: arboresque ut hyemali
tempore, cum luna simul senescentes, quia tum exsic-
catæ sint, tempestivè cædi putentur. Quid de fretis, 34
aut de marinis æstibus plura dicam? quorum accessus
&

27. *Ut enim jam sit aliqua in natura rerum cognatio.*] Libri veteres habent *contagio*. Ego tamen nihil muto; nam paullo ante *cognationis* nomine usus est in eandem sententiam: ibi, *cum rerum autem natura quam cognationem habet?* Et infra non longe semel atque iterum, *qua ex cognitione natura & quasi concentu atque consensu &c.* ubi mendose operæ fecerunt olim *cogitatione*. Nisi quis dicat ubique *contagionis* nomen esse reponendum, sic enim loquitur lib. de Fato: *Ut in reliquis ejusmodi natura contagio valeret.* Et infra ibidem: *Cui primum de ipsa rerum contagione respondeamus.* Lambin. *In natura rerum cognatio.*] Omnes Pall. & S. Victoris *contagio*. sed facilis est literæ unius transpositio. itaque Lambinus heic fluctus excitat in sympulo. *Gruter.*

& recessus lunæ motu gubernantur. [28] Sexcenta licet ejusmodi proferri, ut distantium rerum cognatio naturalis appareat.

P. B.

XV. Demus hoc. nihil enim huic disputationi adversatur. num etiam, si fissum cujusdammodi fuerit in jecore, lucrum ostenditur? qua ex [h] conjunctione naturæ, & quasi [i] concentu atque consensu, quam συμπάθειαν Græci appellant, convenire potest, aut fissum jecoris cum lucello meo, aut meus quæsticulus cum cœlo, terra rerumque natura? concedam hoc ipsum, si vis; etsi magnam jacturam causæ fecero, si ullam esse convenientiam naturæ cum extis concessero.

h cognatione *MSS. & alia edd.*
i accentu *MS.*

35 Sed tamen eo concesso, qui evenit, [29] ut is qui impetrire velit, convenientem hostiam rebus suis immolet? hoc erat, quod ego non rebar posse dissolvi. At quàm festivè dissolvitur. Pudet me non tui quidem, cujus etiam memoriam admiror, sed Chrysippi, Antipatri, Posidonii, qui idem istuc quidem dicunt, quod est dictum à te, ad hostiam deligendam ducem esse vim quandam sentientem, atque divinam, quæ toto confusa mundo sit. Illud verò multo etiam melius, quod & à te usurpatum est, & dicitur ab illis: cùm immolare quispiam velit, tum fieri extorum mutationem, ut aut absit aliquid, aut supersit: deorum enim numini parere omnia.

36 Hæc jam, mihi crede, ne aniculæ quidem existimant. An censes, eundem vitulum si alius delegerit, [30] sine capite jecur inventurum: si alius, cum capite? hæc decessio capitis, aut accessio subitone fieri potest, ut

28. *Sexcenta licet ejusmodi.*] MS. Vossian. *ejusdem modi*, quomodo etiam Victorius ante edidit, ut loquutus etiam creditur Tullius modo cap. præced. *Gronov.* *Sexcenta licet ejusdemmodi proferri.*] Ita quidem MSSti. simul ac editi libri. Sed *proferre* mavult vir doctissimus Joan. Clericus; cui adsentior. *Davis.*

29. *Ut is qui impetrire velit.*] Sic legendum, non *impertire*, ut est in libris vulgatis; neque *impetrare*, ut operæ hic olim mendose fecerunt. Est autem *impetrire*, antiquum verbum, quod significat *impetrare*, ut supra diximus. Festus: *Impetritum*, *impetratum*. Cum superiora illa olim scripsissem, hoc est, cum admonuissem Lectorem mendose olim operas fecisse *impetrare* pro *impetrire*, tamen homo *βάσκανος* & *ἀναιδὴς* ausus est scribere, me edidisse *impetrare*; multaque talia fecit, neque hoc semel commisit, neque uno loco. *Lambin.*

30. *Sine capite jecur inventurum.*] Pronomen *eum* subaudiri non decemus

ut se exta ad immolatoris fortunam accommodent? non perspicitis, aleam quandam inesse hostiis deligendis, præsertim cùm res ipsa doceat? cùm enim tristissima exta sine capite fuerunt, quibus nihil videtur esse ditius, proxima hostia litatur sæpè pulcerrimè. [31] Ubi igitur illæ minæ superiorum extorum? aut quæ tam [k] subitò facta est deorum tanta placatio? k subita alii

XVI. SED affers, in tauri opimi extis, immolante Cæsare, cor non fuisse: id quia non potuerit accidere, ut sine corde victima illa viveret, judicandum esse tum interisse cor, cùm immolaretur. Quî fit, ut alterum intelligas, sine corde non potuisse bovem vivere: alterum non videas, cor subitò non potuisse nescio quò avolare? ego enim possum vel nescire, quæ vis sit cordis ad vivendum, vel suspicari, contactum aliquo morbo, bovis, exile, & exiguum, & vietum cor, & dissimile cordis fuisse. Tu verò quid habes, quare putes, si paullo antè cor fuerit in tauro opimo, subitò id in ipsa immolatione interisse? an, quòd adspexit vestitu purpureo excordem Cæsarem, ipse corde privatus est? Urbem philosophiæ, mihi crede, proditis, dum castella defenditis. Nam, dum haruspicinam veram esse vultis, physiologiam totam pervertitis. Caput est in jecore, cor in extis: jam abscedet, [32] simul ac molam & vinum insperseris. deus id eripiet, vis aliqua conficiet, aut exedet. Non ergo omnium interitus atque obitus natura conficiet: & erit aliquid, quod aut ex nihilo oriatur, aut in nihilum subitò occidat. Quis hoc physicus dixit umquam? haruspices dicunt. His igitur, quàm physicis, potiùs credendum existimas?

P. CXVI. 37

XVII. QUID CÙM pluribus diis immolatur, quî tandem evenit, ut litetur aliis, aliis non litetur? quæ autem [l] inconstantia deorum est, ut primis minentur extis, 38

l tanta inc. conj. Lamb.

deerunt qui contendant. Quum tamen hæc curarint haruspices, inventum iri reposuerim. *Davis.*

31. *Ubi igitur illæ minæ superiorum extorum? aut quæ tam subito.*] In vulgatis deest vox secunda, quam obtulerunt Reg. & Bal. eaque recepta, melius, ut opinor, connectitur oratio. Deinde legerim, *aut qui tam subito facta est Deorum tanta placatio?* ut rationem quærat, ob quam Dii tam subito placabantur. *Idem.*

32. *Simul ac molam & vinum insperseris.*] Manuscriptus habet *simul ac molam, immo jam ut vinum insperseris.* Ursin.

 33. Si

extis, benè promittant secundis? aut tanta inter eos dissensio, sæpe etiam inter proximos, ut Apollinis exta bona sint, Dianæ non bona? quid est tam perspicuum, quàm, cùm fortuitò hostiæ adducantur, talia cuique exta esse, qualis cuique obtigerit hostia? At enim id P. B. ipsum habet aliquid divini, quæ cuique hostia obtingat tamquam in [m] sortibus, quæ cui [n] ducatur. Mox de sortibus. quamquam tu quidem non hostiarum casum confirmas sortium similitudine, sed infirmas sortes collatione hostiarum.

m fortibus MS.
n ducantur MS.

39 An, cùm in Æquimelium misimus qui afferat agnum, quem immolemus: is mihi agnus affertur, qui habet exta rebus accommodata, & ad eum agnum non casu, sed duce deo servus deducitur? nam [33] si casus in eo quoque dicis esse, quasi sortem quandam cum deorum voluntate conjunctam; doleo tantam [34] Stoïcos vestros Epicureis irridendi sui facultatem dedisse. non enim ignoras, quàm ista derideant.

40 Et quidem illi faciliùs facere possunt. deos enim ipsos jocandi causâ induxit Epicurus perlucidos & perflabiles, & habitantes, tamquam inter duos lucos, sic inter duos mundos, propter metum ruinarum: eosque habere putat eadem membra, quæ nos, nec usum ullum habere membrorum. Ergo is circuitione quadam deos tollens, [35] rectè non dubitat divinationem tollere. Sed

33. *Si casus in eo &c.*] Vulgati *casum*, sed alterum erat in Pall. omnibus, agnoverantque item scripti Victoriani. *Gruter Nam si casum.*] Vulgg. *casus*; sed hoc recte se non habet, cum superioribus haud respondeat. Nos igitur editionum vetustiorum fidem secuti sumus; faventque Reg. & Cantab. in quibus est *casu*. Davisius.

34. *Stoicos vestros.*] Vulgg. *Stoicos nostros*. Absurde; nam fratrem suum Quintum Marcus adloquitur; is autem superiore libro partes Stoicorum defenderat. Quin & noster paullo post sic ait: *Sed non, ut hic* (Epicurus) *sibi constat, item Stoïci; illius enim Deus* ——— *non potest hominibus divinationem impertiri; vester autem Deus potest non impertiri.* Cum res igitur esset manifesta, conjecturam meam, licet Codicum auctoritate destitutam, recipere non sum veritus. *Idem.*

35. *Recte non dubitat.*] Cum doctissimo Clerico legendum *recta*; nisi forsan utraque vox eandem significationem recipit, uti quidem censet Henr. Valesius ad Ammiani Marcellini lib. xv. cap. 7. Utcunque sit, Epicurus iste, qui *verbis reliquit Deos, re sustulit*, *μαντικὴν ἅπασαν* verbis disertis *ἀνῄρει*. Inter alios vide Diogenem Laërtium lib. x. §. 135. *Idem.*

36. Cu

Sed nôn, ut hîc sibi constat, item Stoici. illius enim deus nihil habens nec sui, nec alieni negotii, non potest hominibus divinationem impertire. vester autem deus potest non impertire, ut nihilominùs mundum regat, & hominibus consulat.

36 Cur igitur vos induitis in eas captiones, quas num- 41
quam explicetis? ita enim, cùm magis properant, concludere solent: Si dii sunt, est divinatio. sunt autem dii. est ergo divinatio. Multo est probabilius: non est autem divinatio. non sunt ergo dii. Vide, quàm temerè committant, ut, si nulla sit divinatio, nulli sint dii. divinatio enim perspicuè tollitur. deos esse, retinendum est.

XVIII.

36. *Cur igitur vos inducitis.*] Duo verba quæ sequuntur, *captiones*, & *explicetis*, facile me adducunt, ut legendum putem *induitis*; qua ratione item in Verrem dixit, *induere se in laqueos*. Et Lucretius lib. IV. 815.

Ac nos in fraudem induimus frustra nimis ipsi.

P. Manut. *Cur vos induitis in eas captiones.*] Sic omnino legendum est, ut recte judicavit Manutius, eique jam olim assensus sum. Quod autem quidam ἀλάζων tuetur lectionem vulgatam, *vos inducitis in captiones*, nihil aliud hoc facto assequitur, quam ut suam confidentiam atque impudentiam, cum pari Linguæ Latinæ inscientia conjunctam, prodat ac declaret. Quod autem Manutius Lucretii versum ex lib. IV. profert, ut suam emendationem Lucretii auctoritate confirmet, admonendus est Lector, mendose ab eo proferri. Sic enim ille,

Ac nos in fraudem induimus frustra nimis ipsi.

Legendum est autem, ut nos ex auctoritate librorum MSStorum bis jam edidimus,

Ac nos in fraudem induimus, frustramur & ipsi.

Lambinus. *Induitis in eas captiones.*] Sic Pal. pr. & sec. item S. Victoris antiquus liber. *inducitis* aliæ editiones; quod & displicuit P. Manutio. sed non habuit suffraganteis membranas. ideoque jure se ei opposuit Mich. Brutus, cui iniquum videbatur recipi à Lambino in contextum meram conjecturam. *Gruter.* *Vos induitis in eas captiones.*] P. Manutii conjecturam firmant Pall. pr. sec. & liber S. Victoris. Pari modo sæpe peccarunt Librarii. Ciceronis assecla Lactantius Div. Inst. lib. III. cap. 1, 8. *Ipsi se in plagas & errores maximos induxerunt.* Leg. *induerunt.* Idem lib. VI. cap. 24, 6. *Illud ipsum maxime cavet, ne rursus in eosdem laqueos inducatur.* Scribendum *induatur.* Sic enim illius libri cap. 12, 13. *Prudens ac sciens in hos se laqueos induit.* Licet ergo Lambini sententiam lubens amplectar, ejus tamen intemperiem laudare nequeo, qui propter titivilitia quædam J. M. Bruto aliisque viris doctis frequenter inequitat. Hujusce φράσεως plura nos olim congessimus exempla ad Cæsaris lib. VII. B. G. cap. 73. *Davis.*

XVIII. ATQUE hac extispicum divinatione sublata, omnis haruspicina sublata est. Ostenta enim sequuntur & fulgura. valet autem in fulguribus observatio diuturna; in ostentis ratio plerumque conjecturaque adhibetur. Quid est igitur, quod observatum sit in fulgure? cœlum in ° XVI. partes diviserunt Etrusci. facile id quidem fuit, quattuor, quas nos habemus, duplicare: post idem iterum facere, ut ex eo dicerent, fulmen qua ex parte venisset. Primùm id quid interest? deinde quid significat? nonne perspicuum est, ex prima admiratione hominum, quod tonitrua jactusque fulminum extimuissent, credidisse ea efficere rerum omnium præpotentem Jovem? itaque in nostris commentariis scriptum habemus:

P. CXVII.

42

o XII. partes alii.

43 *Jove tonante, p fulgurante, comitia populi habere nefas.*

p fulgente ed. vet.

Hoc fortasse reipublicæ causâ constitutum est. comitiorum enim non habendorum causas esse voluerunt. Itaque comitiorum solum vitium est, fulmen: quod idem omnibus rebus optimum auspicium habemus, si sinistrum fuit. Sed de auspiciis alio loco, nunc de fulguribus.

XIX. QUID igitur minùs à physicis dici debet, quàm quidquam certi significari rebus incertis? non enim te puto esse eum, qui Jovi fulmen fabricatos esse Cyclopas in Ætna putes. Nam esset mirabile, quomodo id Jupiter toties jaceret, cùm unum haberet. Nec verò fulminibus homines, quid aut faciendum esset, aut cavendum, moneret. placet enim Stoicis, eos anhelitus terræ, qui frigidi sint, cùm fluere cœperint, ventos esse: cùm autem se in nubem induerint, ejusque tenuissimam quamque partem cœperint dividere atque disrumpere, idque crebriùs facere & vehementiùs, tum 37 & fulgores & tonitrua exsistere: si autem nubium conflictu ardor expressus se emiserit, id esse fulmen. Quod igitur vi naturæ, nulla constantia, nullo rato

44

P. B.

37. *Et fulgura, & tonitrua.*] Editio Victorii & S. Victoris, *fulgores*. Pal. pr. & sec. *fulgures*, tert. *fulgorem*. quart. *fulgura*. Gruter. *Fulgores & tonitrua exsistere.*] Vulgg. *fulgura*. Sed lectionem, quam recepi, firmant Reg. Cantab. aliique Codices; & recte quidem, ut olim monuimus ad Minucii Felicis cap. 32. *Davis.*

38. *Tam*

fato tempore videmus effici, ex eo significationem rerum consequentium quærimus? Scilicet, si ista Jupiter significaret, [38] tam multa frustra fulmina emitteret.

[39] Quid enim proficit, cùm in medium mare [40] fulmen jecit? quid, cùm in altissimos montes? quod plerumque fit: quid, cum in desertas solitudines? quid, cùm in earum gentium oras, in quibus hæc ne observantur quidem? At inventum est caput in Tiberi. Quasi ego artem aliquam istorum esse negem. divinationem nego. cœli enim distributio, quam antè dixi, & certarum rerum notatio docet, unde fulmen venerit, quò concesserit: quid significet autem nulla ratio docet. 45

XX. SED URGES me meis versibus:

Nam pater altitonans stellanti nixus Olympo,
Ipse suos quondam tumulos, ac templa petivit,
Et Capitolinis injecit sedibus ignes.

Tum statua Nattæ, tum simulacra deorum, Romulusque & Remus [41] cum altrice belua, q vi fulminis icti conciderunt, deque his rebus haruspicum extiterunt responsa verissima.

q ut fulm. ictu *MS.*

Mirabile autem illud, quòd eo ipso tempore, quo fieret indicium conjurationis in senatu, signum Jovis biennio pòst, quàm erat locatum, in Capitolio colloca- 46

ca-

38. *Tam multa frustra fulmina emitteret.*] Pall. pr. ac sec. immittunt negationem, *fulmina non emitteret.* & hoc verum est. non ausus tamen sum admittere in contextum, quod & alteri scripturæ suus esset sensus, neque discordarent editiones. *Gruter.*

39. *Quid enim proficit.*] Exstant præclari, ut alii in hanc sententiam, Lucretii versus lib. VI, 403. quos indicabo Lectori duntaxat;

In mare qua porro mittit ratione? quid undas
Arguit, & liquidam molem, camposque natantes? &c. Lamb.

40. *Fulmen jecit.*] Ita Pall. tres, ita editio Victorii, ita membranæ S. Victoris, neque abit noster tert. quàm quod is, *injecit*, editi, *jacit*. Gruter.

41. *Cum altrice belua.*] Vox belua unico *L.* scribi debet, quamvis reclamet Festus, qui bellum à belluis dictum esse scribit, *quia bellnarum sit*, inquit, *perniciosa dissensio.* Sed errat & labitur Festus; nam *bellum* dictum est à *duello*, ut *bis* à *duis*. Quin hoc, quod dico, idem Festus alibi docet. Tanta est inconstantia! Itaque qui Festi auctoritatem hac in re secuti *bellnam* cum duplici *ll* scribunt, una cum Festo labuntur. Omnino nostri veteres Codices semper habent hoc nomen scriptum simplici *l.* Lambin.

cabatur. Tu igitur animum induces, (sic enim mecum agebas) causam istam & contra facta tua & contra scripta defendere? 42 Frater es. eò vereor. Verùm quid tibi hîc tandem nocet? resne, quæ talis est: an ego, qui verum explicari volo? Itaque nihil contrà dico: à te rationem totius haruspicinæ peto. Sed te mirificam in latebram conjecisti. 43 Quod enim intelligeres, fore ut [r] premerere, cùm ex te causas uniuscujusque divinationis exquirerem, multa verba fecisti, te, cùm res videres, rationem causamque non quærere: quid fieret, non cur fieret, ad rem pertinere. Quasi ego aut fieri concederem, aut esset philosophi, causam cur
47 quidque fieret, non quærere. Et eo quidem loco & prognostica nostra pronuntiabas, & genera herbarum, [s] scammoneam aristolochiamque radicem, quarum causam ignorares, vim & effectum videres.

r premerem *edd. vett.*

P. CXVIII.

s scammoneæ aristolochiæque *conj. Lamb.*

XXI. DISSIMILE totum. nam & prognosticorum causas persecuti sunt & Boëthus Stoicus, qui est à te nominatus, & noster etiam Posidonius. etsi causæ non reperiantur istarum rerum, res tamen ipsæ observari animadvertique [t] possunt. Nattæ verò statua, aut æra legum de cœlo tacta, 44 quid habent observatum ac vetustum? Pinarii Nattæ nobiles: à nobilitate igitur 45 periculum. hoc [v] tam callidè Jupiter cogitavit. Romulus

t *alii* potuerunt.

v *alii* tamen *aut* tandem.

42. *Frater es, non vereor.*] Veneti, *frater es*, eo *vereor*. Et naturalis est certe pudor inter consanguineos, & erga parentes; ut ille reverentiâ patris prohiberi se ait, quo minus dicat eum desipere:

Εἰ μὴ πατὴρ ἦσθ', εἶπον ἄν σέ γ' ἀφρονεῖν. Camer.

43. *Quod enim intelligeres, ut premerem te, cum ex te causam &c.*] Magis placet ut est in antiquo, *quod enim intelligeres fore ut premerere, quam ex te causam.* Ursin.

44. *Quid habent observatum ac vetustum?*] Distinguit Gulielmius, *quid habent? Observatum, ac vetustum. Pinarii &c.* placet. *Gruter.* Davis. conjicit: *observatum ac animadversum.*

45. *Periculum, hoc tam callidè Jupiter.*] Sic Pall. & S. Victoris. editi hactenus *tamen.* forsan adhuc interpungendum: *periculum hoc. tam callidè*, nisi malimus *calidè.* quomodo S. Victoris codex. *Gruter. Periculum. Hoc tam callide Jupiter cogitavit.*] Malim *hoc tandem callide*, prout in nonnullis est MSStis; vel *hoc quam callide Jupiter cogitavit?* ut paullo post, *quam scite per notas nos certiores facit Jupiter?* Porro Gruterus dubitat, an non, interpunctione mutata, locus ita sit legendus: *A nobilitate igitur periculum hoc. Tam calide Jupiter cogitavit.* Quod vero bene se habet, id

mulus lactens fulmine ictus: urbi igitur periculum ostenditur, ei, quam ille condidit. quàm scitè per notas nos certiores facit Jupiter? At eodem tempore signum Jovis collocabatur, quo conjuratio indicabatur. Et tu scilicet mavis, numine deorum id factum, quàm casu arbitrari? & redemptor, qui columnam illam de Cotta, & de Torquato conduxerat faciendam, non inertia, aut inopia tardior fuit, sed à diis immortalibus ad istam horam [x] reservatus est? [x] servatus edd. vett.

Non equidem planè despero ista esse vera, sed nescio, 48
& discere à te volo. Nam cùm mihi quædam casu viderentur sic evenire, ut prædicta essent à divinantibus: dixisti multa de casu, ut, [46] Venereum jaci posse casu, quattuor talis jactis; quadringentis, centum Venereos non posse casu consistere. Primùm nescio, [y] cur non [y] an MS. P. B. possint: sed non pugno: abundas enim similibus habes & respersionem pigmentorum, & rostrum suis, & alia permulta. Idem Carneadem fingere dicis de capite Panisci. Quasi non potuerit id evenire casu, & non in omni marmore necesse sit inesse vel Praxitelia capita. illa enim ipsa efficiuntur detractione: nec quidquam illuc affertur à Praxitele: sed cùm multa sunt detracta, & ad lineamenta oris perventum est, tum intelligas, illud, quod jam expolitum sit, intus fuisse. Potest igitur 49
tale aliquid etiam sua sponte in lapicidinis Chiorum exstitisse. Sed sit hoc fictum. quid? in nubibus [z] nunquam [z] numqui Lamb. animadvertisti leonis formam, aut hippocentauri? Potest igitur, quod modò negabas, veritatem casus imitari.

XXII. SED quoniam de extis & fulguribus satis est disputatum, ostenta restant, ut tota haruspicina sit pertractata. Mulæ partus prolatus est à te: res mirabilis, propterea quia non sæpè fit: sed si fieri non potuisset, facta non esset. Atque hoc contra omnia ostenta valeat; numquam, quod fieri non potuerit, esse factum: sin po-

id ἀκίνητον ἐᾶν multo præstat; præsertim si tam male res cadat, ut & sensum & Latinitatem vities; quod hic viro illi docto contigit. *Davis.*

46. *Venereum* ——— *Panisci.*] Quæ Marcus hic repetit, Quintus supra lib. I. cap. 13. dixerat. Porro MSS. Bal. Reg. Ven. 1471. & Victor. dant *& quadringentis.* Leg. *at*, vel *sed quadringentis.* Davis.

potuerit, non esse mirandum. Causarum enim ignoratio in re nova mirationem facit. eadem ignoratio si in rebus [a] usitatis est, non miramur. nam qui mulam peperisse miratur, is, quo modo equa pariat, aut omnino quæ natura partum animantis faciat, ignorat. sed, quod crebrò videt, non miratur, etiam si, cur fiat, nescit, quod [b] antè non vidit; id si evenerit, ostentum esse censet. Utrum igitur, cùm concepit mula, an cùm

50 peperit, ostentum est? Conceptio contra naturam fortasse: sed partus propè necessarius. Sed quid plura? ortum videamus haruspicinæ. sic facillimè, quid habeat auctoritatis, judicabimus.

a visitatis *Davis.*

b autem *MSS.*

P. CXIX.

XXIII. TAGES quidam dicitur in agro Tarquiniensi, cùm terra araretur, & sulcus altiùs esset impressus, exstitisse repentè, & eum affatus esse, qui arabat. Is autem Tages, ut in libris est Etruscorum, puerili specie dicitur visus, sed senili fuisse prudentia. ejus adspectu cùm obstupuisset bubulcus, clamoremque majorem cum admiratione edidisset; concursum esse factum, totamque brevi tempore in eum locum Etruriam convenisse: tum illum plura locutum multis audientibus, qui omnia ejus verba exceperint litterisque mandaverint: 47 omnem autem orationem fuisse eam, qua haruspicinæ disciplina contineretur, eam postea crevisse rebus novis cognoscendis, & ad eadem illa principia referendis. Hæc accepimus ab ipsis: hæc scripta conservant: hunc fontem habent disciplinæ.

51 Num ergo opus est ad hæc refellenda Carneade? num Epicuro? Estne quisquam ita desipiens, qui credat exaratum esse, deum dicam, an hominem? 48 si deus, cur se contra naturam in terram [c] abdiderit, ut patefactus aratro lucem adspiceret? Quid? idem nonne poterat deus hominibus disciplinam superiore è loco tradere? Si autem homo ille Tages fuit, quonam modo potuit terrâ oppressus vivere? unde porrò illa potuit, quæ docebat alios, ipse didicisse? sed ego insipientior, quàm illi

c abdiderat *Lamb.*

47. *Omnem autem orationem fuisse eam, qua Haruspicina disciplina contineretur.*] *Qua* pro *qua* scriptum est in vetere libro. *Ursin.*

48. *Si Deus.*] Vulg. *si Deum*; cum vero noster in membro sequente dicat, *si autem* (Leg. *sin autem*) *homo ille Tages fuit*, Codicis Bal. auctoritati paruimus. *Davis.*

illi ipsi, qui ista credunt, qui quidem contra eos tam diu disputem.

XXIV. Vetus autem illud Catonis admodum scitum est, qui mirari se ajebat, quod non rideret haruspex, haruspicem cùm vidisset. Quota enim quæque 52
res evenit prædicta ab istis? aut si evenit quippiam, quid afferri potest, cur non casu id evenerit? Rex Prusias, cùm Annibali apud eum exsulanti depugnari placeret, negabat se audere, quòd exta prohiberent. An tu, inquit, caranculæ vitulinæ mavis, quàm imperatori veteri credere? P. R. Quid? ipse Cæsar, 49 cùm à summo haruspice moneretur, ne in Africam ante brumam transmitteret, nonne transmisit? quod ni fecisset, 50 uno in loco omnes adversariorum copiæ convenissent. Quid ego haruspicum responsa commemorem, (possum equidem innumerabilia) quæ aut nullos habuerunt exitus, aut contrarios?

Hoc civili bello, dii immortales! quàm multa luserunt? 53
quæ nobis in Græciam [d] Româ responsa haruspicum missa sunt? quæ dicta Pompejo? etenim ille admodum extis & ostentis movebatur. Non lubet commemorare, nec verò necesse est, tibi præsertim, qui interfuisti. Vides tamen omnia ferè contrà, ac dicta sint,

[d] à Roma MS.

49. *Cum à summo haruspice.*] Quod *immolanti aufugisset hostia.* Vide Suetonium in Jul. cap. 59. Minucius Felix Oct. cap. 26. *Cajus Cæsar, ne ante brumam in Africam navigia transmitteret, auguriis & auspiciis renitentibus, sprevit. Eo facilius & navigavit & vicit.* Non jam monebo, vocem *navigia* delendam videri; retinet enim Cyprianus de Idol. Van. cap. 3. ut animi pendeam, quid hac de re sit statuendum. Licet in eam partem magis inclinem, ut tuenda sit recepta lectio, cum *navis in alteram ripam amnis transjicere* dixerit Livius lib. x. cap. 2. & *classem in Africam trajicere* lib. XXII. cap. 37. Sic & alibi loquitur præstantissimus ille scriptor. At certe labuntur Minucius & Cyprianus, cum *auguria & auspicia* renisa fuisse scribunt. Ceterum menda, nisi fallor, hunc Ciceronis locum obsidet; vix enim est, ut *summum haruspicem*, hominis nomine non prolato, dixerit noster. Legendum puto, *à Spurinna haruspice.* Supra lib. I. cap. 52. *Cum Spurinna diceret, timendum esse, ne & consilium & vita deficeret.* Adi Valerium Maximum lib. I. cap. 6, 13. lib. VIII. cap. 11, 2. & Suetonium in Jul. cap. 81. Similis quidem ductus est litterarum, nominaque propria crebro temerarunt librarii. *Davis.*

50. *Uno in loco omnes &c.*] Vulgati, *unum in locum*, sed præter Pall. & editionem Victorii, in quo extat alterum: sicque etiam S. Victoris, nisi quod is, *uni in loco.* Gruter.

51. Quoad

sint, [e] evenisse. Sed hæc hactenus. nunc ad ostenta veniamus.

e *alii* venisse.

54 XXV. MULTA me consule à me ipso scripta recitasti: multa ante Marsicum bellum à Sisenna collecta attulisti: multa ante Lacedæmoniorum malam pugnam in Leuctris à Callisthene commemorata dixisti. de quibus dicam equidem singulis, [51] quoad videbitur: sed dicendum [f] etiam est de universis. Quæ est enim ista à diis profecta significatio, & quasi denuntiatio calamitatum? quid autem volunt [g] ea dii immortales primùm significantes, quæ sine interpretibus non [h] possimus intelligere: deinde ea, quæ cavere nequeamus? At hoc ne homines quidem probi faciunt, ut amicis impendentes calamitates prædicant, quas illi effugere nullo modo possint: ut medici, quamquam intelligunt sæpe, tamen numquam ægris dicunt illo morbo eos esse [i] morituros. Omnis enim prædictio mali tum probatur,
55 cùm ad prædictionem cautio adjungitur. Quid igitur aut ostenta, aut eorum interpretes, vel Lacedæmonios olim, vel nuper nostros adjuverunt? quæ si signa deorum putanda sunt, cur tam obscura fuerunt? si enim, ut intelligeremus, quid esset eventurum: apertè declarari oportebat, aut ne occultè quidem, si ea sciri nolebant.

f primo est *MS.*

g dii imm. ea pr. sign. *Lamb.*

h *alii* possumus.

i perituros *MS.*

P. CXX.

XXVI. JAM VERÒ conjectura omnis, in qua nititur divinatio, ingeniis hominum in multas ac diversas, aut etiam contrarias partes, sæpè, [k] deducitur. Ut enim in causis judicialibus alia est conjectura accusatoris, alia defensoris, & tamen utriusque credibilis, sic in omnibus iis rebus, quæ conjecturà investigari videntur, anceps reperitur oratio. Quas autem res tum natura, tum casus affert ([52] nonnumquam etiam errorem creat similitudo) [53] magna stultitia est earum rerum deos facere

k divellitur *conj. Lamb.*

51. *Quoad utile videbitur.*] Media vox ignorata est Victorii editionibus, & certe non exstat in MS. Vossiano. *Gronov.* Davisium & MSS. secutus *utile* delevi.

52. *Nonnunquam etiam errorem creat similitudo.*] D. Lambinus, tribus voculis additis, rescribendum putabat *& in quibus nonnunquam*; at J. M. Bruto placebat, *in his nonnunquam etiam errorem creat similitudo.* Verum, notâ Parentheseos appositâ, quod nos primi fecimus, nec hoc nec illud additamentum esse necessarium patet. *Davis.*

53. *Magna stultitia est earum rerum.*] Qui vocem *similitudo* volunt esse

cere effectores, causas rerum non quærere.

Tu vates Bœotios credis Lebadiæ vidisse ex gallorum 56
gallinaceorum cantu, victoriam esse Thebanorum, quia
galli victi silere [l]solent, canere victores. Hoc igitur
per [m]gallinas Jupiter tantæ civitati signum dabat? An
illæ aves, nisi cùm vicerint, canere non solent? At
tum canebant, nec vicerant. Id enim, inquies, ostentum.
Magnum verò: quasi pisces, non galli cecinerint.
quod autem est tempus, quo illi non cantent,
vel nocturnum, vel diurnum? quòd si victores alacritate,
& quasi lætitia, ad canendum excitantur: potuit
accidisse alia quoque lætitia, qua ad cantum moverentur.

Democritus quidem 54 optimis verbis causam explicat, 57
cur ante lucem galli [n]canant. depulso enim de pectore,
& in omne corpus [o]diviso & [p]mitificato cibo, cantus
edere, quiete satiatos: qui quidem silentio noctis, ut
ait Ennius, 55 favent faucibus russis cantu, plausuque
pre-

l *ita MSS. alii* solerent.
m gallinaceos *Davis. conj.*
n canent *aut* cantent *MSS.*
o didito *conj. Lamb.*
p modificato *MSS. & ed. vet.*

esse sententiæ clausulam, & à voce *magna* novæ sententiæ initium duci; næ illi valde delirant, & simul plane declarant se Latini sermonis esse ignaros atque imperitos. Hic enim ordo, atque hæc sententia verborum est: magna stultitia est, Deos facere effectores earum rerum, neque caussas quærere: quas res tum natura, tum casus affert, & in quibus rebus nonnunquam etiam errorem creat similitudo. *Lambin.*

54. *Optimis verbis.*] D. Lambinus reponendum conjicit *versibus*; at non est cur hoc in loco MSStorum fides habeatur suspecta. Pariter enim *optimis verbis ab Epicuro de laudibus amicitiæ dicta* memorat lib. II. de Fin. cap. 26. *Davis.*

55. *Favent faucibus russis cantu.*] Est à Victoriana aliisque editt. solummodò distinctio est à Gulielmio. nam, *favent faucibus: russis cantu &c.* Victorius. *favent cantibus russis: cantu*, P. Manutius, Lambinus, Brutus minus rectè. nam *favere cantu*, est *canere:* ut *favere linguis*, ominari verbis bene; non tacere: ut vult Petrus Marsus. hæc Gulielmius. *Gruter.* *Favent faucibus russis: cantu plausuque premunt alas.*] Sic recte distinguit MS. Bal. Vulgg. *favent faucibus russis cantu*; ut *favere cantu* sit *canere*, quemadmodum volunt Hadr. Turnebus Advers. v. 19. & Janus Gulielmius. Sed hoc, quod cum bona doctissimorum virorum venia sit dictum, prorsus experientiæ repugnat; nam Gallos intempesta nocte tacere norunt omnes, & vult Ennius. Vide Plinium H. N. lib. x. cap. 21. Si vero, sede vocis mutata, legas:

Favent
Faucibu' russis: cantu plausuque alas premunt,

metrum erit jambicum. *Davis.*

56. A-

premunt alas. Cùm igitur hoc animal tam sit canorum
P. B. sua sponte, quid in mentem venit Callistheni dicere, deos gallis signum dedisse cantandi, cùm id vel natura, vel casus efficere potuisset?

58 XXVII. SANGUINEM pluisse senatui nuntiatum est, 56 atratum etiam fluvium fluxisse sanguine; deorum sudasse simulacra: num censes his nuntiis Thalen, aut Anaxagoran, aut quemquam physicum crediturum fuisse? nec enim sanguis, nec sudor, nisi è corpore est. sed & decoloratio quædam ex aliqua contagione terrena maxi-
q sanguini MS. me potest q sanguinis similis esse, & humor allapsus extrinsecus, ut in tectoriis videmus austro, sudorem imitari. Atque hæc in bello plura & majora videntur timentibus: eadem non tam animadvertuntur in pace. accedit illud etiam, quòd in metu & periculo cùm creduntur faciliùs, tum finguntur impuniùs.

59 Nos autem ita leves atque inconsiderati sumus, ut, si mures corroserint aliquid, quorum est opus hoc unum, monstrum putemus. Ante verò Marsicum bellum, quòd clypeos Lanuvii, 57 ut à te est dictum, mures

56. *Atratum etiam fluvium.*] Hoc demum loco expergiscitur Ph. Cluverius, & notat in Italia antiqua II, 12. Ciceronem scripsisse, *Aternum* patere ex Livio atque Obsequente. At nunc respondetur eis, quæ lib. I. cap. 43. disputaverat Quintus, ubi etiam nominabatur *fluvius atratus sanguine*, & primo debuerat tractari. Reliqua Cluverii incertissima. Præterquam enim quod in Piceno & alius fuisse fluvius significatus ab Obsequente potuerit, & in Livio plane nihil agat, non in Cicerone declaratur unum speciale prodigium & semel factum, sed genus prodigii, quod sæpius contigit, ut sunt etiam alia duo, quibus hoc adjungitur. *Gronov.* *Atratum etiam fluvium fluxisse.*] Nihil agit Phil. Cluverius, qui Ital. Ant. lib. II. cap. 12. pag. 752. legit *Aternum etiam fluvium*; nam noster lib. I. cap. 43. ait, *quid quod fluvius Atratus sanguine fluxit?* Ii certe, quos sententiæ suæ fidejussores laudat vir doctissimus, negotium haud conficiunt; nam Livius lib. XXIV. cap. 44. tradit *flumen Amiterni* (non *Aternum*) *cruentum fluxisse.* Nec hujusce portenti meminit Julius Obsequens, sed Conr. Lycosthenes in additamentis ad Obsequentem cap. 30. Is autem sua, prout videtur, hausit ex Orosii lib. IV. cap. 12. *Namque*, inquit, *in Piceno flumine sanguis effluxit.* At in Piceno multi erant, præter Aternum, fluvii. Non igitur recepta moveatur lectio; sed *Atratus* habeatur ignobilis fluvius, qui vel exaruit, vel cujus hodie situm nescimus. *Davis.*

57. *Ut à ta est dictum, mures rosissent.*] Victorius edidit *mures nocte essent.* At renituntur MSSti. Supra lib. I. cap. 44. *Lanuvii cly-*

res rosissent, maximum id portentum haruspices esse dixerunt. quasi verò quidquam intersit, mures, diem noctem aliquid rodentes, scuta an cribra corroserint. Nam si ista sequimur, quòd Platonis Politiam nuper apud me mures corroserint, de republica debui pertimescere: aut, si Epicuri de Voluptate liber [r] corrosus esset, putarem annonam in macello cariorem fore. [r] *alii* rosus.

XXVIII. An verò illa nos terrent, si quando aliqua portentosa aut ex pecude aut ex homine nata dicuntur? quorum omnium, ne sim longior, una ratio est. quidquid enim oritur, qualecumque est, causam habeat à natura necesse est: ut etiam si præter consuetudinem exstiterit, præter naturam tamen non possit exsistere. Causam igitur [58] investigato in re nova atque admirabili, si [s] potes. si nullam reperies: illud tamen exploratum habeto, nihil fieri potuisse sine causa: eumque [t] errorem, quem tibi rei novitas attulerit, naturæ ratione depellito. ita te nec terræ fremitus, nec cæli discessus, nec lapideus, aut sanguineus imber, nec trajectio stellæ, nec faces visæ terrebunt. 60

P. CXXI.

[s] poteris *MSS.*

[t] terrorem *MS.*

Quarum omnium causas si à Chrysippo [v] quæram, ipse ille divinationis auctor numquam illa dicet facta fortuitò, naturalemque rationem omnium reddet. nihil enim fieri sine causa potest: nec quicquam fit, quod fieri non potest. nec, si id factum est, quod potuit fieri, portentum debet videri. nulla igitur portenta sunt. Nam si, quod raro fit, id portentum putandum est, sapientem esse, portentum est. sæpius enim mulam peperisse arbitror, quàm sapientem fuisse. Illa igitur ratio concludit, ut, nec id, quod non potuerit fieri, factum umquam esse: nec quod potuerit, id portentum esse: ita omninò nullum esse portentum. 61

[v] quæras *alii.*

Quod etiam conjector quidam & interpres portentorum non inscitè respondisse dicitur ei, [x] qui cùm ad eum retulisset, quasi ostentum, quòd anguis domi [59] vectem 62

[x] qui quondam *conj. Davis.*

clypeos, quod haruspicibus tristissimum visum est, à muribus esse derasos. Plinius H. N. lib. VIII. cap. 57. *Mures, arrosis Lavinii* (cum *Harduino* lege *Lanuvii*) *clypeis argenteis, Marsicum portendere bellum.* Davis.

58. *Investigato &c. si potes.*] Editio Victorii *poteris*, neque secus Pal. pr. ac sec. nam tert. & quart. *investigare &c. si poteris.* Gruter.

59. *Vectem*

[59] vectem circumjectus fuisset, Tum esset, inquit, ostentum, si anguem vectis circumplicavisset. Hoc ille responso satis apertè declaravit, nihil [60] habendum esse portentum, quod fieri posset.

XXIX. C. Gracchus ad M. Pomponium scripsit, duobus anguibus domi comprehensis, haruspices à patre convocatos. Quî magis anguibus, quàm lacertis, quàm muribus? quia sunt hæc quotidiana, angues non item. quasi verò referat, quod fieri potest, quàm id sæpe fiat. Ego tamen miror, si emissio fœminæ anguis mortem afferebat Ti. Graccho; emissio autem maris anguis erat mortifera Corneliæ, cur y alterutram emiserit. nihil enim scribit respondisse haruspices, si neuter anguis emissus esset, quid esset futurum. At mors insecuta Gracchum est. Causa quidem, credo, aliqua morbi gravioris, non emissione serpentis. neque enim tanta est infelicitas haruspicum, ut ne casu quidem unquam fiat, quod futurum illi esse dixerint.

P. B. y alteram utram Vict.

63 Nam illud mirarer, si crederem, quod apud Homerum Calchantem dixisti ex passerum numero belli Trojani annos auguratum: de cujus conjectura sic apud Homerum, ut nos otiosi convertimus, [61] loquitur Agamemnon:

XXX. Ferte *viri, & duros animo tolerate labores,*
Auguris ut nostri Calchantis fata queamus
Scire, ratosne habeant, an vanos pectoris orsus.
Namque omnes memori portentum mente retentant,
Qui non funestis liquerunt lumina fatis.
Argolicis primùm ut vestita est classibus Aulis,
Quæ Priamo cladem, & Trojæ, pestemque ferebant:

Nos

59. *Vectem circumjectus.*] Sic Pall. & Victoriana. vulgata *circumvectus.* Lambinus, *circumnexus*, fingebat Gulielmius *circumplexus.* Gruter.

60. *Habendum esse portentum, quod fieri posset.*] Præter Codices nostros editosque ceteros Pet. Victorius dedit, *habendum esse, quod fieri posset, ostentum*; quod non sine libris factum videri facit singularis doctissimi viri fides & diligentia. *Davis.*

61. *Loquitur Agamemnon*] Immo Ulysses. Ciceronis *μνημονικὸν ἁμάρτημα*, quod à Politiano priore animadversum esse. cum jam hæc scripsissem, ab amico quodam admonitus sum. Itaque delere volueram; nam pudet, quæ ab aliis dicta sunt, recantare. Sed propterea quod numeri jam erant utrobique adscripti, non delevi. *Lambin.*

62. Duo

Nos circum latices gelidos fumantibus aris,
Aurigeris divûm placantes numina tauris,
Sub platano umbrifera, fons unde emanat aquai,
Vidimus immani specie tortuque draconem
Terribilem, Jovis ut pulsu [z] *penetrabat ab ara:* z *penetraret*
Qui platani in ramo foliorum tegmine septos alii.
Corripuit pullos: quos cùm consumeret octo,
Nona super tremulo genitrix clangore volabat:
Cui ferus immani laniavit viscera morsu.
Hunc, ubi [a] *tam teneros volucres matremque peremit,* 64 a *jam*
Qui luci ediderat, genitor Saturnius idem Davis.
Abdidit, & 62 *duro formavit tegmine saxi.*
Nos autem timidi stantes mirabile monstrum
Vidimus in mediis divûm versarier aris.
Tum Calchas hæc est fidenti voce locutus. P. CXXII.
Quidnam torpentes subitò obstupuistis Achivi?
Nobis hæc portenta deûm dedit ipse creator,
Tarda & sera nimis: sed fama ac laude perenni.
Nam quot aves tetro mactatas dente videtis,
Tot nos ad Trojam belli [b] *exanclabimus annos:* b *exantlabimus* alii.
Quæ decimo cadet, & pœnâ satiabit Achivos.
Edidit hæc Calchas: quæ jam matura videtis.

[c] Quæ tandem ista auguratio est ex passeribus, annorum potiùs, quàm aut mensium aut dierum? cur autem de passerculis conjecturam facit; in quibus nullum erat monstrum: de dracone silet, qui, id quod fieri non potuit, lapideus dicitur factus? postremò quid simile habet passer annis? nam de angue illo, qui Sullæ apparuit immolanti, utrumque memini, & Sullam, cùm in expeditionem educturus esset, immolavisse, & anguem ab ara exstitisse, eoque die rem præclarè esse gestam, non haruspicis consilio sed imperatoris. 65 (c Quî *Davis.*)

XXXI. Atque hæc ostentorum genera mirabile nihil habent. quæ cùm facta sunt, tum ad conjecturam aliqua interpretatione revocantur: ut illa tritici grana in os pueri Midæ congesta; aut apes, quas dixisti in labris Pla- 66

62. *Duro formavit tegmine saxi.*] Vulgati *firmavit.* sed alterum est in editione Vict. in Pall. & S. Victoris. *Gruter.* *Duro formavit tegmina saxo.*] Vett. editt. *firmavit*; Vulgg. *formavit tegmine saxi.* Cum vero lectionem magis commodam suppeditarunt Bal. Reg. & Cantab. eam recipere nullus equidem dubitavi. *Davis.*

d sunt *conj. Lamb.* Platonis consedisse pueri, non tam mirabilia [d] sint, quàm conjecta bellè: quæ tamen vel ipsa falsa esse, vel ea quæ prædicta sunt, [63] fortuitò cecidisse potuerunt. De ipso Roscio potest illud quidem esse falsum, ut circumligatus fuerit angui: sed ut in cunis fuerit anguis, non tam est mirum, [64] in Solonio præsertim, [65] ubi ad focum angues nundinari solent. Nam quod haruspices responderunt, nihil illo clarius, nihil nobilius fore: miror, deos immortales histrioni futuro claritatem

P. B. ostendisse, nullam ostendisse Africano.

67 Atquè etiam à te Flaminiana ostenta collecta sunt, quòd ipse & equus ejus repentè conciderit. non sanè mirabile hoc quidem, quòd evelli primi hastati signum non potuerit. timidè fortasse signifer evellebat, quod fidenter infixerat. Nam Dionysii equus quid attulit admirationis, quòd emersit ex flumine? quodque habuit apes in juba? sed quia brevi tempore regnare cœpit, quod acciderat casu, vim habuit ostenti. At Lacedæmoniis in Herculis fano arma sonuerunt, ejusdemque dei

63. *Fortuito cecidisse.*] Ita iidem nostri aliorumque codices. vulgata lectio *accidisse.* ex iisdem paulò ante pro *illa* reposuimus *ea.* quæ indigna quidem sunt ut moneantur. sed sciri oportet ne minimum quidem apicem nobis mutatum, nisi fide membranarum, aut editionum nobilium. *Gruter.*

64. *In Solonio.*] Victorius edidit *Solonio*, neque aliter Pall. & S. Victoris. sed cum iidem supra libro I. cap. 36. habuerint *Selonio*, nihil heic mutare ausim. *Gruter.* Donamus hanc hæsitationem Grutero: etsi etiam meminisse debebat lib. II. ad Attic. ep. 3. se jam edidisse *Solonium.* Hanc appellationem quum post eum jam pluribus locis firmaret Ph. Cluverius lib. III. Ital. Antiq. pag. 939. & 1028. non potui cunctari in ea ubique admittenda. Cluverianis adde Macrobium lib. I. Sat. cap. 10. ubi *Solinius* scribitur. Vossianus etiam *Solonio.* Gronov.

65. *Ubi apud focum angues nundinari solent.*] *Nidulari* legebat amicus meus: quo verbo usus est Varro apud Nonium. *Ursin.* *Ubi ad focum angues nundinari solent.*] Ita sane Reg. Cantab. aliique plures MSSti. Sed qui vim potestatemque *nundinandi* probe novit, ille quidem id verbum huic loco non convenire statim perspiciet. Ea propter D. Lambinus & amicus Ursini reponunt *nidulari.* Siquidem vero Pall. tert. quart. & Bal. exhibeant *nudari*; haud, opinor, incommode rescribas, *videri solent.* Certe non absimilis est litterarum ductus. Ad receptam autem lectionem, quæ multis Codd. nititur, quamproxime legi queat, *ubi ad focum angues meridiari solent.* Nec forsan hæc displicebit conjectura. *Davis.*

66. Il

dei Thebis valvæ clausæ, subitò se aperuerunt: eaque scuta, quæ fuerant sublime fixa, sunt humi inventa. Horum cùm fieri nihil potuerit sine aliquo motu, quid est cur divinitus ea potiùs, quàm casu facta esse dicamus?

XXXII. AT IN Lysandri statuæ capite Delphis ex- 68
stitit corona ex asperis herbis, [66] & quidem subita. [e] Itane censes, [67] antè coronam herbæ exstitisse, quàm conceptum esse semen? herbam autem asperam, credo, avium congestu, non humano satu. Jam quicquid in capite est, id coronæ simile videri potest. Nam quòd eodem tempore stellas aureas Castoris & Pollucis, Delphis positas, decidisse, neque eas usquam repertas esse dixisti: furum id magis factum quàm deorum videtur.

e Itane? conj. Davis.

Simiæ verò Dodoneæ improbitatem historiis Græcis 69
mandatam esse demiror. Quid minus mirum, quàm illam [f] monstruosissimam bestiam urnam evertisse, sortes dissipavisse? Et negant historici Lacedæmoniis ullum ostentum hoc tristius accidisse. Nam illa prædicta Vejentium, si lacus Albanus redundasset, isque in mare fluxisset, Romam perituram; [g] si repressus esset, Vejos: [68] ita aqua Albana deducta ad utilitatem agri suburbani,
non

f monstrosissimam alii.

g sin Davis. conj.

66. *Et quidem subita.*] Lambinus conjicit *subitò*. Necesse verò non est, ut quidquam renitentibus MSStis innovemus. Nam cum Ovid. Metam. VIII. ℣s. 180. dixerit:

—— *gemma subitos vertuntur in ignes*,

cur *subita corona* locutio parum Latina censeatur non intelligo. *Davis.*

67. *Ante coronam herba exstitisse, quàm conceptum &c.*] Est à Victorii editione, firmantque Pall. omnes & liber S. Victoris. Aldi vetus ceterorumque, *ante coronam extitisse, quàm herbarum conceptum &c.* Gruter.

68. *Ita aqua Albana deducta.*] Videtur hic aliquid deesse, si diligenter attendas. *Lambinus.* *Ita aqua Albana &c.*] Lamb. locum asterisco insignivit. sustuli, quòd nihil variarent mss. & sententia bellè cohærere videretur. *Gruter.* *Ita aqua Albana deducta.*] Antè voces hasce D. Lambinus asteriscum posuit, quem sustulit Gruterus, quod ei sententia belle cohærere videretur. At vir ille doctus memor non fuit eorum, quæ dixerat Quintus lib. I. cap. 44. ex fatis enim Veientium tradit *Vejos capi non posse, dum lacus Albanus redundaret; &, si lacus emissus, lapsu & cursu suo ad mare profluxisset, perniciosum populo Romano; sin autem ita esset eductus; ut ad mare pervenire non posset, tum salutare nostris fore.* ex quo illa ad-

non ad arcem urbemque retinendam. At paullo post
P. CXXIII. audita vox est monentis, ut providerent ne à Gallis Roma caperetur: ex eo 69 Ajo Loquenti aram in nova via consecratam. Quid ergo? Ajus iste Loquens, h quum Davis. h quando eum nemo norat, ajebat, & loquebatur, & ex eo nomen invenit: posteaquam & sedem, & aram, & nomen invenit, obmutuit? Quod idem dici de Moneta potest: à qua, præterquam de sue plena, quid umquam moniti sumus?

70 XXXIII. SATIS multa de ostentis. Auspicia restant, & sortes eæ, quæ ducuntur, non illæ, quæ vaticinatione funduntur, quæ oracula veriùs dicimus: de quibus tum dicemus, cùm ad naturalem divinationem venerimus. restat etiam de Chaldæis. sed primùm auspicia videamus. Difficilis auguri locus ad contra dicendum; Marso fortasse, sed Romano facillimus. non enim sumus ii nos augures, qui avium reliquorumve signorum observatione futura dicamus: & tamen credo Romulum, qui urbem auspicatò condidit, habuisse opinionem, esse in providendis rebus augurandi scientiam. Errabat enim multis in rebus antiquitas: quam vel usu jam, vel doctrinâ, vel vetustate immutatam videmus. retinetur autem & ad opinionem vulgi, & ad magnas utilitates reipublicæ mos, religio, disciplina, 70 jus augurium, collegii auctoritas.

Nec

admirabilis à majoribus Albana aqua facta deductio est. Hæc omnia paucis refert Marcus: *Illa*, inquit, *prædicta Veientium, si lacus Albanus redundasset, isque in mare fluxisset, Romam perituram; sin repressus esset, Veios: ita aqua Albana deducta.* Ista quidem rectissime; sed tum manifesto deest aliquid, quo fata illa caussam non dedisse, cur aqua deduceretur Albana, contenderat noster. Hunc hiatum, nisi multum fallor, sic optimè supplebis: *Ita aqua Albana deducta. Aqua Albana deducta ad utilitatem agri suburbani, non ad arcem urbemque retinendam.* Earundem vocum repetitio multas in veterum monumentis lacunas peperit. *Davis.*

69. *Ajo Loquenti.*] Paullus Merula in Ennianis suis monet restituendum, *Ajo Locutio*, non heic solum, sed aliis Ciceronis locis. faciet id qui volet, non ego; nisi videro libros qui tale quid mihi præscribant. *Gruter.*

70. *Jus augurum.*] Liber S. Victoris, *augurium*; quod idem concorditer in quatuor Palatinis. adeo ut videatur positum pro *auguriorum*. Gruter. Ita & MS. Vossianus, unde recepi in contextum etsi cap. 35. recurrat *jus augurum*. Sed miserum Grammaticum! qui non aliter id expedire queat, quod simplicissime dictum est, & quod in

Nec verò non omni supplicio digni P. Claudius, L. 71
Junius, consules, qui contra auspicia navigarunt. parendum enim fuit religioni, nec patrius mos tam contumaciter repudiandus. Jure igitur [71] alter populi judicio damnatus est: alter mortem sibi ipse conscivit. Flaminius non paruit auspiciis. itaque periit cum exercitu. at anno pòst Paullus paruit. num minùs cecidit in Cannensi pugna cum exercitu? etenim, ut sint auspicia, quæ nulla sunt; hæc certè, quibus utimur, sive tripudio, sive de cœlo, simulacra sunt auspiciorum, auspicia P. B.
nullo modo.

XXXIV. Q. FABI, [72] TE MIHI IN AUSPICIO ESSE VOLO; respondet, AUDIVI. hic apud majores nostros adhibebatur peritus, nunc quilibet. peritum autem esse necesse est eum, qui, silentium quid sit, intelligat. [73] id enim silentium dicimus in auspiciis, quod omni vitio caret. Hoc intelligere, perfecti au- 72
guris est. illi autem, qui in auspicium adhibetur, cum ita imperavit is, qui auspicatur, [74] DICITO, SI SILENTIUM ESSE VIDEBITUR; nec suspicit, nec circumspicit: statim respondet, SILENTIUM ESSE VIDERI. Tum ille, DICITO, SI PASCUNTUR. PASCUNTUR. Quæ aves? aut, ubi? Attulit, inquit,

in secundo casu ipse ediderat jam lib. III. 3. ad Famil. epist. 9. *juris augurii.* Gronov.

71. *Alter populi judicio.*] Clodius populi judicio damnatus esse; Junius autem sibi ipse mortem conscivisse dicitur. Auctoribus tamen inter se non convenit. Vide Joan. Freinshemii Supplem. Liviana lib. XIX. cap. 30, 31. *Davis.*

72. TE MIHI IN AUSPICIO ESSE VOLO. *respondet.* AUDIVI. *hic apud.*] Restitui egregiè ex Pal. pr. ac sec. quomodo ante quinquaginta amplius annos emendarat P. Victorius: sed nemo obsecutus est, præter Camerarium. qui tamen distinctione usus minus bona. sed nec Lambinus benè; qui omisso altero *volo*, reposuit *ad hac apud.* sic enim nulli scripti. *Gruter.*

73. *Id enim silentium dicimus.*] Festus in *silentio surgere: Est proprie silentium omnis vitii in auspiciis vacuitas.* Idem in *sinistrum: Sinistrum in auspicando significare ait Atejus Capito latum & prosperum auspicium; at silentium, ubi duntaxat vacat vitio.* De hoc vero aliisque, quorum Tullius hic meminit, verbis solennibus, vide B. Brissonium de Form. lib. I. pag. 124, 125. *Davis.*

74. DICITO SI SILENTIUM *&c.*] Totam hanc etiam periodum reduxi, fide codicum Petri Victorii, & Bibliothecæ Palatinæ. sed & mox reposui. *Quæ aves aut ubi? &c.* suadentibus iisdem libris. *Gruter.*

quit, in cavea pullos is, qui ex eo ipso nominatur pullarius. Hæ sunt igitur aves internuntiæ Jovis: quæ pascuntur, necne, quid refert? nihil ad auspicia: sed quia, cùm pascuntur, necesse est aliquid ex ore cadere, & terram pavire, terripavium primò, pòst terripudium dictum [i] est: hoc quidem jam tripudium [k] dicitur. cùm igitur offa cecidit ex ore pulli, tum auspicanti tripudium solistimum [l] nuntiant.

[i] est hoc, quod quidem *Davis.*
[k] dicitur *Grut. delet.*
[l] nuntiatur *Davis.*

73 XXXV. ERGO hoc auspicium divini quidquam habere potest, quod tam sit coactum & expressum? quo antiquissimos augures non esse usos, argumento est, quòd decretum collegii vetus habemus, omnem avem tripudium facere posse. Tum igitur esset auspicium, si modò ei esset liberum se ostendisse; tum avis illa videri posset interpres & satelles Jovis. nunc verò inclusa in cavea, & fame enecta, si in offam pultis invadit, & si aliquid ex ore cecidit, hoc tu auspicium, aut hoc modo Romulum auspicari solitum putas?

74 Jam de cælo servare non ipsos censes solitos, qui auspicabantur? nunc imperant pullario. ille renuntiat.
p. CXXIV. Fulmen sinistrum, [75] auspicium optimum habemus ad omnes res, præterquàm ad comitia: quod quidem institutum reipublicæ causa est, ut comitiorum vel in judiciis populi, vel in jure legum, vel in creandis magistratibus principes civitatis essent interpretes. At [76] Ti. Gracchi litteris Scipio & Figulus, quòd [m] tum augures judicassent eos vitio creatos esse, magistratu se abdicaverunt. Quis negat augurum disciplinam esse? divinationem nego. At haruspices divini. quos cùm Ti. Gracchus propter mortem repentinam ejus, qui in prærogativa referenda subitò concidisset, in senatum introdu-

[m] tum *in aliis deest.*

75. *Auspicium optimum habemus.*] Si sequemur libros eosdem, admittemus præterea *quod*, sic: *ausp. opt. quod habemus &c.* Gruter.

76. *Tib. Gracchi litteris.* Hanc rem tetigit noster lib. I. de Divin. cap. 17. & fuse narravit lib. II. N. D. cap. 4. Valerius Maximus lib. I. cap. 1, 3. *A Tiberio Graccho ad collegium augurum litteræ sunt ex provincia missæ, quibus significabat, se, cum libros ad sacra populi pertinentes legeret, animadvertisse vitio tabernaculum captum comitiis consularibus, quæ ipse fecisset; eaque re ab auguribus ad Senatum relata, jussu ejus C. Figulus è Gallia, Scipio Nasica è Corsica, Romam redierunt, & se consulatu abdicaverunt.* Adi sis & Plutarchum in Marcello pag. 300. quem locum tentat B. Brissonius Form. lib. I. pag. 120. *Davis.*

77. Nos

duxisset, [77] non justum rogatorem fuisse dixerunt.

Primùm vide, ne in eum dixerint, qui rogator cen- 75
turiæ fuisset. is enim erat mortuus. id autem sine divinatione conjectura poterat dicere. deinde fortasse casu; qui nullo modo est ex hoc genere tollendus. Quid enim scire Etrusci haruspices aut de tabernaculo rectè capto, aut de [n] pomœrii jure potuerunt? equidem assentior C. Marcello potiùs, quàm App. Claudio: qui ambo mei collegæ fuerunt: existimoque jus augurum, etsi divinationis opinione principio constitutum sit, tamen postea reipublicæ causa conservatum ac retentum.

n pomerii *alii.*

XXXVI. SED DE hoc loco plura in aliis: nunc hactenus. Externa enim auguria, quæ sunt non tam ar- 76
tificiosa, quàm superstitiosa, videamus. Omnibus ferè avibus utuntur: nos admodum paucis. alia illis sinistra sunt, alia nostris. Solebat ex me Dejotarus [o] percunctari nostri augurii disciplinam, [78] ego ex illo sui. Dii immortales! quantum differebat? ut quædam essent etiam contraria. Atque ille iis semper utebatur: nos, nisi dum à populo auspicia accepta habemus, quàm multùm iis utimur? Bellicam rem administrari majores nostri nisi auspicatò noluerunt. quàm multi anni sunt, cùm bella à proconsulibus & proprætoribus administrantur? qui auspicia non habent.

o percontari *alii.*

P. B.

[79] Itaque nec amnes transeunt auspicatò, nec tripudio 77
auspicantur. [80] Nam ex acuminibus quidem, quod totum

77. *Non justum rogatorem fuisse.*] Hactenus excusi, *rogatorem comitiorum*, sed ea vox in nullo est Pall. respuitque codex S. Victoris; nec mihi sit dubium, natum in officina Aldi Romani. *Gruter.*

78. *Ego ex illo sui.*] Hoc modo editi à Victorio, quàm proximè ad Pal. pr. in quo, *ego & illos vidi immortales.* nam sec. *ego ex illo si dii.* ceteri, *ego & illos. o dii.* quas lectiones produxi, ut constaret vulgatum, *& ego illius*, esse typographorum emblema, non membranaceorum codicum. *Idem.*

79. *Itaque nec amneis transeunt auspicatò.*] Ita legendum cum Pall. melioribus, neque aliter Aldus, Victorius, aliique: nam ineptè Lambinianæ aliquot edd. *omneis.* Idem.

80. *Nam ex acuminibus quidem.*] Non video quid impulerit amicum meum virum doctissimum, ut hoc loco pro *acuminibus*, legeret *cacuminibus*; cum ita scriptum etiam sit apud Arnobium lib. II. cum inquit: *Aut Martium discrimen obeuntes spem præsidii sumitis & ex acuminibus auspicatis.* Nisi forte Festi illum movit auctoritas, cujus hæc sunt, *Supervacanea dicebatur ab augurib. avis quæ ex summo cacumine vocem emisisset.* Ursin.

tum auſpicium militare eſt, jam M. Marcellus ille quinquies conſul totum omiſit, idem imperator, idem augur optimus. Ubi ergo avium divinatio? quæ, quoniam ab iis, qui auſpicia nulla habent, bella adminiſtrantur, ab urbanis retenta videtur, à bellicis eſſe ſublata. Et quidem ille dicebat: ſi quando rem agere vellet, ne impediretur auſpiciis, lecticâ opertâ facere iter ſe ſolere. Huic ſimile eſt, quod nos augures præcipimus, [81] ne juge auſpicium obveniat, ut jumenta
78 jubeant dijungere. Quid eſt aliud nolle moneri à Jove, niſi efficere, ut aut ne fieri poſſit auſpicium, aut, ſi fiat, videri?

XXXVII. NAM ILLUD admodum ridiculum, quod negas Dejotarum, auſpiciorum, quæ ſibi ad Pompejum [82] proficiſcenti facta ſunt, pœnitere, quod, fidem ſecutus amicitiamque populi Romani, functus ſit officio: antiquiorem enim ſibi fuiſſe laudem, & gloriam, quàm regnum & poſſeſſiones ſuas. Credo id quidem: ſed hoc nihil ad auſpicia. nec enim p cornix canere q potuit, rectè eum facere, quòd populi Romani libertatem defendere pararet. ipſe hoc ſentiebat, ſicuti ſenſit. Aves eventus ſignificant aut adverſos aut ſecundos.

p ei corn. *alii.*
q poterat *alii.*

79 Virtutis auſpiciis video eſſe uſum Dejotarum: quæ [83] vetat ſpectare fortunam, dum præſtetur fides. aves verò ſi proſperos eventus oſtenderunt, certè fefellerunt. Fugit è prælio cum Pompejo: grave tempus. diſceſſit
P. CXXV. ab eo: luctuoſa res. Cæſarem eodem tempore hoſtem & hoſpitem vidit: quid hoc triſtius? Is cùm ei [84] Troginorum tetrarchiam eripuiſſet, & aſſeclæ ſuo Pergameno

81. *Ne juge auſpicium.*] Pal. pr. & S. Victoris *juges auſp.* unde ſec. *ingens auſp.* tertius tamen & quart. ſervant vulgatum. *Gruter.*

82. *Proficiſcenti ſint, pœnitere.*] Ita Pall. meliores. Victoriana, *non pœnitere*; quod etiam in tert. & quarto, ſed non nimium legitimi commatis libris. *Gruter.* Daviſ. non dubitat tamen quin ſcribendum ſit *non pœnitere.*

83. *Vetat ſpectare fortunam.*] Palatinorum quadriga, *exſpectare.* & ſic quoque promiſcuè ſupra uſus auctor noſter. *Gruter.*

84. *Troginorum.*] Vetus liber habet *Trochamorum*, mendoſe: eſt enim ſcribendum *Trochmanorum*, ſive *Trochmenorum.* Stephano autem Τροχμηνοὶ ἔθνος Γαλατικόν. *Urſin.* *Troginorum.*] Duo Pall. meliores, *Trochamorum.* reliqui, *Trachamorum.* Gruter. Haud dubie ſi vulgatæ ſcripturæ literis ſtandum, *Trogmorum* vel *Trocmorum*

meno nescio cui dedisset, eidemque detraxisset Armeniam à senatu datam: cúmque ab eo magnificentissimo hospitio acceptus esset, [85] spoliatum reliquit & hospitem, & regem. Sed labor longiùs. ad propositum revertar. Si eventa quærimus, quæ exquiruntur avibus: nullo modo prospera Dejotaro. sin officia: à virtute ipsius, non ab auspiciis petita sunt.

XXXVIII. OMITTE igitur lituum Romuli, quem 80
in maximo incendio negas potuisse comburi: contemne cotem Attii Navii. nihil debet esse in philosophia commenticiis fabellis loci. Illud erat philosophi, totius augurii primùm naturam ipsam videre, deinde inventionem, deinde constantiam. Quæ est igitur natura, quæ volucres huc & illuc passim vagantes efficiat, ut significent aliquid, & tum vetent agere, tum jubeant, aut cantu, aut volatu? cur autem aliis à læva aliis à dextra datum est avibus, ut ratum auspicium facere possint? quo modo autem hæc, aut quando, aut à quibus inventa dicemus? Etrusci tamen habent exaratum puerum auctorem disciplinæ suæ. nos quem? [r] Attiumne r *Atiumne*
Navium? At aliquot annis antiquior Romulus & Re- *Lamb.*
mus, ambo augures, ut accepimus. An Pisidarum, aut Cilicum, aut Phrygum ista inventa dicemus? Pla- 81
cet igitur, humanitatis expertes habere divinitatis auctores?

XXXIX. AT OMNES reges, populi, nationes utun-

rum. Sed ut duo Palat. meliores, sic & MS. Vossian. In quo videtur residere *Trocnadorum* vel *Trocmadorum*, quibus convenientia sunt, quæ notavit Luc. Holstenius ad Patriarch. Roman. in Galatia secunda. *Gronov.* *Troginorum.*] Jac. Gronovio placet *Trocmorum.* Non male. Vide Chr. Cellarium Geogr. Ant. lib. III. cap. 4. pagg. 105, 111. At quum sit in Bal. aliisque nonnullis MSStis *Trachamorum:* in Pall. pr. sec. Voss. & Cantab. *Trochamorum*; legerim *Trocmanorum.* Stephanus. Τρόκμοι ἔθνος Γαλατικόν. Ἐκαλοῦντο δὲ καὶ Τροκμηνοί. *Trocmadorum* vel *Trocnadorum*, quos recensent Carolus à S. Paulo Geogr Sacr. lib. IX. pag. 249. & Lucas Holstenius, nulla, nisi in Conciliorum quorundam subscriptionibus, fit mentio. *Davis.*

85. *Spoliatum reliquit.*] Cicero nimis infesto fuit in Cæsarem animo, quam ut historica fide res ejus gestas exponeret; licet enim Dejotarum Trocmanorum tetrarchia spoliarit Cæsar; tamen amplioribus eum locupletavit ditionibus. Modeste rem narrat auctor de Bell. Alex. cap. 68. At omnino vide Dionem lib. XLII. pag. 183. *Idem.*

tur auſpiciis. Quaſi verò quidquam ſit tam valde, quàm nihil ſapere, vulgare: aut quaſi tibi ipſi in judicando placeat multitudo. Quotus quiſque eſt, qui voluptatem neget eſſe bonum? plerique etiam ſummum bonum
P. B. dicunt. Num igitur eorum frequentiâ Stoici de ſententia deterrentur? aut num pleriſque in rebus ſequitur eorum auctoritatem multitudo? Quid mirum igitur, [86] ſi in omnibus auſpiciis, & omni divinatione imbecilli animi ſuperſtitioſa iſta concipiant? verum diſpicere non [s] poſſint.

s alii poſſunt.

82 Quæ autem eſt inter augures conveniens & conjuncta conſtantia? ad noſtri augurii conſuetudinem dixit Ennius,

Cùm tonuit lævum bene tempeſtate ſerena.

[87] At Homericus Ajax apud Achillem querens de ferocitate Trojanorum neſcio quid, hoc modo nuntiat:

Proſpera Jupiter his dextris fulgoribus edit.

Ita nobis ſiniſtra videntur; Grajis & barbaris dextra, meliora. Quamquam haud ignoro, [88] quæ bona ſint, ſiniſtra nos dicere: etiam ſi dextra ſint. Sed certè noſtri ſiniſtrum nominaverunt, externique dextrum, quia plerumque melius id videbatur. Hæc quanta diſſen-
83 ſio eſt? Quid, quòd aliis avibus utuntur, aliis ſignis? aliter obſervant [t] alia reſpondent? non neceſſe eſt fateri, par-

t aliter alii.

86. *Si in auſpiciis & in omni divinatione.*] Sic elegantius multo Cantab. & Victor. exhibent, quam Vulgg. *ſi in omnibus auſpiciis & omni divinatione.* Illo enim modo præpoſitiones iterare Tulliani moris eſt, & vox *omnibus*, otioſa prorſus & inutilis, recte prætermittitur. *Daviſ.*

87. *At Homericus Ajax.*] Immo Ulyſſes, ut jam animadverterunt aliquot viri docti. Sunt enim Ulyſſis verba Iliad. I, 236. *Lambin.*

88. *Quæ bona ſint, ſiniſtra nos dicere.*] Male contra MSStorum fidem Lambinus edidit, *quæ mala ſunt, ſiniſtra nos dicere*; nam licet *ſiniſtrum* quandoque *malum* denotet, id tamen perpetuum non eſt. Virgilius Georg. IV, 7.

Numina læva ſinunt, auditque vocatus Apollo.

Ubi *læva*, proſpera Servius & Philargyrius interpretantur, quibus accedit Nonius cap. IV. §. 268. Abit in diverſa quidem Agellius N. A. lib. V. cap. 12. ſed, ut cenſeo, perperam. Certe quandoquidem *auſpicium ſiniſtrum lætum ſit & proſperum*, nihil mirum, ea Romanos auſpicia, quæ bona ſunt, *ſiniſtra* dixiſſe; quamvis *auſpicia ſiniſtra* pro malis & infelicibus poſuerint Valerius Maximus lib. IV. cap. 7, 2. & alii. Adeatur Feſtus in *ſcævam*, quæque Joſ. Scaliger ibi notavit. *Daviſ.*

89. Can-

partim horum, errore susceptum esse, partim supersti-
tione, multa fallendo?

XL. Atque his superstitionibus non dubitasti
etiam omina adjungere. Æmilia Paullo, Persam per-
isse; quod pater omen accepit: Cæcilia sororis filiæ
sedes suas tradere. Jam illa, Favete linguis: & prærо-
gativam, omen comitiorum: hoc est, ipsum esse con-
tra se copiosum & disertum. quando enim illa obser-
vans, quieto & libero animo esse poteris, ut ad rem
gerendam non superstitionem habeas, sed rationem du-
cem? itane? si quis aliquid ex sua re, atque ex suo
sermone dixerit, & ejus verbum aliquod aptè ceciderit
ad id, quod ages, aut cogitabis, ea res tibi aut timo- P. CXXVI.
rem v afferet, aut alacritatem? v afferat Lamb.

Cùm M. Crassus exercitum Brundisii imponeret, qui- 84
dam in portu caricas Cauno advectas vendens, [89] Cau-
neas, clamitabat. Dicamus, si placet, monitum ab eo
Crassum, caveret, ne iret: non fuisse periturum, si
omini paruisset. Quæ si suscipiamus, pedis offensio
nobis, & abruptio corrigiæ, & sternutamenta erunt
observanda. Sortes restant & Chaldæi: ut ad vates
veniamus, & ad somnia. Dicendum igitur putas de
sortibus.

XLI. Quid enim sors est? idem propemodum, 85
quod [90] micare, quod talos jacere, quod tesseras. qui-
bus x in rebus temeritas & casus, non ratio, nec con- x in reb. alii non habent.
silium valet. tota res est inventa fallaciis, aut ad quæ-
stum, aut ad superstitionem, aut ad errorem. Atque
ut in haruspicina fecimus, sic videamus, clarissimarum
sortium quæ tradatur inventio. [91] Numerium Suffu-
cium

89. *Cauneas*,] Hanc scripturam omnino damnat Casaubonus ad Athenæum III, 3. vel quod aliena ab eo sono vox, vel quod careat analogia, quum a Καῦναι debeat venire Καυναῖος, ideoque hîc scribendum monet *Caunæas*. Quidquid id est, Cicero non ab Caunis Æolica urbe, sed a Cauno Carica eas arcessit, & dulces caricas in animo habebat, quod vir maximus debuit attendere. Sonos autem vocum mirifice in illo circulatorum clamore deflecti & mutari in omnibus linguis & urbibus quis non quotidie experitur? *Gronov.*

90. *Micare.*] Vide sis interpretes ad Petronii Satir. cap. 44. *Davis.*

91. *Numerium Suffucium.*] Ita vulgò. at Pal. & ed. Vict. *Suffustium*. sec. *Sufuscium*. tert. *Suffiscium*. quart. *Suffisium*. S. Victoris *Suffuscium*. Gruter.

92. In

cium Prænestinorum monumenta declarant, honestum hominem & nobilem, somniis crebris, ad extremum etiam [y] minacibus, cùm juberetur certo in loco silicem cædere, perterritum visis, irridentibus suis civibus, id agere cœpisse: itaque perfracto saxo sortes erupisse, 92 in robore insculptas priscarum litterarum notis. Is est hodie [z] locus septus religiosè propter Jovis pueri, qui lactens cum Junone 93 Fortunæ in gremio sedens, mammam appetens, castissimè colitur à matribus.

[y] minantibus alii.

[z] lucus alii.

86 94 Eodemque tempore, in eo loco, ubi Fortunæ nunc sita ædes, mel ex olea fluxisse dicunt: haruspicesque dixisse, summa nobilitate illas sortes futuras, eorumque jussu ex illa olea arcam esse factam; [a] eaque conditas sortes, quæ hodie Fortunæ monitu tolluntur. Quid igitur in his potest esse certi, quæ, Fortunæ monitu, pueri manu miscentur, atque ducuntur? quo modo autem istæ positæ in illo loco? quis robur illud cecîdit, dolavit, inscripsit? nihil est, inquiunt, quod deus efficere non possit. Utinam sapientes Stoicos effecisset, ne omnia superstitiosa sollicitudine & miseriâ crederent! Sed hoc quidem genus divinationis vita jam communis explosit. Fani pulcritudo & vetustas, Prænestinarum etiam nunc retinet sortium nomen, atque id
87 in vulgus. Quis enim magistratus, aut quis vir illustrior utitur sortibus? ceteris verò in locis sortes planè refrixerunt.

[a] eoque MSS.

P. B.

92. *In robore insculptas.*] Sic Pall. omnes. nam S. Vict. *insculpta*, recepta lectio, *insculptis*. iidem Pall. etiam habebant *eripuisse*, pro vulgato *erupisse*. Gruter.

93. *Fortuna in gremio sedens, mammam appetens &c.*] Ita Pall. duo meliores. nam tert. & quart. interponunt, *mammam notis appetens*. S. Victoris, *nodis*. ex quo facit Gulielmius *Opis*. ingeniosius fortasse quàm verius. *Gruter.* *Mammam appetens.*] Pall. tert. quart. *mammam notis appetens*: Bal. noster, *votis*: S. Victoris liber, *nodis*; unde Janus Gulielmius legebat, *mammam Opis appetens*. Inanis autem est ea conjectura; Ops enim nihil habet, quod hic agat, & additamentum illud ex scribarum liberalitate videtur profluxisse. Certe Gruterianorum Codicum optimi, meique *Reg. Cant.* & *Ven.* 1471. vocem adsciticiam non agnoscunt. *Davis.*

94. *Eodemque tempore in eo loco, ubi Fortunæ nunc sit ædes, mel. &c.*] Est à membranis S. Victoris, & Pall. quatuor. quippe vulgata, *Eodem tempore illo loco ubi nunc Fortunæ sita ædes est, mel. &c.* priorem partem hujus emendationis admisit etiam editio Petri Victorii. non etiam posteriorem, quæ tamen meo judicio satis certa est. *Gruter.*

xerunt. [b] quod Carneadem Clitomachus ſcribit dicere b quo
ſolitum, nuſquam ſe fortunatiorem, quàm Præneſte *Daviſ.*
vidiſſe Fortunam. Ergo hoc divinationis genus [c] omit- c *alii*
tamus. omittemus, *aut* omittimus.

XLII. Ad Chaldæorum monſtra veniamus: de qui-
bus Eudoxus, Platonis auditor, in aſtrologia, judicio
doctiſſimorum hominum, facilè princeps, ſic opinatur,
id quod ſcriptum reliquit: Chaldæis in prædictione, &
in notatione cujusque vitæ ex natali die, minimè eſſe
credendum. Nominat etiam Panætius, qui unus è 88
Stoicis aſtrologorum prædicta rejecit, [d] Archelaum & d Archi-
Caſſandrum, ſummos aſtrologos illius ætatis, qua erat laum
ipſe, cùm in ceteris aſtrologiæ partibus excellerent, *Victor.*
hoc prædictionis genere non uſos. Scylax Halicarnaſ-
ſeus, familiaris Panætii, excellens in aſtrologia, idem-
que in regenda ſua civitate princeps, [95] totum hoc
Chaldaicum prædicendi genus repudiavit.

Sed, ut ratione utamur, omiſſis teſtibus, ſic iſti 89
diſputant, qui hæc Chaldæorum natalicia prædicta de-
fendunt. Vim quandam eſſe ajunt ſignifero in orbe,
qui Græcè ζωδιακὸς dicitur, talem, ut ejus orbis una-
quæque pars alia alio modo moveat immutetque cœ-
lum, [e] perinde ut quæque ſtellæ in iis finitimisque e proinde *Lamb.*
partibus ſint quoque tempore: eamque vim variè mo- P.CXXVII.
veri ab iis ſideribus, quæ vocantur errantia. Cùm au-
tem in eam ipſam partem orbis venerint, in qua ſit or-
tus ejus, qui naſcitur; aut in eam, quæ conjunctum
aliquid habeat, aut conſentiens: ea triangula illi &
quadrata nominant. Etenim [96] cùm tempore anni
tempeſtatumque, cœli converſiones commutationes-
que

95. *Totum hoc Chaldaicum prædicendi genus.*] Mediam vocem non habet Reg. noſter, nec ea videtur neceſſaria, cum Tullium de Genethliacis agere ſatis conſtet. Quandoquidem vero σαφηνείας Cicero ſit ſtudioſiſſimus, nec à vulgata lectione recedant ceteri Codices, hanc omiſſionem Librario malim tribuere, quam reliquos libros Gloſſematis poſtulare. *Daviſ.*

96. *Cum tempore anni tempeſtatumque cæli converſiones commutationesque tantæ fiant.*] Hæc natatore quidem Delio carent: ſed, ut opinor, in Librarios à Cicerone culpa eſt transferenda. MSSti Reg. & Cantab. exhibent; *cum tempore anni cæli converſiones tempeſtatumque commutationes tantæ fiant acceſſu ſtellarum & receſſu.* Unde, niſi fallor, legendum, *cum cæli converſiones tempeſtatumque commutationes tantæ fiant acceſſu ſtellarum & receſſu*; deleto prorſus tem-

quae tantae fiant accessu stellarum, & recessu; cùmque ea vi solis efficiantur, quae videmus: non verisimile solùm, sed etiam verum esse censent, perinde, utcumque temperatus sit aër, ita pueros orientes animari atque formari, ex eoque ingenia, mores, animum, corpus, actionem vitae, casus cujusque, eventusque fingi.

XLIII. O DELIRATIONEM incredibilem! non
90 enim omnis error stultitia est dicenda. Quibus etiam Diogenes Stoicus concedit, aliquid ut praedicere possint; duntaxat [f] quali quisque natura, & ad quam quisque maximè rem aptus futurus sit. Cetera, quae profiteantur, negat ullo modo posse sciri: etenim geminorum formas esse similes, vitam atque fortunam plerumque disparem. 97 Procles & Eurysthenes, Lacedaemoniorum reges, gemini fratres fuerunt.

f *ita Davis.* *alii* qualis.

91 At hi nec totidem annos vixerunt: anno enim Procli vita brevior fuit, multumque is fratri rerum gestarum gloriâ praestitit. At ego id ipsum, quod vir optimus Diogenes Chaldaeis, quasi quadam praevaricatione, concedit, nego posse intelligi. Etenim cùm, ut ipsi dicunt, ortus nascentium luna moderetur, eaque animadvertant & notent sidera natalicia Chaldaei, quaecumque

tempore anni, quod sensum turbat, & margini primitus adscriptum videtur, ne *tempestatum* nobis lateret potestas. Auctoris sane mens hoc modo plana fit & aperta. *Davis.*

97. *Proclus & Eurysthenes.*] Cum ab Herodoto hic idem nominetur Προκλῆς, à Strabone autem Πατροκλῆς; adducor, ut suspicer apud Herodotum omissam fuisse lineam à Librario, quae super Πατροκλῆς nomen obducenda fuit, & ex πρόκλῆς factum esse ut scriberetur Προκλῆς. *Ursin.* *Proclus & Eur.*] Terminationem istam attribuo terminationi casus incerti, qui sequitur, *Procli*, sive Tullius eum secundum, sive tertium habuerit, unde librarii hunc primum casum finxerunt. eos enim hic haesitasse apparet notabiliter ex MS. Vossiano, ubi quum ab correctrice manu esset exaratum *Procles*, sextae literae superscriptum v. Hinc verius elegi. *Graev.* *Procles & Eurysthenes.*] Cum primus horum, Straboni (cui Plutarchus in Lycurgo pag. 40. addi potest) Πατροκλῆς nuncupetur; conjicit Ursinus, ex compendiaria scribendi ratione natum esse Proclem. Sed inanis est ea suspicio; hunc enim Proclem appellant non modo noster & Herodotus, sed Pausanias etiam in Lacon. cap. 1. Apollodorus Bibl. lib. II. §. 2, 4. Porphyrius de Abstin. lib. 1. §. 25. aliique: ut ex iis emendandos esse Strabonem & Plutarchum multo sit verisimilius. De Procle & Eurysthene videas licet Joan. Meursium Regn. Lacon. capp. 10, 15. *Davis.*

98. *Et*

lunæ juncta videantur: oculorum fallacissimo sensu cant ea, quæ ratione atque animo videre debe- t. docet enim ratio mathematicorum, quam istis am esse oportebat, quanta humilitate luna feratur, P. R. am pænè contingens, quantum absit à proxima rcurii stella, multo autem longiùs à Veneris, deinde intervallo distet à sole, cujus lumine collustrari pu- r. Reliqua verò tria intervalla, infinita & immen- à sole ad Martis, inde ad Jovis, ab eo ad Saturni am, inde ad cœlum ipsum, quod extremum atque num mundi est. Quæ potest igitur contagio ex in- 92 o pænè intervallo pertinere ad lunam, vel potiùs erram?

LIV. QUID? cùm dicunt id, quod iis dicere esse est, omnes omnium ortus, quicumque gignan- in omni terra, quæ incolatur, eosdem esse, ea- que omnibus, qui eodem statu cœli & stellarum sunt, accidere necesse esse: nonne ejusmodi sunt, ie cœli quidem naturam interpretes istos cœli nosse areat? cùm enim illi orbes, qui cœlum quasi me- n dividunt, & adspectum nostrum definiunt à Græ- ὁρίζοντες nominantur, à nobis finientes rectissimè ninari possunt, varietatem maximam habeant, alii- in aliis locis sint, necesse est, ortus occasusque si- im non fieri eodem tempore apud omnes. Quòd si eorum vi cœlum modò hoc, modò illo 93 lo temperatur: quî potest [98] eadem vis esse nascen- i, cùm cœli tanta sit dissimilitudo? in his locis, quæ incolimus, post solstitium Canicula exoritur, & lem aliquot diebus: apud Troglodytas, ut scribitur, solstitium: ut, si jam concedamus aliquid vim estem ad eos, qui in terra gignuntur, pertinere, itendum sit illis, eos, qui nascuntur eodem tem- :, posse in dissimiles incidere [g] naturas propter cœli militudinem. Quod minimè illis placet. volunt enim omnes eodem tempore ortos, qui ubique sint nati, m conditione nasci.

[g] genituras conj. *Davis.*

XLV.

[98] *Eadem vis esse nascentium.*] Ita quidem MSSti. Sed legen- videtur *eadem vis esse in nascentes*, vel *eadem vita esse nascen-* Vide capp. 42, 45. Aliter quidem sensum commodum ex- i nequeo; nisi forsan, quod haud veri est dissimile, vox a Librariorum censeatur emblema. *Davis.*

99. *Ut*

Pag. CXXVIII. XLV. SED QUAE tanta dementia est, [99] ut in maximis motibus mutationibusque coeli, nihil intersit, qui
94 ventus, qui imber, quae tempestas ubique sit? quarum rerum in proximis locis tantae dissimilitudines saepe sunt, ut alia Tusculi, alia Romae eveniat saepe tempestas. Quod, qui navigant, maximè animadvertunt, cùm in flectendis [h] promontoriis, ventorum mutationes maximas saepe sentiant. Haec igitur cùm sit tum serenitas tum perturbatio coeli, estne sanorum hominum, hoc ad nascentium ortus pertinere non dicere: quod non certè pertinet: illud nescio quid tenue, quod sentiri nullo modo, intelligi autem vix potest, quae à luna, ceterisque sideribus coeli temperatio fiat, dicere ad puerorum ortus pertinere? Quid? quòd non intelligunt, seminum vim, quae ad gignendum procreandumque plurimum valeat, funditus tolli, mediocris erroris est? quis enim non videt, & formas, & mores, & plerosque status ac motus effingere à parentibus liberos? quod non contingeret, si hoc non vis & natura gignentium efficeret, sed temperatio lunae coelique moderatio.

h promuntoriis *Lamb.*

95 Quid? quòd uno & eodem temporis puncto nati, dissimiles & naturas, & vitas, & casus habent: parumne [i] declarant, nihil ad agendam vitam nascendi tempus pertinere? nisi fortè putamus neminem eodem tempore ipso & conceptum, & natum, quo Africanum. Num quis igitur talis fuit?

i declarat *conj. Davis.*

96 XLVI. QUID? illudne dubium est, quin multi, cùm ita nati essent, ut quaedam contra naturam depravata haberent, restituerentur, & [1] corrigerentur ab natura, cùm se ipsa revocasset, aut arte, aut medicina? aut quorum linguae sic inhaererent, ut loqui non possent,

99. *Ut in maximis motibus.*] Sic edidi ex aliis & fere omnibus editionibus ante Gruterum, a quo nescio quî abolita est praepositio, certe sine causa, & forsan inscio. Infra MS. Voss. ut editiones Victorii *aut arte atque medicina.* Gronov.

1. *Corrigerentur à natura — aut arte atque medicina.*] Vulgg. *aut medicina*, quasi scilicet ars non esset medicina! Nos igitur MSStos Voss. & Victor. secuti sumus. Sed & rescripserim *corrigerentur ant natura, cum se ipsa revocasset, aut arte atque medicina.* Nam quaedam vitia teneris corporibus insita, cum robustiores & validiores facti sumus, ipsa natura, medicinâ non adhibita, corrigit & emendat. *Davis.*

a a

sent, eæ scalpello resectæ liberarentur? Multi etiam naturæ vitium meditatione atque exercitatione sustulerunt; ut Demosthenem scribit Phalereus, cùm RHO dicere nequiret, exercitatione fecisse, ut planissimè diceret. quòd si hæc astro ingenerata & tradita essent, nulla res ea mutare posset. Quid? dissimilitudo locorum nonne dissimiles hominum procreationes habet? quas quidem percurrere oratione facile est: quid inter Indos & Persas, [2] Æthiopas & Syros differat, corporibus, animis: ut incredibilis varietas dissimilitudoque sit. P. 96

Ex quo intelligitur, plus terrarum situs, quàm [3] lunæ tractus ad nascendum valere. Nam quod ajunt, quadringenta & septuaginta millia annorum in periclitandis experiundisque pueris, quicumque essent nati, Babylonios posuisse, fallunt. si enim esset factitatum, non esset desitum. neminem autem habemus auctorem, qui id aut fieri dicat, aut factum sciat. 97

XLVII. VIDESNE, me non ea dicere, quæ Carneades, sed ea, quæ princeps Stoicorum Panætius dixerit? ego autem etiam hoc requiro, omnesne, qui Cannensi pugna ceciderunt, uno astro [k] fuerint. Exitus quidem omnium unus & idem fuit. Quid? qui ingenio atque animo [l] singulares, [4] num astro quoque uno? quod enim tempus, quo non innumerabiles nascan-

k orti fuerint MS.

l sing. nascuntur MS. & Lamb.

2. *Æthiopas & Syros.*] Editio Victorii *Æthiopas Syros*, neque aliter S. Victoris aut Pall. duo meliores. *Gruter.* *Et Æthiopas.*] In vulgatis deest prima vox, quam nos ex Bal. Cant. Ven. 1471. & Victor. adjecimus. Alioqui cum plures Codices dent *Æthiopas, Syros*, expunctis conjunctionibus, legi possit *inter Indos, Persas, Æthiopas, Syros.* Rem ipsam tetigit Sextus Empiricus Pyrrhon. Hypot. lib. I. pag. 17. *Davis.*

3. *Lunæ tractus.*] Pal. tres & S. Victoris *tactus.* sec. *actus.* utrumque præposuerim vulgato. *Gruter.* *Lunæ tractus.*] In S. Victoris libro, Reg. Cantab. & Pall. tribus est *Lunæ tactus*, in uno legitur *actus.* Sed nec vulgata, nec harum lectionum alterutra mihi placet. Cum viro doctissimo Joan. Clerico malim, *Lunæ flatus*, ut supra cap. 44. *eodem statu cæli & stellarum natos* dixit. *Davis.*

4. *Num astro quoque uno?*] Editt. Ven. 1471. & Bad. repræsentant, *atque uno*, quod Lambino placuit. Sed perinde est, hoc an illo modo legas. In eo vero quod vir ille doctus supra dederit, *ingenio atque animo singulares nascuntur*, haud addicunt nostri Codices, nec id supplementum flagitat oratio. *Idem.*

ſcantur? at certè ſimilis nemo Homeri.

98 Et, ſi ad rem pertinet, quo modo cœlo affecto, compoſitiſque ſideribus quodque animal oriatur: [5] valeat id neceſſe eſt etiam in rebus inanimis. quo quid dici poteſt abſurdius? L. quidem Tarutius Firmanus, familiaris noſter, in primis [6] Chaldaicis rationibus eruditus, urbis etiam noſtræ natalem diem repetebat ab iis Parilibus, quibus eam à Romulo conditam accepimus; Romamque, in jugo cùm eſſet luna, natam eſſe dicebat, nec ejus fata canere dubitabat.

F. CXXIX. O vim maximam erroris! Etiamne urbis natalis dies

99 ad vim ſtellarum & lunæ [m] pertinebat: fac in puero referre, ex qua affectione cœli primum ſpiritum duxerit. num hoc in latere, aut in cæmento, ex quibus urbs effecta eſt, potuit valere? ſed quid plura? quotidie refelluntur. Quàm multa ego Pompejo, quàm multa Craſſo, quàm multa huic ipſi Cæſari à Chaldæis dicta memini, neminem eorum [n] niſi in ſenectute, niſi domi, niſi cum claritate eſſe moriturum? ut mihi permirum videatur, quemquam exſtare, qui etiam nunc credat iis, quorum prædicta quotidie videat re & eventis refelli.

m pertinebit *conj. Lamb.*

n *alii* niſi ſen.

100 XLVIII. RESTANT duo divinandi genera: quæ habere dicimur à natura, non ab arte; vaticinandi & ſomniandi. De quibus, Quinte, inquam, ſi placet, diſſeramus. Mihi verò, inquit, placet. his enim, quæ adhuc diſputaſti, prorſus aſſentior: &, verè ut loquar, quamquam tua me oratio confirmavit, tamen etiam mea ſponte nimis ſuperſtitioſam de divinatione Stoicorum ſententiam judicabam; ac me Peripateticorum ratio magis movebat, & veteris Dicæarchi, & ejus, qui nunc floret, Cratippi, qui cenſent eſſe in mentibus hominum tamquam oraculum aliquod, ex quo futura præſentiant, ſi aut furore divino incitatus animus, aut ſomno relaxatus, ſolutè moveatur ac liberè. His de ge-

5. *Valeat id neceſſe eſt etiam in rebus inanimis.*] Atqui Victorium edere videmus *neceſſe eſt non in hominibus ſolum, verum in beſtiis etiam*, idque ipſum ex codice Voſſiano adſcripſit pater. *Gronov.*

6. *Chaldaicis literis eruditus.*] Veteres libri *Chaldaicis rationibus*, habent: quod recepi. liber etiam Democriti phyſici, Χαλδαϊκὸς λόγος inſcriptus erat, ut tradit Diogenes Laërtius in vita ipſius. *Victor.*

7. Stoi-

generibus quid sentias, & quibus ea rationibus infirmes, audire sane velim. Quæ cùm ille dixisset, tum ego 101 rursus quasi ab alio principio sum exorsus dicere. Non ignoro, inquam, Quinte, te semper ita sensisse, ut de ceteris divinandi generibus dubitares: [o] ista duo, furoris & somnii, quæ à libera mente fluere viderentur, probares.

[o ita Victor. & MSS.]

XLIX. DICAM igitur de istis ipsis duobus generibus mihi quid videatur, si priùs, [7] Stoicorum conclusio rationis, & Cratippi nostri, quid valeat, videro. Dixisti enim, & Chrysippum, & Diogenem, & Antipatrum concludere hoc modo. Si sunt dii, neque antè declarant hominibus, quæ futura sint: aut non diligunt homines: aut, quid eventurum sit, ignorant: aut existimant nihil [p] interesse, hominem scire, quid sit futurum: aut non censent esse suæ majestatis, præsignificare hominibus, quæ sint futura: [8] aut ea ne ipsi quidem dii significare possunt.

[P. B.]

[p interesse hominum Davis.]

Aut neque non diligunt nos: sunt enim benefici, 102 generique hominum amici: neque ignorant ea, quæ ab ipsis constituta & designata sunt: neque nostra nihil interest, scire ea, quæ futura sunt; erimus enim cautiores, si sciemus: neque hoc alienum ducunt majestate sua; nihil est enim benificentia præstantius: neque non possunt futura prænoscere. non igitur dii sunt, nec significant nobis futura: sunt autem dii: significant ergo. Et, non, si significant futura, nullas dant nobis

7. *Stoicorum conclusio rationis.*] Hic est ordo in hac secundi casus conjuncta iteratione Ciceroni probatus, ut jam olim edidit Victorius & Hervagius, non *Stoicorum rationis conclusio*, ut ex aliis Gruterus. Id probavit ipse auctor supra in principio *quorum studio legendi*. Tale *canum fida adulatio dominorum*. Tale lib. 1. ad Famil. epist. 7: *propter aliquorum opinionem suæ cupiditatis*. Copulativa, quam præmisit idem Victorius, ex MSto non notatur. *Gronov.*

8. *Aut ea ne ipsi quidem Dii significare possunt.*] Mihi hoc totum frustra videtur inculcatum; quorsum enim iteretur? cum idem significet id quod dixit, *aut quid eventurum sit ignorant*. P. Manut. Frustra prorsus est vir doctissimus; præterquam enim quod hæc legantur etiam lib. 1. cap. 38. aliud est *ignorare*; aliud *significare non posse*. Muti proculdubio surdique multa sciant, quæ declarare non possunt; & ab iis stat, aut potius ex eorum sententia loquitur, Cicero, qui fieri posse negant, ut illa sit à Diis rerum futurarum significatio. *Davis.*

q significationis *Davis.* bis vias ad q significationum scientiam, frustra e significarent: neque, si dant vias, non est divina
103 est igitur divinatio. O acutos homines! quàm pa verbis negotium confectum putant? Ea sumunt ad c cludendum, quorum iis nihil conceditur. Concl autem rationis ea probanda est, in qua ex rebus dubiis id, quod dubitatur, efficitur.

L. VIDESNE Epicurum, quem hebetem & dem dicere solent Stoici, quemadmodum, quod in tura rerum omne esse dicimus, id infinitum esse c cluserit? Quod finitum est, inquit, habet extrem Quis hoc non dederit? quod r autem habet extrem id cernitur ex alio extrinsecus. hoc quoque est co dendum. At, quod omne est, id non cernitur ex

r *alii non habent* autem.

P. CXXX. extrinsecus. Ne hoc quidem negari potest. s Nihil tur cùm habeat extremum, infinitum sit necesse Videsne, ut ad rem dubiam concessis rebus perv rit?

s Omne igit. nihil cum *conj. Lamb.*

104 Hoc vos dialectici non facitis: nec solùm ea nor mitis ad concludendum, quæ ab omnibus co dantur: sed ea sumitis, quibus concessis, nihilo gis t efficiatur quod velitis. Primùm enim hoc sum *Si sunt dii, benefici in homines sunt.* Quis hoc v dabit? Epicurusne, 9 qui negat, quidquam deos alieni curare, nec sui? an noster Ennius, qui ma plausu loquitur, assentiente populo?

t efficiatis *alii.* efficitur *MS.*

Ego deûm genus esse semper dixi & dicam cœlit
Sed eos non curare opinor, quid agat humanum g

Et quidem, cur sic opinetur, rationem subjicit. nihil est necesse dicere, quæ sequuntur. tantum sa intelligi, id sumere istos pro certo, quod dubium troversumque sit.

105 LI. SEQUITUR porrò, *Nihil deos ignorare,*

9. *Qui negat, aliquicquam deos.*] Sic edidi ex admonitu g de quo satis supra, quum vulgo *negat quicquam.* Gronov. *quidquam Deos nec alieni curare nec sui.*] Jac. Gronovius voce ctam, *aliquidquam*, intruserat, quam nos, jubentibus n MSStis, ejecimus, veteremque lectionem reduximus. Erat Epicuri κυρία δόξα, τὸ μακάριον καὶ ἄφθαρτον οὔτε αὐτὸ πρ τα ἔχειν, οὔτε ἄλλῳ παρέχειν, pro illius enim sententia φαινοῦσι πραγματείαι καὶ φροντίδες μακαριότητι. Vide Dio Laërtium lib. X. §. 77. & nostrum lib. I. N. D. capp. 1 *Davis.*

omnia sint ab iis constituta. Hîc verò quanta pugna est doctissimorum hominum, negantium esse hæc à diis immortalibus constituta? At *nostra interest* v *scire*, ea quæ eventura sint. Magnus Dicæarchi liber est, nescire ea melius esse, quàm scire. 10 Negant id esse alienum

v *alii* scire quæ.

10. *Negant enim id esse alienum majestatis deorum, scilicet causas omnium introspicere.*] Apparet, hæc præcedentibus esse attexenda, locumque ita corrigendum: *Negant etiam id esse alienum majestatis deorum, scilicet, casas omnium introspicere.* quo enim ordine Chrysippus, Diogenes & Antipater rationes, cur divinatio esset, attulerunt; eodem ordine eas ipsas rationes conatur Cicero confutare. *Negat etiam*, inquit, *id esse alienum majestatis deorum casas omnium introspicere*, εἰρωνικῶς, quasi dicat: Maxime est alienum majestatis deorum casas omnium introspicere, ut videant, quid cuique conducat. & dixit *casas* potiùs quàm *domos*, ut humilitate verbi major esset ironia: domos enim principes viri habitare solent, casas non solent, quæ agrestium propriæ sunt. Dictionem autem illam, *scilicet*, ita accipimus, ut per ironiam posita sit, non ut, *id est*, significet. Neque *majestate* lego, pro *majestatis*: cum alienus etiam generandi casu conjungatur: ut lib. I. de Fin. 31. *Quis alienum putet ejus esse dignitatis, quam mihi quisque tribuit.* Et de Universitate: *Naturam fugientem, & ejus copulationis alienam.* Et Sallustius in Catil. cap. 41. *Domus D. Bruti propinqua foro, neque aliena consilii propter Semproniam.* Et Lucretius lib. VI, 68.

——— *Alienaque pacis eorum.*

Et ibidem infra vs. 1063.

Nec tamen hac ita sunt aliarum rerum aliena.

P. Manutius. *Causas omnium introspicere.*] Casas legendum censet Manutius, nam omnes libri habent *causas*. Lambin. *Negant enim id esse.*] Inter hæc verba, & superiora *quam scire*, deest quiddam tale, *Sequitur Deos ea nobis præsignificare. Negant iidem.* Deinde legendum, *ajunt enim &c.* Debet igitur hic notari stellula, & ita olim jusseram. *Lambinus. Negant id esse &c.* Lambinus heic multa interponit de suo, plane ex supervacuo. quod nos damus, est à mss. Pall. item editione Victorii. neque aliquid deesse videtur. *Gruter. Negant id esse alienum majestate Deorum, scilicet casas omnium introspicere.*] Paulli Manutii conjecturam, qui *casas*, non *causas*, legit, diserte firmat Pal. sec. In reliquis Victorium nostrosque Codices sequimur, licet de constructione, quam propugnat vir doctissimus, dubitari non possit. At Lambinianis additamentis nihil est opus, si modo locum recte capiamus; prior enim pars est Philosophorum, quorum conclusionem rationis exponit noster; posterior, ipsius Ciceronis, eorum sententiam εἰρωνικῶς perstringentis. Sic igitur distingue: *Negant* (Chrysippus, Diogenes, Antipater) *id esse alienum majestate Deorum. Scilicet casas omnium introspicere, ut videant, quid cuique conducat.* Similiter Epicurei ridebant potius, quam timebant, *omnia providentem & cogitantem & animadvertentem, & omnia ad se pertinere*

x causas alii. num majestate deorum, scilicet [x] casas omnium introspicere, ut videant quid cuique conducat. Neque non possunt *futura praenoscere*. Negant posse ii, quibus non placet esse certum, quid futurum sit.

y sunt alii. z sumere ipsos alii. a alii & sunt. P. B.

106 Videsne igitur, quae dubia [y] sint, ea [z] sumi pro certis atque concessis? deinde contorquent, & ita concludunt: *Non igitur* [a] *sunt dii, nec significant futura*: id enim jam perfectum arbitrantur. Deinde assumunt: *Sunt autem dii*: quod ipsum non ab omnibus conceditur: *Significant ergo*. Ne id quidem sequitur. possunt enim non significare, & tamen esse dii: [11] nec si significent, non dant vias aliquas ad scientiam significationis. At id quoque potest, ut non dent [b] homini; ipsi habeant, cur enim Tuscis potiùs, quàm Romanis darent? Nec si [c] dant vias, nulla est divinatio. Fac dare deos, quod absurdum est: quid refert, si accipere non possumus? Extremum est, [d] *Est igitur divinatio*. Sit extremum: effectum tamen non est. ex falsis enim, ut ab ipsis didicimus, verum effici non potest. jacet igitur tota conclusio.

b hominibus *Davis.* c non dant *edd. vett.* d *alii non habent* Est.

107 LII. VENIAMUS nunc ad optimum virum, familiarem nostrum, Cratippum. Si sine oculis, inquit, non potest exstare officium & munus oculorum, possunt autem aliquando oculi non fungi suo munere: qui vel semel ita est usus oculis, ut vera cerneret, is habet [e] sensum oculorum vera cernentium. Item igitur, si sine divinatione non potest officium & munus divinationis exstare, potest autem, cùm quis divinationem habeat, errare aliquando, nec vera cernere: satis est ad confirmandam divinationem, semel aliquid ita esse divinatum, nihil ut fortuitò cecidisse videatur. sunt autem ejus generis innumerabilia. esse igitur divinationem confitendum est. Festivè & breviter. sed cùm bis sumpsit quod voluit, etiam si faciles nos ad concedendum habuerit: id tamen, quod assumit, concedi nullo modo

e usum *MS.*

putantem, curiosum & plenum negotii Deum. Verba sunt Tullii N. D. lib. 1. cap. 20. Vide sis Minucii Felicis Octav. cap. 10. & infra cap. 63. *Davis.*

11. *Nec, si significent, non dant.*] Vulgg. *dare*, quod sensum prorsus turbat vitiatque; namque verba sunt philosophorum, quae statim refellit Cicero. Vide cap. 49. Nos igitur veterem codicem secuti sumus, quem memorat quidem Lambinus; ita tamen ut ei non obtemperarit. *Idem.*

12. Si

modo potest. Si, [f] inqnit, aliquando oculi peccent, 108 tamen, quia rectè aliquando viderint, inest in iis vis videndi. Item, [12] si [g] quis semel aliquid [h] dixerit, is etiam cùm peccet, tamen existimandus sit habere vim divinandi.

LIII. VIDE, quæso, Cratippe noster, quàm sint ista similia. nam mihi non videntur. oculi enim vera cernentes, utuntur natura atque sensu: animi si quan- P. CXXXI. do vel vaticinando vel somniando vera viderunt, usi sunt fortuna atque casu. Nisi fortè concessuros tibi existimas eos, qui somnia pro somniis habent, si quando aliquod somnium verum evaserit, non id fortuitò accidisse. Sed demus tibi istas duas sumptiones, ea, quæ λήμματα appellant dialectici: sed nos Latinè loqui malumus: [13] præsumptio tamen, quam πρόληψιν iidem vocant, non dabitur.

Assumit autem Cratippus hoc modo: Sunt autem in- 109 numerabiles præsensiones non fortuitæ. At ego dico nullam. Vide, quanta sit controversia. Jam assumptione non concessa, nulla conclusio est. At impudentes sumus, qui, [i] cùm tam perspicuum sit, non concedamus. Quid est perspicuum? Multa vera, inquit, evadere. Quid, quòd multo plura falsa? nonne ipsa varietas, quæ est propria fortunæ, fortunam esse causam, non naturam [k] docet? deinde, si tua ista conclusio, Cratippe, vera est; (tecum enim mihi res est) nonne

f aliquando, inquit *Lamb.*
g qui *Idem.*
h in divinatione verè *Idem.*
i quod *alii.*
k esse docet *Grut. & alii.*

12. *Si quis semel aliquid dixerit.*] Vulgati in hunc usque diem, *aliquid in divinatione dixerit.* sed delevi glossulam illam auctoritate Palatini primi, ubi ejus nec vola, nec vestigium. & supra notavi, *dicere* idem esse quod *prædicere.* Gruter. *Si quis semel aliquid dixerit.*] Sic absurdissime dedit Gruterus ex Pal. primo. Nimirum *dicendi* verbo *prædicendi* vim competere putavit vir ille doctus, quod plane falsum est & incongruum. Bal. veteres editi repræsentant, *si quis semel aliquid in divinatione dixerit:* Reg. autem & Cantab. habent *de divinatione.* Abundat utraque præpositio, legendumque, *si quis semel aliquid divinatione dixerit.* Ablativus modum denotat. *Davis.*

13. *Præsumptio tamen, quam πρόληψιν &c.*] Si libros nostros, & S. Victoris, imò si editos à Victorio, Sturmio, Camerario, sequimur; rescribendum erit plane *præsensio:* quod item reposuissem, nisi iterasset Cicero linea sequenti. *Gruter.* *Præsumptio tamen.*] In MSStis & Ven. 1471. est præsensio, quod tantum non receperat Gruterus. At omnino retinenda est lectio vulgata, prout ipsa vox πρόληψις satis superque demonstrat. *Davis.*

ne intelligis eadem uti posse & haruspices, & fulguratores, & interpretes ostentorum, & augures, & sortilegos, & Chaldæos? quorum generum nullum est, ex quo non aliquid, sicut prædictum sit, evaserit. Ergo aut ea quoque genera divinandi sunt, quæ tu rectissimè improbas: aut, si ea non sunt, non intelligo, cur hæc duo sint, quæ relinquis. qua ergo ratione hæc inducis, eâdem illa possunt esse, quæ tollis.

110 LIV. QUID verò habet auctoritatis furor iste, quem divinum [1] vocatis, ut, quæ sapiens non videat, ea videat insanus, & is, qui humanos sensus amiserit, divinos assecutus sit? Sibyllæ versus observamus, quos illa furens fudisse dicitur. [14] quorum interpres nuper falsa quædam hominum famâ dicturus in senatu putabatur, eum, quem re vera regem habebamus, appellandum quoque esse regem, si salvi esse vellemus. Hoc si est in libris, in quem hominem, & in quod tempus est? callidè enim, qui illa composuit, perfecit, ut, quodcumque accidisset, prædictum videretur, hominum & temporum definitione sublata.

1 vocas MS.

P. B.

111 Adhibuit etiam latebram obscuritatis, ut iidem versus aliàs in aliam rem posse accommodari viderentur. Non esse autem illud carmen furentis, cùm ipsum poëma declarat (est enim magis artis & diligentiæ, quàm incitationis & motus) tum verò ea, quæ ἀκροστιχὶς dicitur, cùm deinceps [15] ex primis versus litteris aliquid connectitur, ut in quibusdam Ennianis, [16] *quæ Ennius fecit*

14. *Quorum interpres.*] L. Catta; de quo Suetonius in Jul. Cæs. his verbis: *Percrebuit fama, L. Cattam* XVvirum *sententiam dicturum, ut, quoniam libris fatalibus contineretur, Parthos nisi à rege non posse vinci, Cæsar rex appellaretur.* Ex quo Ciceronis locus illustratur, & simul intelligitur, Sibyllinis libris interpretandis XVviros præfuisse. *P. Manut.*

15. *Ex primis versus litteris.*] Lege *versuum ἀκροστιχίδων* enim hæc est ratio, ut prima versuum littera totius carminis mentem atque sententiam repræsentet. Augustin. Civ. Dei lib. XVIII. cap. 23. *Flaccianus — Græcum nobis codicem protulit, carmina esse dicens Sibyllæ Erythrææ, ubi ostendit quodam loco in capitibus versuum ordinem literarum ita se habentem, ut hæc in eo verba legerentur,* Ἰησοῦς Χριστὸς Θεοῦ Υἱὸς Σωτήρ. Etiam nunc exstant ii versus in Constantini Orat. ad Sanctorum cœtum cap. XVIII. Simili modo Commodianus aliique omnes, qui nugacis istius diligentiæ monumenta reliquerunt. *Davis.*

16. *Quæ Ennius fecit.*] Puto hoc inducendum, ut glossam præce-

fecit. Id certè magis est attenti animi, quàm furentis.

m Atque in Sibyllinis [17] ex primo versu cujusque sententiæ primis litteris illius sententiæ carmen omne prætexitur. Hoc scriptoris est, n non furentis; adhibentis diligentiam, non insani. Quamobrem Sibyllam quidem sepositam & conditam habeamus, ut, id quod proditum est à majoribus, injussu senatûs ne legantur quidem libri, valeantque ad deponendas potiùs, quàm ad suscipiendas religiones: cum antistitibus agamus, ut quidvis potiùs ex illis libris, quàm regem proferant, quem Romæ posthæc nec dii nec homines esse o patiantur. 112

m *Æque conj. Grut.* n adhib. dilig. non furentis *Lamb.* o patientur *alii.*

LV. AT MULTI sæpe vera vaticinati, ut Cassandra, 113

[18] *Jamque mari magno.* ——

Eademque paullo pòst:

[19] *Eheu videte,* ——

Num igitur me cogis etiam fabulis credere? quæ delectationis habeant, quantum voles: verbis, sententiis, numeris, cantibus adjuventur: auctoritatem quidem nullam

cedentis verbi. *P. Manut.* *Qua Ennius fecit.*] Expressi quod erat in Pall. alii malunt, *Q. Ennius*, de quo videatur Henr. Stephanus in Schediasmate Januarii sui. Clarissimus vir Claud. Puteanus isthæc habebat pro spuriis. *Gruter.*

17. *Atque in Sibyllinis ex primo versu cujusque sententia.*] In manuscripto est, *ex primi versus.* Ursin. *Ex primo versu cujusque sententia primis literis illius sententia carmen &c.*] Pal. pr. non agnoscit, *primis literis illius sententia.* & resipiunt sanè aliquid falsi. quamvis in prioribus omnia fortè nondum emaculata. Puteanus adnotarat, repertum in veteri scripto, *ex primis versuum cujusque sententia literis*, videndumque Dionys. Halicarnassæum, libro I. Antiq. Rom. & Eusebium in oratione ad Christianos. *Gruter.* *Ex primo versu cujusque sententia primis litteris illius sententia carmen omne pratexitur.*] Pal. pr. & Cantab. non agnitis *primis litteris illius sententia*, habent tantum, *ex primo versu cujusque sententia carmen omne pratexitur.* A vulgatis non recedunt Reg. aut Bal. nisi quod hic *versum* pro *versu* repræsentet. Liber Puteaneus dat, *ex primis versuum cujusque sententia litteris.* Optime quidem, ut mihi videtur; & ita conjecit Auratus. Totum igitur locum mutatione levissima sic constituerim: *Ex primis versuum cujusque sententia litteris illius sententia carmen omne pertexitur.* Hinc σίχοι τινὲς ἐμπεποιημένοι ἐλέγχονται ταῖς καλουμέναις ἀκροσιχίσι, quemadmodum ex Varrone tradit Dionysius Halicarnasseus lib. IV. cap. 62. *Davis.*

18. *Jamque mari magno.*] Totum carmen videre licet lib. I. cap. 31. *Idem.*

19. *Eheu videte.*] Adi lib. I. cap. 50. *Idem.*

 20. Re-

P. CXXXII. nullam debemus, nec fidem commenticiis rebus adjungere. Eodemque modo nec ego Publicio nescio cui,
p Martiis alii. nec p Marciis vatibus, nec Apollinis opertis credendum existimo: quorum partim ficta apertè, partim effutita temerè, numquam ne mediocri quidem cuiquam, non modò prudenti, probata sunt.

114 q Quid? inquies: [20] remex ille de classe Coponii,
q Quid inq. alii. nonne ea prædixit, quæ facta sunt? Ille verò, & ea quidem, quæ omnes eo tempore, ne acciderent timebamus. castra enim in Thessalia castris collata audiebamus; videbaturque nobis exercitus Cæsaris & audaciæ plus habere, quippe qui patriæ bellum intulisset; & roboris, propter vetustatem. Casum autem prœlii, nemo nostrûm erat, quin timeret: sed ita, ut constantibus hominibus par erat, non apertè. Ille autem Græcus quid mirum, si magnitudine timoris, ut plerumque fit, à constantia, atque à mente, atque à se ipse discessit? qua perturbatione animi, quæ, sanus cùm esset, timebat ne evenirent, ea demens eventura esse dicebat. Utrum tandem, per deos atque homines! magis verisimile est, vesanum remigem, an aliquem nostrûm, qui ibi tum eramus, me, Catonem, Varronem, Coponium ipsum, consilia deorum immortalium [21] perspicere potuisse?

115 LVI. SED JAM ad te venio,

> [22] *Sancte Apollo*, [23] *qui umbilicum certum terrarum obsides*,

Unde

20. *Remex ille de classe Coponii.*] De quo supra lib. I. cap. 32. *Davis.*

21. *Perspicere potuisse.*] Si antiquos libros sequi oportet, longè alia exorietur & melior fortè sententia. habent enim S. Victoris, certè Pall. quatuor *respicere*: secundus præterea, *respicere non potuisse*, Gruter. *Consilia Deorum immortalium perspicere potuisse.*] Reg. noster, *rspicere*; reliqui cum Pall. omnibus, & Ven. 1471. *respicere*; nec Grutero judice, pejor orietur inde sententia. Ego vero in Hæresi sum contraria; nam mihi videtur illorum Codicum lectio inepta prorsus & incommoda; quum vulgata sit rei conveniens, nec omnino mutanda, licet Librarii quidam dormitantes ab ea nonnihil aberrarint. *Davis.*

22. *O sancte Apollo.*] Prima litera versus expungenda potius, ut fiat trochaicus; quàm ut cum Lambino rescribamus carmine secundo contra libros, *Unde hæc superstitiosa*. Gruter. *Sancte Apollo.*] Vulgg. *ô sancte Apollo*. Cum igitur horum versuum, prout fert recepta lectio, primus sit Jambicus octonarius, alter vero, Trochaïcus,

Unde [x] *superstitiosa primum* [24] *sæva evasit vox fera.* x *hac sup.* Lamb.
Tuis enim oraculis Chrysippus totum volumen implevit partim falsis, ut ego opinor, partim casu veris, [25] ut fit in omni oratione sæpissimè; [26] partim flexiloquis & obscuris, ut interpres egeat interprete, & sors ipsa ad sortes referenda sit; partim ambiguis, & quæ ad dialecticum [s] deferenda sint. Nam cùm sors illa edita est opulentissimo regi Asiæ, P. B. s referenda *Grut.* & *alii.* deferendæ sint *Victor.*

Crœsus Halym penetrans magnam pervertet opum vim:

hostium vim sese perversurum putavit, pervertit autem suam.

Utrum igitur eorum accidisset, verum oraculum fuisset. Cur autem hoc credam umquam editum Crœso? aut Herodotum cur veraciorem ducam Ennio? num minùs ille potuit de Crœso, quàm de Pyrrho fingere Ennius? quis enim est, qui credat, Apollinis ex oraculo Pyrrho esse responsum? 116

Ajo te, Æacida, Romanos vincere posse.

Primùm Latinè Apollo numquam locutus est. deinde ista

chaïcus; D. Lambinus, ut uterque paribus incederet pedibus, in secundo legit, *unde* hæc *superstitiosa.* Sed scopum tetigit Gruterus, qui delendam statuit illam exclamandi particulam; octonarios enim, ut docuit eruditissimus Bentlejus, haud recipit Tragœdia. *Davis.*

23. *Qui umbilicum terrarum certum obsides.*] *Obtines* est in manuscripto, & ita scriptum est apud Varronem in libris de Lingua Latina. *Ursin.*

24. *Sæva evasit vox fera.*] Junior, conjiciebam, *sæpe evasit vox foras.* nunc, malo aliquid non intelligere, quàm indulgere divinationi qualicumque; quàm debere ingeniis melioris doctrinæ fruge saturis ludibrium. *Gruter.*

25. *Ut fit in omni oratione sæpissimè; partim flexiloquis.*] Idem hariolabar, *ut fit in partim flexiloquis*; omissis mediis, tanquam à manu interpolatorum. nunc taceo. *Idem.*

26. *Partim flexiloquis*] Λοξοῖς, unde Λοξίας dictus est Apollo. Marius Mercator Subnot. in script. Juliani cap. VI. *Rogo si simpliciter & non dilemmatus, tanquam ad Crœsum & Pyrrhum Loxias, (unus etenim erroris spiritus) loqueris.* Suidas: Λοξίας, ὁ Ἀπόλλων, ὁ λοξὰν ἰὰν ἀποπέμπων· λοξῶς γὰρ ἐμαντεύετο,

Κροῖσος Ἅλυν διαβὰς, μεγάλην ἀρχὴν καταλύσει.

Decantatissimum est responsum, quod, post Herodotum lib. I. capp. 53, 91. memorant Lucianus Pseudom. Tom. I. pag. 776. & Jov. Trag. Tom. II. pag. 139. Maximus Tyrius Diss. 11. pag. 34. Eusebius Præp. Evang. lib. V. capp. 20, 21. Theodoretus Therap. X. pag. 139. aliique tantum non innumeri. *Davis.*

27. Quam

ista sors inaudita Græcis est. præterea Pyrrhi temporibus jam Apollo versus facere desierat. postremò, quamquam semper fuit, ut apud Ennium est,

—— stolidum genus Æacidarum,
Bellipotentes sunt magi', [27] quàm sapientipotentes:

tamen hanc [t] amphiboliam versus intelligere potuisset, *vincere te Romanos*, nihilo magis in se, quàm in Romanos valere. Nam illa amphibolia, quæ Crœsum decepit, vel Chrysippum potuisset fallere. hæc verò ne Epicurum quidem.

t *alii* amphibologiam *male.* amphilogiam *Lamb.*

117 LVII. SED, QUOD caput est, cur isto modo jam oracula Delphis non eduntur, non modò nostra ætate, sed jamdiu, [28] ut modo nihil possit esse contemptius? Hoc loco cùm urgentur, evanuisse ajunt vetustate vim loci ejus, unde anhelitus ille terræ fieret, quo Pythia mente incitata oracula ederet. De vino, aut salsamento putes loqui, quæ evanescunt vetustate. de vi loci agitur, neque solùm naturali, sed etiam divina: quæ quo tandem modo evanuit? Vetustate, inquies. Quæ vetustas est, quæ vim divinam conficere possit? quid tam divinum autem, quàm afflatus ex terra mentem ita movens, ut eam providam rerum futurarum efficiat, ut ea non modò cernat multo antè, sed etiam numero versuque pronuntiet? quandò autem ista vis evanuit? an postquàm homines minùs creduli esse cœperunt?

F. CXXXIII.

118 Demosthenes quidem, qui abhinc annos propè CCC. fuit, jam tum φιλιππίζειν Pythiam dicebat, id est, quasi cum Philippo facere. hoc autem eò spectabat, ut eam à Philippo corruptam diceret. [v] quo licet existimare, in aliis quoque oraculis Delphicis aliquid non sinceri fuisse. Sed nescio quomodo isti philosophi, super-

v Ex quo *alii.*

27. *Quam sapientia potentes.*] Sic plerique libri; sed verum est *sapientipotentes*, itaque est in Venetis. Est enim versus Heroicus:
Bellipotentes sunt magi' quam sapientipotentes. Camer.

28. *Jam ut possit nihil esse contemptius.*] Manuscriptus liber habet *ita jam ut nihil possit esse contemptius:* in alio autem est, *tantum jam ut nihil &c.* Ursin. *Sed jam diu, jam ut nihil.*] Metuo ne locus mala laboret interstinctione, sitque vitiosior quam habetur. nam Pal. pr. & tert. *sed jamdiu tantummodò jam ut nihil.* neque aliter quartus, nisi quod adhuc infarciat, *sed etiam jamdiu.* S. Victoris *sed jam diu tantummodo ut nihil &c.* Victorius vulgavit, *sed jam diu, ut nihil.* Gruter. Immo apud hunc palam legitur *jamdiu, ut modo nihil.* GRONOV.

29. Hæc

erstitiosi; & pænè fanatici, quidvis malle videntur, uàm se non ineptos. Evanuisse mavultis, & exstinctum esse id, quod si umquam fuisset, certè æternum ffet, quàm ea, quæ non sunt credenda, non credere.

LVIII. Similis est error in somniis: quorum quidem defensio repetita quàm longè est? divinos animos censent esse nostros, eosque esse tractos extrinsecus, nimorumque consentientium multitudine completam esse mundum: 29 hac igitur mentis, & ipsius divinitate & conjunctione cum externis mentibus, cerni quæ sint futura. Contrahi autem animum Zeno, & quasi labi putat atque concidere, & ipsum esse dormire. Jam Pythagoras & Plato locupletissimi auctores, quo in somnis certiora videamus, præparatos quodam cultu atque victu proficisci ad dormiendum jubent. faba quidem Pythagorei utique x abstinuere: quasi verò eo cibo mens, non venter infletur. Sed nescio quomodo nihil tam absurdè dici potest, quod non dicatur ab aliquo philosophorum. 119

x abstinere Vict. & alii.

Utrùm igitur censemus dormientium animos per y se ne ipsos in somniando moveri, an, ut Democritus censet, externa & adventicia visione pulsari? sive enim sic est, sive illo modo, videri possunt permulta somniantibus falsa pro veris. Nam & navigantibus moveri videntur ea, quæ stant: & quodam obtutu oculorum duo pro uno lucernæ lumina. Quid dicam, insanis, quid, ebriis quàm multa falsa videantur? quod si ejusmodi visis credendum non est, cur somniis credatur, nescio. nam tam licet de his erroribus, si velis, quàm de somniis disputare: ut ea, quæ stant, si moveri videantur, terræ motum significare dicas, aut repentinam aliquam fugam: gemino autem lucernæ lumine declarari, dissensionem ac seditionem moveri. 120

y semet ipsos alii. P. B.

LIX. Jam ex insanorum aut ebriorum visis innume- 121

29. *Hac igitur mentis & ipsius divinitate & conjunctione cum externis mentibus.*] Corruptus est locus, quem emendare conati sunt ipsi Librarii. Nam Reg. & Cantab. exhibent, *hac igitur mentis & ipsius divinitatis conjunctione cum externis mentibus.* Licet autem non adeo tardi fuerint scribæ, quin vitium quoddam subesse probè viderent, ei tamen tollendo non erant. Mihi rescribendum videtur; *hac igitur mentis divinitate, & ipsius conjunctione cum externis mentibus, cerni quæ sint futura.* Ita levi mutatione clara perspicuaque fiunt omnia. *Davis.*

30. Qui

merabilia conjecturâ trahi possunt, quæ futura videantur. Quis est enim, [30] qui totum diem jaculans non aliquando collineet? [31] totas noctes dormimus; neque ulla ferè est, qua non somniemus: & miramur, aliquando id, quod somniarimus, evadere? quid est tam incertum, quàm talorum jactus? tamen nemo est, quin sæpè jactans Venerium jaciat aliquando, nonnumquam etiam iterum, ac tertiùm. num igitur, ut inepti, Veneris id fieri impulsu malumus, quàm casu dicere? quòd si ceteris temporibus falsis visis credendum non est; non video, quid præcipui somnus habeat, in quo valeant falsa pro veris.

122 Quòd si ita naturâ paratum esset, ut ea dormientes agerent, quæ somniarent: alligandi omnes *essent, qui cubitum irent. majores enim, quàm ulli insani, efficerent motus somniantes. Quòd si insanorum visis fides non

*essent deest in MS.

30. *Qui totum diem jaculans non aliquando collineet.*] *Collimet* scriptum est in veteribus libris, & ita omnino legendum: est enim locus sumptus ex Aristotelis libro περὶ ἐνυπνίων, in quo scriptum est, ὥσπερ μὲν καὶ λέγεται ἂν πολλὰ βάλῃς, ἄλλοτ᾽ ἀλλοῖον βαλοῖς. agit autem de insomniis melancholicorum, in quibus non existimat esse divinationem ullam, tametsi fit nonnunquam, ut quidam eventus somniis eorum respondeant: sed non esse mirandum, cum vitio naturæ plurima ac varia somnient, aliquandò existere συμπτώματα, id est casus, qui forte pariter sic eveniunt, ut est ab illis somniatum. De verbo *collimare* vide quæ scripsimus supra. *Ursin.* *Non aliquando collineet.*] Ita Pall. omnes & S. Victoris, sed hac facie *conliniet.* sic in iisdem *liniamenta* visas pro *lineamenta.* Gruter. In nostris Gruterique MSStis est *conliniet*, vel *collineet.* Recte. Vide J. F. Gronovium ad Agellii lib. IX. cap. I. Ego tamen *collimandi* verbum non rejicio, si modo Codices ab eo stent: id enim agnoscunt Veteres Glossæ, & à *limis* oculis deduci cum Vossio potest. *Davis.*

31. *Totas noctes somniamus &c.*] Confirmant hanc lectionem Pall. Muretus tamen lib. VI. Var. Lect. cap. 16. emendat, *totas noctes dormimus &c. qua non somniemus*, quod statim arripuit Lambinus. *Gruter.* *Totas noctes dormimus, neque ulla fere est, qua non somniemus.*] Vulgg. *totas noctes somniamus, neque ulla fere est, qua non dormiamus.* Ac ita quidem cuncti, quantum constat, MSSti præter unum Cantab. qui dat *totas noctes somniamus, neque ulla fere est, qua non divinamus.* Sed nec hæc nec illa lectio flocci est pendenda, cum utraque menti Scriptoris & rebus ipsis adversetur. Nos igitur, cum Lambino, conjecturam recepimus, quam proposuit M. A. Muretus Var. Lect. lib. VI. cap. 16. Certe, si per calami lapsum Cicero non eo modo scripsit, ita voluit, ita debuit scribere. *Davis.*

32. At

on est habenda, quia falsa sunt; cur credatur somnian-
um visis, quæ multo etiam perturbatiora sunt, non
ntelligo. an quòd insani sua visa conjectori non nar-
ant, narrant qui somniaverunt? Quæro etiam, si ve- P. CXXXIV.
m scribere quid, aut legere, aut canere vel voce, vel
idibus, aut geometricum quiddam, aut physicum, aut
ialecticum explicare, somniumne expectandum sit,
n ars adhibenda, sine qua nihil earum rerum nec fie-
i nec expediri potest? Atqui, ne si navigare quidem
elim, ita gubernarem, ut somniaverim. præsens enim
œna sit.

[a] Quî igitur convenit, ægros à conjectore somniorum 123
otiùs, quàm à medico petere medicinam? [32] an Æ-
sculapius, an Serapis potest nobis præscribere per so-
mnium curationem [b] valitudinis; [33] Neptunus gubernanti-
us non potest? [c] & sine medico medicinam dabit Mi-
erva? Musæ scribendi, legendi, ceterarum artium
cientiam somniantibus non dabunt? At si curatio dare-
ur [d] valitudinis, hæc quoque, quæ dixi, darentur.
quæ

a Quid igitur alii.
b valetud. alii.
c &, si sine alii.
d valetud. alii.

32. *An Æsculapius, an Serapis.*] In templis ad accipienda re-
ponsa dormiebant ægri, quod *incubare* dicitur. Adeantur inter-
retes ad Petronii Satir. cap. 17. Plautus Curc. Act. I. Sc. I. 61.
Leno ægrotus incubat In Æsculapi fano. Herodianus lib. IV. cap. 14.
Antonius Caracalla ἠπείχθη εἰς Πέργαμον τῆς Ἀσίας, χρήσασθαι
βουλόμενος θεραπείας τοῦ Ἀσκληπιοῦ· Ἀφικόμενος δὲ ἐκεῖ, καὶ
ὅσον ἤθελε τῶν ὀνειράτων ἐμφορηθεὶς, ἧκεν εἰς Ἴλιον. Vide sis &
Aristophanem Pluto vs. 621. Strab. Geogr. lib. XVII. pag. 1152.
Κάνωβός ἐστι πόλις ——— ἔχουσα τὸ τοῦ Σαράπιδος ἱερὸν πολλῇ
ἁγιστείᾳ τιμώμενον, καὶ θεραπείας ἐκφέρον, ὥστε καὶ τοὺς ἐλλογι-
μωτάτους ἄνδρας πιστεύειν, καὶ ἐγκοιμᾶσθαι αὐτοὺς ὑπὲρ ἑαυτῶν ἢ
ἑτέρων. Ac Serapin quidem Æsculapium esse, *quod medeatur ægris
corporibus*, conjectabant nonnulli. Utcunque vero se res habeat,
consulas Ælianum Hist. Anim. lib. XI. cap. 31. & Tacitum Hist.
lib. IV. cap. 18. Sunt sane, qui hunc Deum Plutonem esse sta-
tuunt, cum aliis Osiris, aliis Apis videatur. Apis autem Æscu-
lapium medicinam docuisse fertur. Vide Clementem Strom. lib. I.
pag. 362. & ex eo Eusebium P. E. lib. X. cap. 6. Theodoretum
Ther. I. pag. 7. & Cyrillum in Julian. lib. I. pag. 13. ac lib. VI.
pag. 200. *Davis.*

33. *Neptunus gubernantibus non potest.*] *Gubernationis* pro *guberna-
tibus* & in antiquo, quod magis placet. *Ursin.* *Neptunus guber-
nantibus non potest?*] Lapsus est Ursinus, cui, sui codicis fide, legen-
dum placuit *gubernationis*; omnino enim tenenda est lectio re-
cepta, quæ reliquis omnibus libris nititur, multoque elegantior
videtur. *Davis.*

34. Ex

quæ quoniam non dantur, medicina non datur. qua sublata, tollitur omnis auctoritas somniorum.

e fuerint *alii non habent.*

LX. Sed hæc quoque in promptu [e] fuerint: nunc
124 interiora videamus. Aut enim divina vis quædam, consulens nobis, somniorum significationes facit: aut conjectores ex quadam convenientia & conjunctione naturæ, quam vocant συμπάθειαν, quid cuique rei conveniat, [34] ex somniis, & quid quamque rem sequatur, intelligunt: aut eorum neutrum est, sed quædam observatio constans atque diuturna est, cùm quid visum secundum quietem sit, quid evenire, & quid sequi soleat. Primùm igitur intelligendum est, nullam vim esse divinam effectricem somniorum. Atque illud quidem perspicuum est, nulla visa somniorum proficisci à numine deorum. nostrâ enim causâ dii id facerent, ut providere futura possemus.

P. B. Quotus igitur est quisque, qui somniis pareat? qui
125 intelligat? qui meminerit? quàm multi verò, qui contemnant, eamque superstitionem imbecilli animi atque anilis putent? quid est igitur, cur his hominibus consulens deus, somniis moneat eos, qui illa non modò cura, sed ne memoria quidem digna ducant? nec enim ignorare deus potest, qua mente quisque sit: nec frustrà, ac sine causa quid facere, dignum deo est: quod abhorret etiam ab hominis constantia. Ita si pleraque somnia aut ignorantur, aut negliguntur, aut nescit hoc deus, aut frustrà somniorum significatione utitur. Sed horum neutrum in deum cadit. nihil igitur à deo somniis significari fatendum est.

126 LXI. Illud etiam requiro, cur, si deus ista visa nobis providendi causâ dat, non vigilantibus potiùs det, quàm dormientibus. Sive enim externus & adventicius pulsus animos dormientium commovet, sive per se ipsi animi moventur, sive quæ causa alia est, cur secundùm quietem aliquid videre, audire, agere videamur, eadem causa vigilantibus esse poterat: idque si nostrâ causâ dii secundum quietem facerent, vigilantibus

bus

34. *Ex somniis.*] Licet hasce voces agnoscant libri, tamen eas irrepticias esse puto Glossematisque damnandas, quippe quæ sensum turbant. Idem, nisi fallor, cuivis locum perpendenti videbitur. *Davis.*

bus idem facerent; præsertim cùm Chrysippus, Academicos refellens, permultò clariora & certiora esse dicat, quæ vigilantibus videantur, quàm quæ somniantibus. Fuit igitur divina beneficentia dignius, cùm [f] consulerent nobis, clariora visa dare [g] vigilantibus, quàm obscuriora per somnium. quod quoniam non fit, somnia divina putanda non sunt. Jam verò quid opus est circuitione & anfractu; ut sit utendum interpretibus somniorum potiùs, quàm directò? deus si quidem nobis consulebat, *Hoc facito*, *Hoc ne feceris*, diceret, idque visum vigilanti potiùs, quàm dormienti daret: jam verò quis dicere audeat, vera omnia esse somnia? *Aliquot somnia vera*, inquit Ennius, *sed omnia non est necesse*.

f consulerent *alii.*

g vigilanti *MSS. & alii.*

127

Pag. CXXXV.

LXII. Quæ est tandem ista distinctio? quæ vera, quæ falsa habet? & si vera à deo mittuntur, falsa unde nascuntur? nam si ea quoque divina, quid inconstantius deo? quid inscitius autem est, quàm mentes mortalium falsis & mendacibus visis concitare? sin vera visa divina sunt: falsa autem & inania, humana: quæ est ista designandi licentia, ut hoc deus, hoc natura fecerit potiùs, [h] quàm ut aut omnia deus, quod negatis, aut omnia natura? quòd quoniam illud negatis, hoc necessariò confitendum est.

h *alii* quam aut.

128 Naturam autem eam dico, qua numquam animus insistens, agitatione & motu esse vacuus potest. Is cùm languore corporis, nec membris uti, nec sensibus potest, incidit in visa varia & incerta ex reliquiis, ut ait Aristoteles, inhærentibus earum rerum, quas vigilans gesserit, aut cogitarit. quarum perturbatione mirabiles interdum exsistunt species somniorum. Quæ si alia falsa, alia vera: qua nota internoscantur, scire sanè velim. Si nulla est: quid istos interpretes audiamus? sin quæpiam est, aveo audire, quæ sit.

LXIII. Sed hærebunt. venit enim jam in contentionem, utrum sit probabilius, deosne immortales, rerum omnium præstantiâ excellentes, [35] concursare omnium 129

35. *Concursare omnium mortalium.*] Puto verum esse *circumcursare*. Camer. *Concursare omnium mortalium — non modo lectos.*] Joach. Camerarius reponit *circumcursare*; sed nihil opus est, cùm potestas illa verbo, quod MSSti dant, competit. Noster lib. VII. Fam. Epist. I. *Ut nostras villas obire, & mecum simul lecticula con-*

omnium mortalium, qui ubique sunt, non modò lectos, verùm etiam grabatos, &, cùm stertentes aliquos viderint, [i] objicere his visa quædam tortuosa & obscura, quæ illi exterriti somnio ad conjectorem manè deferant; an naturâ fieri, ut mobiliter animus agitatus, quod vigilans viderit, dormiens videre videatur. utrum philosophia dignius, sagarum superstitione ista interpretari, an explicatione naturæ? ut, si jam fieri possit conjectura vera somniorum, tamen isti, qui profitentur, eam facere non [k] possint: ex levissimo enim & indoctissimo genere constant. Stoici autem tui negant quemquam, nisi sapientem, divinum esse posse.

i obicere *MS.*

P. B.

k possunt *alii.*

130 Chrysippus quidem divinationem definit his verbis, Vim cognoscentem, & videntem, & explicantem signa, quæ à diis hominibus portendantur: officium autem esse ejus, prænoscere, dei erga homines mente qua sint, quidque significent, quemadmodumque ea procurentur atque expientur. Idemque somniorum conjectionem definit hoc modo, Esse vim cernentem & explanantem, quæ à diis hominibus significentur in somnis. Quid [l] ergo, ad hæc mediocri opus est prudentia, an & ingenio præstanti, & eruditione perfecta? talem autem cognovimus neminem.

l ergo? *alii.*

131 LXIV. VIDE igitur, ne, etiam si divinationem tibi esse concessero, quod numquam faciam, neminem tamen divinum reperire possimus. Qualis autem ista mens est deorum, si neque ea nobis significant in somnis, quæ ipsi per nos intelligamus: neque ea, quorum interpretes habere possimus? similes enim sunt dii, si ea nobis [m] objiciunt, quorum nec scientiam, neque [n] explanatorem habeamus, tamquam si Pœni aut Hispani in senatu nostro loquerentur sine interprete.

m obiciunt *MS.*

n explanationem *alii.*

132 Jam verò quò pertinent obscuritates & ænigmata somniorum? intelligi enim à nobis dii velle debebant ea, quæ nostrâ causâ nos monerent. Quid? poëta nemo, nemo physicus obscurus? ille [o] verò nimis etiam obscurus Euphorion. at non Homerus. Uter igitur melior? Valde Heraclitus obscurus: minimè Democritus.

o illi vero. Nimis *Lamb.* ille delet *Davis.*

cursare possis. Iterum pro Murena cap. 21. *Cum jam hoc novo more omnes fere domos omnium concursent.* Cæsar lib. v. B. G. cap. 33. *Titurius, uti qui nihil ante providisset, trepidare & concursare.* Vide sis & cap. 50. *Davis.*

36. At

tus. num igitur conferendi? meâ causâ me mones, quod non intelligam.

Quid me igitur mones? ut si quis medicus ægroto imperet, ut sumat Pag. CXXXVI.

Terrigenam, herbigradam, domi-portam, sanguine cassam, 133

potiùs quàm hominum more, cochleam, p dicere. Nam Pacuvianus q Amphio,

Quadrupes tardigrada, agrestis, humilis, aspera,
Capite brevi, cervice anguina, adspectu truci,
Eviscerata, inanima, cum animali sono,

cùm dixisset obscuriùs, tum Attici respondent: Non intelligimus, nisi apertè dixeris. 36 At ille uno verbo, Testudo. Non potueras hoc igitur à principio, citharista, dicere?

p dicere *Lamb.* & *Davis.* *delent.*

q Amphion *alii.*

LXV. r DEFERT ad conjectorem quidam, somniasse se, ovum pendere ex fascia lecti sui cubicularis. Est hoc in Chrysippi libro somnium. Respondit conjector, thesaurum defossum esse sub lecto. fodit: invenit auri aliquantum, idque circumdatum argento. misit conjectori quantulum visum est de argento. Tum ille, Nihilne, inquit, de vitello? id enim ei ex ovo videbatur aurum declarasse; reliquum, argentum. Nemone igitur umquam alius ovum somniavit? cur ergo hic nescio qui thesaurum solus invenit? quàm multi inopes, digni præsidio deorum, nullo somnio ad thesaurum reperiendum admonentur? quam autem ob causam tam est obscurè admonitus, ut ex ovo nasceretur thesauri similitudo potiùs, quàm apertè thesaurum quærere juberetur, sicut apertè Simonides vetitus est navigare? Ergo obscura somnia, minimè consentanea s majestati deorum.

r Refert *conj. Lamb.*

134

135

s sunt maj. *alii.*

LXVI. AD APERTA & clara veniamus, quale est de illo interfecto à t caupone Megaris: quale de Simonide, qui ab eo, quem humarat, vetitus est navigare: quale etiam de Alexandro: quod à te præteritum

t copone *MS.*

36. *At ille*] Reg. habet, *tum atticille*; Cantab. autem, *tum Atticus ille*. Si modo Codices essent vetustissimi, reponendum conjicerem, *tum Atticis ille*; sed illis sane multum non tribuo; cum libri meliores vulgatam lectionem servent; quæ non est incommoda. *Davis.*

tum esse miror: qui, cùm Ptolemæus, familiaris ejus, in prœlio telo venenato ictus esset, eoque vulnere summo cum dolore moreretur; Alexander assidens, somno est consopitus. Tum secundùm quietem visus ei dicitur draco is, quem mater Olympias alebat, radiculam ore ferre & simul dicere, quo illa loci nasceretur, (neque is longè aberat ab eo loco) ejus autem esse vim tantam, ut Ptolemæum facilè sanaret. Cùm Alexander experrectus narrasset amicis somnium, emisisse qui illam radiculam quærerent. quâ inventâ, & Ptolemæus sanatus dicitur, & multi milites, qui erant eodem genere teli vulnerati.

P. B.

136 Multa etiam sunt à te ex historiis prolata somnia, matris Phalaridis, Cyri superioris, matris Dionysii, Pœni Hamilcaris, Annibalis, P. Decii: pervulgatum jam illud de [v] præsule: Gracchi etiam: & recens Cæciliæ, Balearici filiæ, somnium. Sed hæc externa, ob eamque causam ignota nobis sunt: nonnulla etiam ficta fortasse. quis enim auctor istorum? de nostris somniis quid habemus dicere? tu [x] de merso me & equo ad ripam? ego de Mario cum fascibus laureatis me in suum deduci jubente monumentum?

v præsultore *alii.*

x demerso *Vict.* de demerso *Lamb.*

LXVII. Omnium somniorum, Quinte, una ratio est. quæ, per deos immortales! videamus ne nostra superstitione & depravatione superetur. Quem enim tu
137 Marium visum à me putas? Speciem, credo, ejus, & imaginem, ut Democrito videtur. Unde profectam imaginem? à corporibus enim solidis, & à certis figuris vult fluere imagines. quod igitur Marii corpus [y] erat? Ex eo, inquit, quòd [z] fuerat. plena sunt imaginum [a] omnia. ista igitur me imago Marii in campum Atinatem persequebatur. nulla enim species cogitari potest, nisi pulsu imaginum.

y erat ex eo *alii.*
z fluxerat *MS.*
a omnia ista *alii.*

138 Quid ergo? istæ imagines ita nobis dicto audientes sunt, ut simul atque velimus, accurrant? etiamne earum rerum, quæ nullæ sunt? quæ est enim 37 forma tam in-

Pag. CXXXVII.

37. *Forma tam invisitata.*] Vulgg. *inusitata.* Nos vero Pal. primi lectionem recepimus, quam sibi non displicere testatus est Gruterus. Certe vox est probi commatis, eamque passim adulterarunt Librarii. Sic apud Cæsarem lib. II. B. G. cap. 31. *Nova atque inusitata specie commoti.* Leg. *invisitata.* Valerius Maximus lib. V. cap. 4, 7. *Quid enim tam inusitatum, quid tam inauditum, quam*

invisitata, tam nulla, quam non sibi ipse fingere animus possit? ut, quæ numquam vidimus, ea tamen [b] informata habeamus, oppidorum situs, hominum figuras.

b id formata MS. formata alii.

Num igitur, cùm aut muros Babylonis, aut [38] Homeri faciem cogito, imago illorum me aliqua pellit? Omnia igitur, quæ volumus, nota nobis esse possunt. nihil est enim, de quo cogitare nequeamus. Nullæ ergo imagines obrepunt in animos dormientium extrinsecus, nec omnino fluunt [c] illæ: nec cognovi quemquam, qui majore auctoritate nihil diceret. animorum est ea vis, eaque natura, ut vigeant vigilantes, nullo adventicio pulsu, sed suo mótu, incredibili quadam celeritate. Hi cùm sustinentur membris, [d] & corpore, & sensibus, omnia certiora cernunt, cogitant, sentiunt. cùm autem hæc [e] subtracta sunt, desertusque est [f] animus languore corporis, tum agitatur ipse per sese. itaque in eo & formæ versantur, & actiones: & multa audiri, multa dici videntur. 139

c ullæ conj. Davis.

d & corp. delet Davis.

e substracta Lamb.

f est deest in aliis.

Hæc scilicet [g] in inbecillo remissoque animo, multa omnibus modis confusa & variata versantur, maximéque reliquiæ earum rerum moventur in animis, & agitantur, de quibus vigilantes aut cogitavimus, aut egimus: ut mihi temporibus illis multùm in animo Marius versabatur, recordanti, quàm ille gravem suum casum magno animo, quàm constanti tulisset. Hanc credo causam de illo somniandi fuisse. 140

g alii non habent in.

LXVIII. Tibi autem de me cum sollicitudine cogitanti subitò sum visus emersus è flumine. inerant enim in utriusque nostrûm animis vigilantium cogitationum vestigia. At quædam adjuncta sunt: ut mihi de monumento Marii; tibi, quòd [h] equus, in quo ego vehebar, mecum unà demersus rursus apparuit.

h equus, quo alii. P. B.

An tu censes ullam anum tam deliram futuram fuisse, ut somniis crederet, nisi ista casu nonnumquam, fortè temerè concurrerent? Alexandro draco loqui visus est. Po- 141

quam matrem nata uberibus alitam? Reponas *invisitatum.* Apud eundem cap. 9, 4. loco *novæ atque inusitatæ rationis*, rescribas velim *invisitata.* Sed hæc hactenus. *Davis.*

38. *Homeri faciem cogito, imago illorum.*] Pal. pr. *cogita.* unde fortè non malè Pal. tert. & quart. *cogito, cogitato imago.* sicque etiam Wouverii liber, sed bene habet vulgata. *Gruter.*

 39. Non

Potest omnino hoc esse falsum, potest verum: sed utrum sit, [39] non esse mirabile. non enim audivit ille draconem loquentem, sed est visus audire: & quidem, quo majus sit, cùm radicem ore teneret, locutus est. Sed nihil est magnum somnianti. Quæro autem, cur Alexandro tam illustre somnium, tam certum, nec huic eidem aliàs, nec multa ceteris. Mihi quidem, præter hoc Marianum, nihil sanè, quod meminerim. Frustrà igitur [i] consumptæ tot noctes tam longa in æ-
142 tate. Nunc quidem propter intermissionem forensis operæ & lucubrationes detraxi, & meridiationes addidi, quibus uti antea non solebam: nec tam multùm dormiens, ullo somnio sum admonitus, tantis præsertim de rebus: [40] nec mihi magis usquam videor, quàm cùm aut in foro magistratus, aut in curia senatum video, somniare.

i sumptæ MS.

LXIX. [41] ETENIM (ex divisione hoc secundum est) quæ est continuatio conjunctioque naturæ (quàm, ut dixi, vocant συμπάθειαν) ejusmodi, ut thesaurus ex ovo intelligi debeat? nam medici ex quibusdam rebus & advenientes, & crescentes morbos intelligunt; [42] nonnullæ etiam [k] valitudinis significationes, ut hoc ipsum,

k valetud. edit.

39. *Non esse mirabile.*] Ita quidem MSSti. Sed loquendi modus hiulcum nescio quid præ se fert, nec Cicerone dignum. Legendum credo, *non potest esse mirabile*; vel *non est mirabile*, quemadmodum dant veteres editi. *Davis.*

40. *Nec mihi magis usquam videor.*] Melius, ut opinor, Bal. Reg. & Cantab. exhibent, *unquam videor*; hoc enim temporis est, illud loci. *Idem.*

41. *Etenim ex divisione hoc secundum est.*] Vel legenda sunt hæc hoc ordine, *quæ autem est continuatio conjunctioque naturæ, quam, ut dixi συμπάθειαν vocant (etenim ex divisione hoc secundum est) ejusmodi, ut &c.* vel aliquid deest; vel est hysterologia, & posita ratio est ante propositionem, quod non est scriptoribus Græcis ac Latinis inusitatum. *Lambin.* *Etenim.*] Transitionis est hoc in loco particula. *Davis.*

42. *Nonnullæ etiam valetudinis &c.*] Sic olim editum est, *nonnullæ sunt etiam valetudinis significationes; ut hoc ipsum, pleni enectine fame simus, ex quodam genere somniorum intelligi posse dicunt.* Cujus lectionis non obscura sententia est, nempe significari valetudinem certis ex somniis: ut hoc ipsum, pleni an fame exhausti simus, medici dicunt intelligi ex quodam genere somniorum. Sed, ne mentiar, vulgatam huic antepono: *nonnullæ etiam valetudinis significationes, ut hoc ipsum, pleni enectine fame simus, ex quodam genere somniorum intelligi posse dicuntur*; atque ita olim quo-

ipſum, *pleni* [l] *eneƈtive ſimus*, ex quodam genere ſomniorum intelligi poſſe dicuntur. Theſaurus verò, & hereditas, & honos, & victoria, & multa generis ejusdem, qua cum ſomniis naturali cognatione junguntur?

l *eneƈtine* Lamb. *vacuine* Daviſ.

Dicitur quidam, cùm in [m] ſomnis complexu Venereo 143
jungeretur, calculos ejeciſſe. video ſympathiam. viſum eſt enim tale objectum dormienti, ut id, quod evenit, naturæ vis, non opinio erroris effecerit. Quæ igitur natura obtulit illam ſpeciem Simonidi, à qua vetaretur navigare? aut quid naturæ copulatum habuit Alcibiadis, quod ſcribitur, ſomnium? qui paullo ante interitum viſus eſt in ſomnis amicæ eſſe amictus amiculo. Is cùm eſſet projectus inhumatus ab omnibusque deſertus jaceret: amica corpus ejus texit ſuo pallio. Ergo hoc inerat in rebus futuris. & cauſas naturales habebat: an, & ut videretur, & ut eveniret, caſus effecit?

m ſomniis *alii*.

Pag. CXXXVIII.

LXX. [n] QUID? ipſorum interpretum conjecturæ, 144
nonne magis ingenia declarant eorum, quàm vim conſenſumque naturæ? Curſor ad Olympia proficiſci cogitans, viſus eſt in ſomnis curru quadrigarum vehi. manè ad conjectorem. At ille, Vinces, inquit. id enim celeritas ſignificat, & vis equorum. Poſt idem ad Antiphontem. Is autem, Vincare, inquit, neceſſe eſt. an non intelligis quattuor ante te cucurriſſe? Ecce alius curſor: atque horum ſomniorum, & talium plenus eſt Chryſippi liber, plenus Antipatri. ſed ad curſorem redeo. ad interpretem [o] detulit, aquilam ſe in ſomnis vi-

n Quid ipſor. *alii*.

o retulit *conj. Lamb.*

quoque excudi juſſeram; ſed operæ alteram ſecutæ ſunt meo injuſſu: tantum adſcripſeram è regione hujus loci, hanc ſcripturæ diſſimilitudinem, quam in uno libro vetere repereram plane expreſſam, niſi quod in eo erat, ut in vulgg. *dicuntur*: hinc operariis iſtis errati cauſa præbita eſt. *Lambin.* *Nonnulla etiam valitudinis ſignificationes — intelligi poſſe dicuntur.*] Melius, ut mihi quidem videtur, Pet. Victorius edidit, *nonnullas etiam valetudinis ſignificationes — intelligi poſſe dicunt*, videlicet Medici; qua de re videas licet Hippocratis libellum de inſomniis, Operum Sect. IV. pag. 44. ſeqq. edit. Foeſian. Noſtrorum vero Codicum varietates hoc in loco memorare non poſſum, ſiquidem cunctæ *pœnæ* à voce *ſomniorum* ad *omnium fere animos* (quæ leguntur paullo poſt initium capitis 72.) in Bal. Reg. Cant. & Ven. 1471. prorſus omittuntur. *Daviſ.*

visum esse factum. At ille, Vicisti. ista enim avi volat nulla vehementiùs. 43 Huic p equidem Antipho, Baro, inquit, te victum esse non vides? ista enim avis insectans alias aves & agitans, semper ipsa postrema est.

p equidem *delet Manut.*

145 Parere quædam matrona cupiens, dubitans essetne q prægnans, visa est in quiete obsignatam habere naturam. 44 retulit. Negavit eam, quoniam obsignata fuisset, concipere potuisse. At alter, prægnantem esse dixit. nàm r inane obsignari nihil solere. Quæ est s ista ars conjectoris, eludentis ingenio? an ea, quæ dixi, & innumerabilia, quæ collecta habent Stoici, quidquam significant, nisi acumen hominum, ex similitudine aliqua, conjecturam modò huc, modò illuc ducentium? Medici signa quædam habent ex venis & ex spiritu ægroti: multisque ex aliis futura præsentiunt. Gubernatores cùm exsultantes loligines viderint, aut delphinos se in portum conjicientes, tempestatem significari putant. Hæc ratione explicari, & ad naturam facilè revocari possunt: ea verò quæ paullo antè dixi, nullo modo.

q prægnas *MS.*
r & inane *MSS.*
s ista *deest in MSS.* P. B.

146 LXXI. At enim observatio diuturna, (hæc enim pars una restat) notandis rebus fecit artem. An tandem somnia observari possunt? quonam modo? sunt enim innumerabiles varietates. Nihil tam præposterè, tam inconditè, tam t monstruosè cogitari potest, quod non possimus somniare. Quo modo igitur hæc infinita & semper nova aut memoria complecti, aut observando notare possumus? Astrologi motus errantium stellarum notaverunt. inventus est enim ordo in iis stellis, qui non putabatur. cedò tandem, qui sit ordo, aut quæ concursatio somniorum? quo modo autem distingui possunt vera somnia à falsis, cùm eadem & aliis aliter evadant, 45 & iisdem non semper eodem modo? ut mihi

t monstrosè *Lamb.*

43. *Huic equidem Antipho; Baro, inquit, te victum esse non vides.*] Haud aliter Pal. pr. ac sec. nam tert. heic mutilus est, quartus verò vocem illam inusitatam omisit; quam tamen etiam in scriptis suis reperit Victorius. Vulgati, *Antipho, Tu verò, inquit.* insulsè. *Gruter.*

44. *Retulit.*] Ita libri nostri. inepte igitur Lambinus interponit ad sententiæ perspicuitatem de suo, *ad conjectorem retulit.* satis subintelligitur. *Idem.*

45. *Et iisdem non semper eodem modo.*] Pal. pr. habet amplius,

&

mihi mirum videatur, cùm mendaci homini, ne verum quidem dicenti credere soleamus, quo modo isti, si somnium verum evasit aliquod, non ex multis potiùs uni fidem [y] derogant, quàm ex uno innumerabilia [x] confirmant.

y derogent *Lamb.* *Davis.*

Si igitur neque deus est effector somniorum, neque 147
naturæ societas ulla cum somniis, neque observatione inveniri potuit scientia: effectum est, ut nihil prorsus somniis tribuendum sit: præsertim cùm illi ipsi, qui ea vident, nihil divinent; ii, qui interpretantur, conjecturam adhibeant, non naturam: casus autem innumerabilibus pænè sæculis in omnibus plura mirabilia, quàm in somniorum visis effecerit: neque conjectura, quæ in varias partes duci [y] potest, nonnumquam etiam in contrarias, [46] quidquam sit incertius.

x confirment *Idem.*

Pag. CXXXIX.

y possit *Victor.* *Davis.*

LXXII. EXPLODATUR [z] hæc quoque somniorum 148
divinatio pariter cum ceteris. nam ut verè loquamur, superstitio fusa per gentes, oppressit omnium ferè animos, atque hominum imbecillitatem occupavit. quod & in iis libris dictum est, qui sunt de natura deorum: & hac disputatione id maximè egimus. multùm enim & nobismet ipsis, & nostris profuturi videbamur, si eam funditus sustulissemus. Nec verò (id enim diligenter intelligi volo) superstitione tollenda religio tollitur. Nam & majorum instituta tueri sacris cæremoniisque retinendis, sapientis est: & esse præstantem aliquam æternamque naturam, & eam suspiciendam admirandamque hominum generi, pulcritudo mundi, ordoque rerum cœlestium cogit confiteri.

z igitur hæc *conj.* *Lamb.*

Quamobrem, ut religio propaganda etiam est, quæ 149
est juncta cum cognitione naturæ, sic superstitionis [47] stirpes omnes ejiciendæ. instat enim & urget, [48] & quò

& iisdem senset evasionis non semper. aliquid certè in eo latet. *Gruter.*

46. *Quidquam sit incertius.*] Pal. pr. *certius*, quod forsan referendum ad *casum*, ut conjectura æquè sit certa ac casus; hoc est incertissima. sed cùm reliqui codd ei non adstipulentur, non est quod librario uni nimium tribuamus. *Idem.*

47. *Stirpes omnes ejiciendæ sunt.*] *Elidendæ* non dubito quin corrigendum sit, ut cum verbo *stirpes*, & cum verbo item *propaganda*, quod in superiore membro positum est, consentiat. Sic etiam locutus est Tusc. Quæst. libro III. *Stirpes*, inquit, *ægritudinis, trunco everso, omnes elidendæ.* P. Manut. Malim legi eli-

quò te cumque verteris, persequitur; sive tu vatem; sive tu omen audieris; sive immolaris, sive avem aspexeris; si Chaldæum, si haruspicem videris; si fulserit, si tonuerit, si tactum aliquid erit de cœlo, si ostenti simile natum factumve quippiam; quorum necesse est plerumque aliquid eveniat: ut numquam liceat quieta mente consistere.

150 Perfugium videtur omnium laborum, & sollicitudinum esse somnus. at ex eo ipso plurimæ curæ metusque nascuntur. qui quidem ipsi per se minùs valerent,

elidendæ sunt, ut Manutius censet, nisi quis malit *eliciendæ sunt*, quod propius ad scripturam vulgatam, eandemque antiquam accedit. *Eliciendæ* autem, id est, extrahendæ; quamquam fateor *eliciendæ* non satis magnam hoc loco vim habere, neque tam bene convenire, quam *extrahendæ*, aut *evellendæ*, aut aliud simile. *Lambin.* *Stirpes omnes ejiciendæ.*] Sic mss. nostri, sed more suo, unica litera, *eiciendæ.* frustra alii conjecturis operantur. quippe ejiciendæ stirpes jam antea evulsæ sint extractæque radicitus oportet; quo ipso, numquam certe renascantur. si tamen quid mutandum, malim *eligendæ sunt*, quomodo locutus noster fine libri III. Tusculan. quæst. pro quo tamen vulgati *elidendæ.* Gruter. Sed neque opus est hac nimis quæsita commoditate Gruteri, quasi prius evulsæ extractæque, deinde ejiciantur: quum ipsum *ejicere* notet convellere, diffringere, συνθλίβειν, quomodo *nervos conjurationis ejectos* translate dixit Livius VII. 39. *coxas ejicere* proprie Hyginus fab. 57. quæ quidem emendatiora sunt, quam ut illis suspicionibus violari oporteat. *Gronov.*

48. *Et quo cunque te verteris.*] Haud aliter hucusque cusi, sed num rectè? Pall. enim quatuor & liber S. Victoris nulla litera variante præferunt, *& quo te, Quinte, verteris.* loqui verò Ciceronem cum fratre suo Quinto, satis constat. verùm viderit Senatus Criticus, ego festino. *Gruter.* Miror Gruterum sic scribere potuisse. Tantum enim abest, ut haud aliter huc usque cusi, ut Victorianæ editiones tam apud Rob. Stephanum quam Lucam Antonium Juntam, quas utique passim Gruterus ante oculos habuit, diserte præferant *& quo te cunque.* Imo idem retinet quoque Hervagius, nec dubito, quin id sit merum Ciceronianum, unde tmeseos istius gratia abesse nequit, ut supra etiam restituimus, idem ausi nunc quoque admittere. *Gronov.* *Quo te cumque verteris.*] Ut Pall. quatuor & S. Victoris liber, sic Bal. Reg. Cant. & Ven. 1471. exhibent, *quo te.* Quinte, *verteris.* Ea tamen variatio tanti non erat, ut rem Gruterus ad Senatum Criticum referret, quia festinabat; nam sua se, prout videtur, absurditate statim prodit. Ad eam, quæ nunc obtinet, formam restituenda sunt, quæ habet Anianus ex Cajo Inst. lib. II. Tit. X, 6. *Multa præterea quorumcumque similia sunt.* Leg. *quæ horum cumque similia sunt*, sensu postulante. De re ipsa vide Basilium in Esaiæ cap. II. pag. 877. B. *Davis.*

I. DE

rent, & magis contemnerentur, nisi somniorum patrocinium philosophi suscepissent, nec ii quidem contemptissimi, sed in primis acuti, & consequentia, & repugnantia videntes: qui propè jam absoluti & perfecti putantur. quorum licentiæ nisi Carneades restitisset, haud scio, an soli jam philosophi judicarentur. cum quibus omnis ferè nobis disceptatio contentioque est, non quòd eos maximè contemnamus: sed quòd [a] videntur acutissimè sententias suas prudentissimeque defendere. Cùm autem [b] proprium sit Academiæ, judicium suum nullum interponere, ea probare, quæ simillima veri videantur, conferre causas, & quid in quamque sententiam dici possit, expromere, nulla adhibita sua auctoritate judicium [c] audientium relinquere integrum ac liberum: tenebimus hanc consuetudinem à Socrate traditam; eaque inter nos, si tibi, Quinte frater, placebit, quàm sæpissimè utemur. Mihi verò, inquit ille, nihil potest esse jucundius. Quæ cùm essent dicta, surreximus.

P. R.

a videantur *Lamb.*

b proprium *non est in MSS.*

c audientibus *quid.*



M. TUL-

P. CXL.

M. TULLII CICERONIS
DE
FATO
LIBER SINGULARIS.

ARGUMENTUM.

Quæstionem de Fato, ut totam Philosophiæ partem explicet, persequitur Cicero. Itaque Posidonium, Diodorum, Epicurum, Carneadem de Fato disputantes conciliat, ostendens ad eundem exitum omnes venire, verbisque, at non re dissentire; Epicuri tamen philosophandi morem graviter increpat.

Deest principium.

I. [1] UIA PERTINET ad mores, [3] quod ἦθος illi vocant, nos eam partem philosophiæ, de moribus appellare solemus: sed decet augentem linguam Latinam, [4] nominare moralem. explicandaque vis est, ratioque [5] enuntiationum, quæ Græci ἀξιώματα vocant: quæ de re fu-

1. DE FATO.] Cognovimus ex antiquis exemplaribus hunc librum, quemadmodum multis sui partibus vetustate lacer & mutilus est, ita etiam principio carere: quod ex pervulgatis quoque libris, si diligenter prima ejus verba considerata essent, animadverti potuit. quamvis nonnulli, ut hoc virium legerent, pro *illi*, *Græci* scripsissent. quæ vox manifestò docet de Græcis suprà etiam mentionem esse factam: sed non esse hoc satis idoneum & concinnum libri initium multis modis perspici potest. Scripsit etiam Plutarchus librum περὶ Εἱμαρμένης, qui non dissimilem fortunam sortitus est. nam & ipse ex majore sui parte periit. Alexander autem Aphrodisiensis meliore fato librum de Fato scripsit: namque integer ille & incorruptus in vita permansit. In hoc quædam castigavimus ope meliorum codicum: sed unum

futura cùm aliquid dicunt, deque eo, quod possit fieri, aut

unum non parvi omnino momenti (ut opinamur) *percepta* scilicet multis locis, ubi *præcepta* antea scriptum erat: ita enim θεωρήματα Cicero interpretatur, doctè sanè & eleganter. nam θεωρήματα quamvis & ipsa protendantur, tamen cognita jàm & spectata sunt. unde solent Mathematici in fine eorum demonstrationis semper dicere, *quod oportuit ostendisse*: cum problematibus explicatis subjiciant, *quod oportuit fecisse*: & in hoc maxime differant theoremata à problematibus, quòd in theorematibus ratio tantum reddi debeat cur ita sit, cùm sint illa jam percepta & spectata: in illis autem fabricandæ sint descriptiones: sed hæ non sunt hujus temporis quæstiones. qui tamen hæc scire cupit, Proclum Lycium adeat, diligentissimum Euclidis interpretem: hæc enim ille copiosè & eruditè tractat. Quomodo autem præcepta θεωρήματα reddi potuerint nescio: sed hoc tam multis locis in priscis exemplaribus nomen est semper rectè scriptum, præterquam quòd egregium significatum habet, ut vix credi possit erratum esse librarii, sed (ut arbitror) novitas hujus vocis & rei, rationisque ipsius ignoratio induxit aliquem recentiorum, ut eam deleret, & hanc, quæ in omnibus nunc impressis inoleverat, reponeret. *Victor.*

2. *Quia pertinet.*] In Reg. & Cantab. sic incipit hoc libri de fato lacerum fragmentum: *quod à Græcis logos dicitur, à nobis ratio nominatur; Logice vero ratio disserendi. Quia vero pertinet ad mores, &c.* Ab ineptiente Librario, non à Cicerone, profluxit additamentum. *Davis.*

3. *Quod ἦθος illi vocant.*] Est à mss. nostris; firmavitque dudum editione sua Petrus Victorius. Palatinis ego usus sum tribus. Gulielmius variantes lectiones adscripsit marginibus, è libris S. Victoris, Francisci Pithœi, & Francisci Fabricii. vulgata lectio habet, *quos ἤθη Græci vocant.* Gruter. *Quos ἦθος.*] Vulgg. *quod ἦθος.* Alii, *quos ἤθη.* Nos autem Bal. nostrum aliosque veteres MSStos cum Ven. 1471. sequendos duximus; siquidem ἦθος, non minus ac ἤθη, *mores* denotat. *Davis.*

4. *Appellare moralem.*] Pal. sec. & Victoris, *morabilem.* quod, quamvis non probem, libuit tamen indicare. quippe secundus ille noster, quantivis est pretii, præ aliis duobus quibus utor. *Gruter.*

5. *Enunciationum, quæ Græci ἀξιώματα.*] Quid enunciatio sit docet Gellius lib. XVI. cap. 8. Tradebatur autem enunciationum varietas & ratio à veteribus in ipsorum εἰσαγωγαῖς inter prima Dialecticæ rudimenta, ut idem Gellius & Diogenes Laërtius in Zenone videntur ostendere. Gellius ἀξίωμα vocat, & Græcè definit λεκτὸν αὐτοτελὲς, ἀποφαντὸν ὅσον ἐφ' ἑαυτῷ. Et Latine ex Varrone: *Proloquium est sententia, in qua nihil desideratur.* Sed Græcum illud Chrysippi fuisse existimo, eandem enim definitionem, paullo tamen locupletiorem, Diogenes in eodem Zenone Chrysippo tribuit. Sic enim ille: Ἀξίωμά ἐστιν, ὅ ἐστιν ἀληθὲς ἢ ψεῦδος, ἢ πρᾶγμα αὐτοτελὲς ἀποφαντὸν ὅσον ἐφ' ἑαυτῷ, ὡς ὁ Χρύσιππος φησὶν ἐν τοῖς Διαλεκτικοῖς ὅροις. *Achill. Statius.*

6. Quam

aut non poſſit, quam vim habeant, obſcura quæſtio eſt: [6] quam περὶ δυνατῶν philoſophi appellant: totaque eſt [a] logice; quam rationem diſſerendi voco. Quod autem in aliis libris feci, qui ſunt de natura deorum: itemque in iis, quos de divinatione edidi, ut in utramque partem perpetua explicaretur oratio, quò faciliùs id à quoque probaretur, quod cuique maximè probabile videretur, [b] id in hac diſputatione de fato, caſus quidam, ne facerem impedivit.

a logicæ *Daviſ.*

b id *deeſt in aliis.*

2 [7] Nam cùm eſſem in Puteolano, Hirtiusque noſter, conſul deſignatus, iisdem in locis, vir nobis amiciſſimus, & iis ſtudiis, in quibus nos à pueritia viximus, deditus: multùm unà eramus; maximè nos quidem exquirentes ea conſilia, quæ ad pacem, & ad concordiam civium pertinerent. cùm enim omnes poſt [c] interitum Cæſaris novarum perturbationum cauſæ quæri viderentur, hisque eſſe occurrendum putaremus, omnis ferè noſtra in iis deliberationibus conſumebatur oratio; idque & ſæpe aliàs, & quodam liberiore, quàm ſolebat, & ma-

c interitionem *MS.*

6. *Quam περὶ δυνατῶν appellant.*] Ariſtoteles περὶ ἑρμηνείας. *τούτων δὲ*, inquit, *διωρισμένων, σκεπτέον ὅπως ἔχουσιν αἱ ἀποφάσεις, καὶ καταφάσεις πρὸς ἀλλήλας, αἱ τοῦ δυνατὸν εἶναι, καὶ μὴ δυνατὸν, καὶ ἐνδεχόμενον, καὶ περὶ τοῦ ἀδυνάτου τε καὶ ἀναγκαίου. ἔχει γὰρ ἀπορίας τινάς.* *Urſin.* *Quam περὶ δυνατῶν Philoſophi appellant.*] Dictionem *philoſophi* reddimus auctori, fide Pall. & P. atque S. V. exhibuitque editione ſua Victorius, infinitæ & incredibilis diligentiæ vir. *Gruter.*

7. *Nam cum eſſem in Puteolano.*] Hircius & Panſa Ciceronis auditores fuiſſe videntur, qui interfecto Cæſare poſt M. Antonium & Dolabellam conſules creati ſunt, quos Cicero in III. Philipp. *deſignatos conſules* appellat, in reliquis *conſules*, de quibus jam tamen conſulibus Galba & Pollio lib. x. in ep. ad Ciceronem; & xi. D. Brutus. Cicero ad Cornificium xii. ep. 8. ut de deſignatis illis loqui videtur. Secum autem in Puteolano Hircium Coſ. deſignatum fuiſſe, & cum eo de conſtituenda pace egiſſe oſtendit Cicero lib. xv. ad Attic. ep. 1. *Sed caſu*, inquit, *cum legerem tuas literas, Hircius erat apud me in Puteolano &c.* Uterque autem apud illum fuerant. nam lib. xiv. ab eo exſpectantur, in ſeq. epiſt. jam adſunt. *Hic, inquit, turba magna eſt, eritque, ut audio major. duo quidem quaſi deſignati coſſ.* In ſeq. epiſt. *Hic mecum Balbus, Hircius, Panſa.* Rurſum alibi in eod. lib. in epiſtola, cujus initium *E Pompejano.* & lib. xv. Epiſt. *Undecimo Calend.* ex quibus intelligi poteſt, quæ conſilia uterque exquiſierint. *Puteolanum* autem eâ forma dictum eſt, qua *Tuſculanum*, *Campanum*, ubi vel agrum vel campum intelligas. *Achill. Statius.*

8. De

magis vacuo ab interventoribus die, cùm ille ad me venisset, primò illa, quæ erant quotidiana, & quasi legitima nobis, [8] de pace, & de otio. P. R.

II. QUIBUS actis, Quid ergo? inquit ille, quoniam oratorias [9] exercitationes non tu quidem, ut spero, reliquisti, sed certè philosophiam illis antepofuisti, possumne aliquid audire? Tu verò, inquam, vel audire, vel dicere. nec enim ([d] quod rectè existimas) oratoria illa studia deserui: quibus etiam te [e] incendi, quamquam flagrantissimum [f] acceperam: nec ea, quæ nunc tracto, minuunt, sed augent potiùs illam facultatem. nam cum hoc genere philosophiæ, quod nos sequimur, magnam habet orator societatem. subtilitatem enim ab Academia mutuatur, & ei vicissim reddit ubertatem orationis, & ornamenta dicendi. Quamobrem, inquam, quoniam utriusque studii nostra possessio est, hodie, utro frui malis, optio sit tua. Tum Hirtius, Gratissimum, inquit, & tuorum omnium simile. nihil enim umquam abnuit meo studio voluntas tua. 3

d id quod *Davis.*
e incendere *Idem.*
f occœperam *Idem.*

Sed quoniam rhetorica mihi [g] nostra [h] sat nota, teque in iis & audivimus sæpe, & audiemus, atque hanc Academicorum, [10] contra propositum disputandi, consue- 4

g vestra] *alii.*
h sunt *MSS.*

8. *De pace & de otio. Quibus actis, Quid.*] Hæc est lectio Pal. pr. editionisque Victorianæ, aliorumque. nam ceteri mss. *Quibus acceptis.* omnes tamen omiserant illa vulgata, *dicta sunt*; quæ in Lambinianis ac Brutianis. *Gruter.*

9. *Exercitationes.*] Quotidianis enim pœne commentationibus declamandi se exercebat, & ad præturam Græcè semper declamarat. Latinè verò senior quoque, & quidem, Hirtio & Pansa coss. Declamandi assiduitatem declarat Tuscul. lib. I. cap. 4. *Ut enim antea declamitabam causas, quod nemo me diutius fecit. sic hæc mihi nunc senilis est declamatio.* Turneb.

10. *Contra propositum.*] Bal. habet *positam.* Omnino lege *positum.* Sic paullo post: *Ponere aliquid, ad quod audiam, volo.* Et Tusc. lib. I. cap. 4. *Ponere jubebam, de quo quis audire vellet.* Hinc lib. I. de Orat. cap. 6. rescribendum, *ut omni de re, quacunque sit posita, ab eo ornate copioseque dicatur*; sic enim MSSti. duo Gallicani, cum *proposita* sit in vulgatis. Simile mendum Lactantii Codices videtur obsidere; nam lib. V. cap. 17, 20. dant, *concedamus posse fieri, quod proponit Philosophus.* Legerim *ponit Philosophus.* De hujusce verbi potestate consuli possunt Joan. Schefferus ad Phædri lib. III. Fab. 14. & J. G. Grævius ad Ciceronis Fam. lib. IX. epist. 26. *Davis.*

11. Pro-

suetudinem indicant te suscepisse Tusculanæ disputationes; [1] ponere aliquid, ad quod audiam, si tibi non est molestum, volo. An mihi, inquam, potest quidquam esse molestum, quod tibi gratum futurum sit? sed ita audies, ut Romanum hominem, ut timidè ingredientem ad hoc genus disputandi, ut longo intervallo hæc studia repetentem. Ita, inquit, audiam te disputantem; ut ea lego, quæ scripsisti. [11] proinde ordire.

1 *alii* proponere.

P. CXLI.

Multa hic desunt.

III. [12] CONSIDERAMUS hîc: quorum in aliis, ut in Antipatro poëta, ut [13] in brumali die natis, [14] ut in simul

11. *Proinde ordire.*] Plurima hic deesse nemo non videt. Abest enim propositio Hirtii, multaque Stoicorum firmamenta fatum probantia: quæ tamen, quia hodieque apud Plutarchum extant, plurimumque Ciceroni sic trunco ac mutilo lucis afferre possunt, à me subscribentur. *In adversario genere*, inquit, *prima ac præcipua captio videtur esse, Nihil absque causa fieri, sed omnia fieri antecedentibus causis: altera, Mundum administrari naturâ, ipsum sibi consentientem & conspirantem: tertia, testimonium quoddam potius videtur esse. Advocatur enim primum divinatio, quæ cum hominum opinione floret, tum in deo opt. max. re vera viget. Deinde in iis quæ eveniunt, sapientum hominum approbatio, omnia rectè ordineque fieri prædicantium. Postremo pervagatum illud, Pronunciatum omne verum vel falsum esse.* Ista enim capita disputationis Stoicæ erant, quæ, ut captiosa Plutarchus censet, ita à Cicerone hic refutantur. *Turnebus.*

12. *Consideramus hic, quorum &c.*] Turnebus monuit vett. libros præferre *constamusiei*; ex quo factum illud vulgatum, *Consideramus Hirti.* Pal. sec. servat *odire considamus hic hic deest quorum.* alii duo, nescio quos versus admiserant. *Gruter.* *Consideramus hic ** quorum in aliis.*] Sic edi debet hic locus, ut indicetur hiatus; aliquid enim manifesto deest, quod notavit etiam Pal. secundi Librarius. Observat autem Gruterus in duobus, quibus usus est, MSStis. nescio quos lacunæ supplendæ versus admissos esse. Eosdem credo fuisse, quos Bal. etiam noster exhibet:

Sunt qui in fortunæ jam casibus omnia ponant,
Et mundum credant nullo rectore moveri,
Natura volvente vices & lucis & anni.

Pater eorum est Juvenalis Satir. XIII. 86. *Davis.*

13. *In brumali die.*] Id est bruma. Plin. lib. II. cap. 41. *Floret ipso brumali die suspensa in tectis arentis herba pulegii.* Cicero De Divin. lib. II. cap. 14. *Pulegium aridum florescere ipso brumali die*, quod ad contagionem refert. Exemplum autem quoddam à Posidonio fuerat inductum, in quo valuisse dicebat vim syderis brumalis, eventu in illis hominibus testatam, quod, verbi gratia, frigidis morbis obnoxii fuerint. *Turnebus.*

14. *Ut in simul ægrotantibus fratribus.*] Huc pertinent illa quæ à Divo

nul ægrotantibus fratribus, ut in urina, ut in ungui-
is, ut in reliquis ejusmodi, naturæ contagio [k] valet: k valeret alii.
iam ego non tollo: vis est nulla fatalis. In aliis au-
m fortuita quædam esse possunt, ut in illo naufragio,
in [15] Icadio, ut in [16] Daphita. Quædam etiam Po-
lonius ([17] pace magistri dixerim) comminisci videtur.
int, inquam, [l] quidem absurda. Quid enim? si Da- l quædam Turneb.
phi-

vo Augustino adducuntur in lib. v. de Civit. Dei. *Cicero dicit ppocratem nobilissimum Medicum scriptum reliquisse, quosdam fra-s cum simul ægrotare cœpissent, & eorum morbus eodem tempore gravesceret, eodem levaretur, geminos suspicatum: quos Posidonius oicus multum Astrologiæ deditus, eadem constitutione astrorum na-, eademque conceptos solebat asserere.* Ursin.

15. *Icadio.*] Icadium *sævissimum piratam* fuisse (piratam enim hic ædonem Cicero vocat) scribit Sext. Pompejus. Εἰκάδιον, nisi llor, Suidas vocat. In ejus crura ex spelunca saxum incidit, m tamen vitam maritimam coleret. *Turnebus.*

16. *Daphita.*] Qui, ut Valerius scribit lib. I. cap. 8, 8. extern. *m professione sophista esset, Delphis ad ludibrium Apollinem consu-it, an equum invenire posset, quem omnino nullum habebat: edita s est, eum inventurum equum, quo periret. Itaque cum in regem ttalum incidisset, sæpe contumeliis à se lacessitum, ejus jussu de co, cui nomen equo erat, præcipitatus est.* Strabo grammati-m fuisse scribit, & in monte Thorace suffixum in cruce, quòd ges Pergami contumeliosis versibus incesseret: unde natum pro-rbium, *Cave Thoracem.* Refert & hoc in reges maledicum ejus igramma.

Πορφύρεοι μώλωπες, ἀποῤῥινήματα γάζης
Λυσιμάχυ, Λυδῶν ἄρχετε καὶ Φρυγίης.

rnebus. Daphita.] Strabo lib. XIV. pag. 958. tradit λόγιον ἐκπε-ἶν αὐτῷ (Δαφίτᾳ) λέγεσθαι, φυλάτ]εσθαι τὸν Θώρακα, *oracu-m Daphitæ datum fuisse, ut Thoracem caveret.* Non igitur de *overbio nato* locutus est doctissimus Geographus, ut male statuit adr. Turnebus. Pari quoque modo, ne Aldum nepotem me-orem, lapsus est vir summus Des. Erasmus Adag. pag. 207. ed. anov. *Davis.*

17. *Pace magistri dixerim.*] Ineptè interpres magistri nomine enonem intelligit cum de Posidonio loquatur hic Cicero, quem pe viderat & colebat, ut magistrum. Libro enim II. Tusc. uæst. *At non noster, inquit, Posidonius, quem & sæpe ipse vidi.* em lib. II. epist. ad Attic. *Quamquam ad me rescripsit jam Rhodo sidonius &c.* Posidonium alii civitate Apamensem, alii Rho-um faciunt. Fuit is Panætii discipulus, ut auctor est Cicero, incipio lib. I. de Divin. & in III. de Officiis. librosque de holis ita inscriptos reliquit, nisi primi tum libri ea fuerit in-iptio, qua de re Diog. in Zenone, qui eum Zenonis discipu-m fuisse scribit, & Alexandrinum, si non is alius est. *Achill. atius.*

phitæ fatum fuit [18] ex equo cadere atque ita perire? ex hocne equo qui cùm equus non esset, nomen habebat alienum? aut Philippus hasce in capulo quadrigulas vitare monebatur? quasi verò capulo sit occisus. [19] Quid autem magnum & naufragum illum sine nomine in rivo esse lapsum? quamquam huic quidem hic scribit prædictum in aqua esse pereundum. [m] Ne hercule Icadii quidem prædonis video fatum ullum. nihil enim scribit ei prædictum.

m Ne me herc. *Lamb.*

6 Quid mirum [n] igitur, ex spelunca saxum in crura ejus incidisse? puto enim, etiam si Icadius tum in spelunca non fuisset, saxum tamen illud casurum fuisse. Nam aut nihil est omnino fortuitum, aut hoc ipsum potuit evenire fortunâ. Quæro igitur, (atque hoc latè patebit) [20] si fati omnino nullum nomen, nulla natura, nulla vis esset, & fortè temerè casu aut pleraque fierent, aut omnia: num aliter, ac nunc eveniunt, evenirent? quid ergo attinet inculcare fatum, cùm sine fato ratio omnium rerum ad naturam fortunamve referatur?

n igitur *deest in MSS.*

P. B.

7 IV. Sed Posidonium, sicut æquum est, cum bona gratia dimittamus: ad Chrysippi laqueos revertamur. Cui primùm quidem de ipsa rerum contagione respondeamus: reliqua postea persequemur. Inter locorum naturas quantum intersit, videmus: alios esse salubres, alios pestilentes: in aliis esse pituitosos, & quasi redundantes, in aliis exsiccatos atque aridos: multaque sunt

18. *Ex equo.*] Res plane diversas miscet eruditissimus Turnebus; nam cum Strabo lib. XIV. pag. 958. ἐπ' ὄρει καλουμένῳ Θώρακι σταυρωθῆναι Δαφίταν τὸν γραμματικὸν tradiderit; noster, Valerius Maximus lib. I. cap. 8, 8. extern. & Suidas, eum *de saxo, cui nomen erat Equi, præcipitatum scribunt.* Non igitur narrationes, quæ sibi repugnant, in unum fuere confundendæ; nam in monte Thorace saxum, quod Equus vocabatur, fuisse nullo modo constat. Vulgg. *de equo.* Male. *Davis.*

19. *Quid autem magnum & naufragum illum sine nomine in rivo esse lapsum?*] Tollenda stellulæ nota, nescio quo modo è regione posita. sensus est: Quid mirum est, naufragum quoque illum in rivo esse lapsum? intulit autem post vocem *magnum* particulam *&* propterea, quòd jam exemplum de Daphita & de Philippo confutarat: quasi diceret, *præterea.* P. Manut.

20. *Si fati omnino nullum nomen.*] Arist. in lib. Περὶ ἑρμηνείας. οὐδὲν ἄρα οὔτε ἐστὶν, οὔτε γίνεται, οὔτε ἀπὸ τύχης, οὐθ' ὁπότερ' ἔτυχεν, οὐδὲ ἔσται, ἀλλ' ἐξ ἀνάγκης ἅπαντα. *Ursin.*

21. Di-

sunt alia, quæ inter locum & locum plurimum differunt. Athenis tenue cœlum, ex quo acutiores etiam putantur Attici: crassum Thebis, itaque pingues Thebani & valentes. Tamen neque illud tenue cœlum efficiet, ut aut Zenonem quis, aut Arcesilam, aut Theophrastum audiat; neque crassum, ut Nemea potiùs, quàm Isthmo victoriam petat.

[21] Dijunge longiùs. quid enim loci natura afferre 8
potest, ut [22] in porticu Pompeji potiùs, quàm in campo ambulemus? tecum, quàm cum alio? Idibus potiùs, quàm Kalendis? [23] Ut igitur ad quasdam res natura loci pertinet aliquid, ad quasdam autem nihil: sic affectio astrorum valeat, si vis, ad quasdam res; ad omnes certè non valebit. At enim quoniam in naturis hominum dissimilitudines sunt, ut alios dulcia, alios sub-

21. *Dijunge longius.*] Bal. noster, *dijungo longius*. Reg. & Cantab. habent *dijunge locos*. Eliens. autem, *distingue locos*. Codicum vero nostrorum varietates retulimus, ut, quæ vera sit lectio, dispiciant acutiores. Mihi quidem præ cæteris placet scriptura, quam fert MS. Baliolensis. Vereor tamen, ne corrupti sint hoc in loco cuncti libri. *Davis.*

22. *In porticu Pompeji.*] Ambulationem juxta theatrum suum Pompejus centum columnis suspensam extruxerat, amœnam proceritate assitarum platanorum. *Propert.* lib. II. El. 23. 45.

Scilicet umbrosis sordet Pompeja columnis
Porticus, aulæis nobilis Attalicis.

Ovidius, de Arte lib. I.

Tu modo Pompeja lentus spatiare sub umbra,
Cum sol Herculei terga leonis adit.

Turnebus. Pompejanæ quoque porticus meminit Catullus sub *ambulationis Magni nomine*, cum in Camerium ita scribit:

Te quæsivimus in minore campo,
Te in Circo, te in omnibus tabernis,
Te in templo superi Jovis sacrato,
In Magni simul ambulatione.

Martial. ad Regulum, lib. V.

Sic veterem ingrati Pompei quærimus umbram,
Et laudant Catuli vilia templa senis. Achill. Statius.

23. *Ut igitur ad quasdam res natura loci pertinet.*] Post hæc verba in libris omnibus sequitur deinceps, *& operatur aliquid*, quod ego funditus sustuli, ut alienum & ex declaratione superiorum natum. *Lambin.* Plura delevit *Lambinus*, quam deleri debuere; nam Victoriani, Gruteriani, nostrique Bal. Reg. Cantab. exhibent, *ut igitur ad quasdam res natura loci pertinet aliquid*; & ita recte legitur. *Davis.*

ſubamara delectent; alii libidinoſi, alii iracundi, aut crudeles, aut ſuperbi ſint; alii o talibus vitiis abhorreant: quoniam igitur, inquit, tantum natura à natura diſtat, quid mirum eſt, has diſſimilitudines ex differentibus cauſis eſſe factas?

o à talibus *alii.*

9 V. HÆC differens, [24] qua de re agatur, & in quo cauſa conſiſtat, non videt. Non enim ſi alii ad alia propenſiores ſint propter cauſas naturales & antecedentes, idcirco etiam noſtrarum voluntatum atque appetitionum ſunt cauſæ naturales & antecedentes. nam nihil

P. CXLII. eſſet in noſtra poteſtate, ſi res ita ſe haberet. nunc verò fatemur, acuti, hebetesne; valentes, imbecillíne ſimus, non eſſe id in nobis. Qui autem ex eo p cogi putat, ne ut ſedeamus quidem, aut ambulemus, voluntatis eſſe; is non videt, quæ q quamque rem res conſequatur. Ut enim & ingenioſi & tardi ita naſcantur antecedentibus cauſis, itemque valentes & imbecilli: non ſequitur tamen, ut etiam ſedere, & ambulare, & rem agere aliquam, principalibus cauſis definitum & conſtitutum ſit.

p colligi *alii.*

q quamque res *alii.*

10 [25] r Stilponem, [26] Megareum philoſophum, acutum ſanè

r Stilphonem *Turneb.* malè.

24. *Qua de re agatur.*] Quid in controverſiam veniat, & de quo ambigatur. Verbum juriſconſultorum. Cicero Topic. cap. 25. *Sed qua ex ſtatu contentio efficitur, eam Græci κρινόμενον vocant, mihi placet id, quoniam quidem ad te ſcribo,* qua de re agitur, *vocari.* Non videt igitur quid agatur & de quo dubitetur Chryſippus. Quæritur enim, an ut multarum rerum naturales cauſæ ſunt, ſic noſtrarum appetitionum cauſæ ſint antecedentes & naturales. *Turnebus.*

25. *Stilphonem Megaricum.*] *Stilphonis* nomen variari in aliis libris video. Legunt enim hic alii *Stilponem* ſine adſpiratione, ut etiam eſt apud Laërtium in ejus vita; apud Plinium vero lib. VII. cap. 8. *Stilbo* legitur, & apud Ciceronem lib. II. Acad. Quæſt. *Atque habebam*, inquit, *moleſtos nobis, ſed minutos, Stilbonem, Diodorum, Alexinum, &c.* Eadem itaque litera nunc tenuis, nunc adſpirata, nunc denique media eſt in hoc nomine. Hujus Stilponis meminit Plutarch. in lib. Περὶ Εὐθυμίας, his verbis: Ὁ Δημήτριος τὴν Μεγαρέων πόλιν καταλαβὼν ἠρώτησε Στίλπωνα, ἤ τι τῶν ἐκείνου διήρπασαι; καὶ ὁ Στίλπων ἔφη, μηδένα ἰδεῖν τ' ἀμὰ φέροντα, &c. *Achill. Statius.*

26. *Megarium.*] Eſt à Victorii editione. & accedit Pal. ſec. in quo *Megarium.* nam ceteri *Megaricum*, quibus adhæret Turnebus. *Grut.* Plane patet aliquam, etſi parvam varietatem Grutero ſtatutam inter Pal. ſec. & editionem Victorii, quum hæc utraque non habeat eodem ordine. Idque verum eſt. Nam Victorius edidit *Megareum*,

ſt

sanè hominem & probatum temporibus illis accepimus. Hunc scribunt ipsius familiares & ebriosum & mulierosum fuisse: neque hoc scribunt vituperantes, sed potiùs ad laudem. vitiosam enim naturam ab eo sic edomitam & compressam esse doctrinâ, ut nemo umquam vinolentum illum, nemo in eo libidinis vestigium viderit. [27] Quid? Socratem nonne legimus, quemadmodum notarit Zopyrus, physiognomon, qui se profitebatur hominum mores naturasque ex corpore, oculis, vultu, fronte pernoscere? [28] stupidum esse Socratem dixit, & bardum, quòd jugula concava non haberet: obstructas eas partes & obturatas esse dicebat: addidit etiam, mulierosum: in quo Alcibiades cachinnum dicitur sustulisse. Sed hæc ex naturalibus causis vi- 11
tia nasci possunt: exstirpari autem & funditus tolli, ut is ipse, qui ad ea propensus fuerit, à tantis vitiis avocetur, non est id positum in naturalibus causis, sed in voluntate, studio, disciplina. quæ tolluntur omnia, si vis & natura fati ex divinationis ratione firmabitur.

VI. ETENIM si est divinatio, [29] qualibusnam [30] à per-

ut & Hervagius, idque voluit Gruterus. unde repetivi, ut jam lib. IV. Acad. Quæst. cap. 42. occurrit *Euclides Megareus.* Sed & uterque ille paulo ante edunt *qua quamque rem res consequatur.* Gronov.

27. *Quid? Socratem non ne legimus quemadmodum notarit Zopyrus Physiognomon.*] Videtur hoc Cicero transtulisse de Græco scriptore, à quo Alexander Aphrodisiensis exscripsit ea quæ edidit in libro περὶ εἱμαρμένης. Εἰπόντος τοῦ Ζοπύρου τοῦ φυσιογνώμονος περὶ Σωκράτους τοῦ φιλοσόφου ἄτοπά τινα καὶ πλεῖστον ἀφεστῶτα τῆς προαιρέσεως αὐτοῦ τῆς κατὰ τὸν βίον, καὶ ἐπὶ τούτοις ὑπὸ τῶν περὶ τὸν Σωκράτην καταγελωμένου, οὐδὲν εἶπεν ὁ Σωκράτης ἐψεῦσθαι τὸν Ζώπυρον, ἦν γὰρ ἂν τοιοῦτος, ὅσον ἐπὶ τῇ φύσει, εἰ μὴ διὰ τὴν ἐκ φιλοσοφίας ἄσκησιν, ἀμείνων τῆς φύσεως ἐγένετο. *Ursin.*

28. *Stupidum esse Socratem dixit.*] Gulielmius adnotavit videri expungenda, *Socratem dixit*, ut supervacua; uti revera sunt. *Grut.* *Socratem dixit.*] Immerito prorsus hasce voces, ut supervacuas, expungendas censuere Gulielmius & Gruterus, cum sint orationi necessariæ. *Davis.*

29. *Quibusnam à perceptis artis &c.*] Sic meliores mss. neque aliter Victorius, Turnebus, Aldus. alii, *qualibet natura à præceptis.* Gruter.

30. *A perceptis artis.*] Delendam puto vocem ultimam, quippe quæ prorsus est supervacanea, nec in Bal. nostro comparet. Altera vero Lactantio restituenda; nam lib. III. cap. 6. 12. in vulga-

perceptis artis proficiſcitur ? 31 percepta appello *, quæ
P. B. dicuntur Græcè θεωρήματα. Non enim credo nullo
percepto aut ceteros artifices verſari in ſuo munere, aut
12 eos, qui divinatione utantur, futura prædicere. Sunt
s præcepta alii. igitur aſtrologorum s percepta hujusmodi. Si quis, verbi cauſa, oriente Canicula natus eſt, is in mari non
morietur. Vigila, Chryſippe, ne tuam cauſam, in qua
tibi cum Diodoro, valente dialectico, magna luctatio
eſt, deſeras. Si enim verum eſt, quod ita connectitur, Si quis oriente Canicula natus eſt, in mari non
morietur: illud quoque verum eſt, Si Fabius oriente
Canicula natus eſt, Fabius in mari non morietur. Pugnant ergo hæc inter ſe, Fabium oriente canicula natum
eſſe, & in mari Fabium moriturum: & quoniam certum in Fabio ponitur, ortum eſſe eum Canicula oriente, hæc quoque pugnant, & eſſe Fabium, & in mari
moriturum. Ergo hæc quoque conjunctio eſt ex repugnantibus, & eſt Fabius, & in mari Fabius morietur: quod ut t propoſitum eſt, ne fieri quidem poteſt.
t poſitum Daviſ. Ergo illud, Morietur in mari Fabius, ex eo genere eſt,
quod fieri non poteſt. Omne igitur, quod falſum dicitur in futuro, id fieri non poteſt.
13 VII. AT HOC, Chryſippe, minimè vis: maximéque tibi de hoc ipſo 32 cum Diodoro certamen eſt. ille
enim

gatis eſt. *qui vero ſententia loco pronunciat nihil ſciri, tanquam præceptum profitetur & cognitam.* Lege *perceptum.* Daviſ.

31. *Præcepta appello, quæ dicuntur Græcè θεωρήματα.*] Lectionem hanc emendat P. Victorius, mutatque *præcepta* in *percepta*, & rectè meâ quidem ſententiâ, nam eo ipſo verbo eodem omnino modo utitur Cicero lib. II. Acad. Quæſt. non quod *percepta* confundi putem cum *perceptione*, de qua illic omnis habetur oratio, quæque ad Phyſicos omnino pertinet (agitur enim de ſenſuum & animi perceptione) ſed quod *percepto*, Mathematicorum plane verbo, eo forte alludens, utitur. Hæc enim ille poſt multa alia: *Hoc igitur modo potius erat ab his poſtulandum, ut hoc unum ſaltem, percipi nihil poſſe, perceptum eſſe dicerent.* Et quia Cicero ſtatim dixit: *Potius erat ab his poſtulandum*, animadvertendum id eſt, perceptum nihil aliud eſſe, niſi quod Ariſtoteles lib. I. Analyt. poſteriorum αἴτημα & ὑπόθεσιν appellat, petitio enim & ſuppoſitio demonſtrari poſſunt: ſimiliter & percepta. Illa ab his, quos docere volumus, ſtipulamur in primis & ea quaſi fundamenta jacimus. *Achill. Statius.*

32. *Cum Diodoro.*] Diodorus is fuit, qui cognomento Cronus appellatus eſt, philoſophus ex Megarica ſchola eorum, qui ἐριστι-
κοὶ

enim id solum fieri posse dicit, quod aut sit verum, aut futurum sit verum: &, 33 quidquid futurum sit, id dicit fieri necesse esse, &, quidquid non sit futurum, id negat fieri posse. Tu, & quæ non sint futura, posse fieri dicis, ut frangi hanc gemmam, etiam si id numquam futurum sit: neque necesse fuisse Cypselum regnare Corinthi, quamquam id millesimo antè anno Apollinis oraculo editum esset. 34 At si ista comprobabis divina prædicta; & quæ falsa in futuris dicentur, 35 in his

κοὶ & διαλεκτικοὶ dicebantur: quem sic admiratus est Callimachus, ut in epigrammate scripserit:

——— Αὐτὸς ὁ Μῶμος
Ἔγραφεν ἐν τοίχοις, ὁ Κρόνος ἐστὶ σοφός.

Hujus Diodori dialectica imbutus Arcesilas fuerat, quod declarat Sillographi παρῳδία· Πρόσθε Πλάτων, ὄπισθεν Πύῤῥων, μέσσος Διόδωρος· vixitque ante Arcesilam & Chrysippum. Hoc autem loco explicat rationem enunciationum, quæ de re futura, deque eo quod fieri possit, aut non possit, aliquid dicunt, quod in procemio pollicitus est. *Turnebus.*

34. *Quidquid futurum sit id dicit fieri necesse esse.*] Arist. in lib. Περὶ ἑρμηνείας, ἅπαντα ἄν τὰ ἐσόμενα ἀναγκαῖον γενέσθαι. *Ursin.*

34. *At si ista comprobabis divina prædicta: & quæ falsa &c.*] Hic locus, ut in vulgatis legitur, non videtur integer: sententia enim non concluditur neque finitur, nascens ab illo principio, *at si ista comprobabis &c.* nisi dicamus esse Hyperbatum, quod pertineat ad hæc quæ sequuntur, *sed tamen, si naturalis est &c.* quod non arbitror. Neque quidquam deest & sententia apte clauditur, hoc modo: *At si ista comprobabis divina prædicta, tum & ea, quæ falsa in futuris dicuntur, in iis habere cogeris, quæ fieri non possunt, ut si dicatur Fabium &c. & contra, quod vere dicatur de futuro, quodque ita futurum sit, ut Africanum Karthagine potiturum, dicere cogeris esse necessarium.* Præterea deest in omnibus libris, uno atque altero excepto, hoc totum: *ut si dicatur Fabium in mari periturum; & quod vere dicatur de futuro, dices esse necessarium.* Lambin.

35. *In his habebis.*] Alii libri habent *habemus*, quod minus probo: hoc enim videtur Cicero sentire; si comprobabis hæc divina prædicta, seu oracula, eaque vera & necessaria putabis, incides in angustias, quas reformidas: nam tu, qui fatum quidem ponis, sed necessitatem tollis, cogêris fateri, & ea, quæ sunt falsa in futuro, fieri non posse, & quod verum est in futuro, necessario eventurum; quæ est Diodori sententia. Diodorus enim hæc dicebat, si falsa est hæc enunciatio in futuro, *cras cænabit Epicurus*, non potest fieri, ut cras cænet Epicurus: &, si vera est hæc enunciatio in futuro, *cras cænabit Epicurus*, necessario cras cænaturus est Epicurus; quod utrumque negat Chrysippus. *Lambin.*

his habemus, ut ea fieri non possint: ut, si [36] dicatur, P. CXLIII. Africanum Karthagine potiturum: & si verè dicatur de futuro, idque ita futurum sit, dicas esse necessarium. quæ est tota Diodori vobis inimica sententia.

14 Et enim si illud verè connectitur, Si oriente Canicula natus es, in mari non morieris: primumque, quod in connexo, Natus es oriente Canicula, necessarium est: (omnia enim vera in præteritis, necessaria sunt, ut Chrysippo placet, dissentienti à magistro Cleanthe, quia sunt immutabilia, nec in falsum è verò [37] præterita possunt convertere:) si igitur quod primum in connexo est, necessarium est: fit etiam quod consequitur, necessarium. Quamquam hoc Chrysippo non videtur valere in omnibus. Sed tamen, si naturalis est causa, cur in mari Fabius non moriatur, in mari Fabius mori non potest.

15 VIII. Hoc loco Chrysippus [38] æstuans falli sperat Chal-

36. *Dicatur Africanum Karthagine potiturum.*] Rectè ita editi à Victorio, respondetque Pal. sec. castissimus liber. alii quidem *Karthaginem*, sed non ii tam bonæ notæ. itaque viderit de suis Lambinus. *Gruter.* *Ut, si dicatur, Africanum Karthagine potiturum.*] Non intelligo, qui hoc inter *falsa in futuris* numerarit Cicero, siquidem Scipio revera Carthagine potitus est. Forsan verba suum non tenent ordinem, locusque sic constituendus est: *At si ista comprobabis divina prædicta, & quæ falsa in futuris dicantur, in his habebis, ut ea fieri non possint; & si quid vere dicatur de futuro, (ut, si dicatur, Africanum Carthagine potiturum) id, quia futurum sit, dicas esse necessarium, ea est tota Diodori vobis inimica sententia.* Has ego conjecturas dubitans & hæsitans propono; nam ῥῆσις est perplexa, fierique potest, ut è libris nostris aliquid exciderit. *Davis.*

37. *Præterita possunt converti.*] Non habeo, quod arguam, si sic vir doctissimus ediderit ex certa scriptorum exemplarium fide. Sed tamen injicit scrupulum Victorius, qui licet etiam nunc ita ediderit, tamen in notis ad librum VIII. ad Atticum, diserte hunc locum ex vetusto exemplari scribit ab se emendatum, ut legat *convertere*; ut solet id instar neutrius adhiberi. Itaque idem ex Victorio & MSS. etiam cap. 9. fecit Gruterus. sed tantum in notis. Mihi desunt justa hîc subsidia. *Gronov.* MS. Eliensis exhibet *convertere*, quod recepit Davisius, quem sequor.

38. *Æstuans.*] Satagens valdeque laborans, nec tamen se extricans, ab æstu ductum. Sic alio hujus libri loco Cicero loquebatur, qui à Gellio affertur: *Chrysippus æstuans laboransque quonam pacto explicet & fato omnia fieri, & esse aliquid in nobis, intricatur hoc modo.* Lib. VI. cap. 2. *Turnebus.*

39. Con-

Chaldæos ceterosque divinos, neque eos usuros esse conjunctionibus, ut [v] in sua [x] percepta pronuntient. Si quis natus est oriente Canicula, is in mari non morietur: sed potiùs ita [y] dicant, Non & natus est quis oriente Canicula, & is in mari [z] morietur. O licentiam jocularem! ne ipse incidat in Diodorum, docet Chaldæos, quo pacto eos exponere [a] percepta oporteat. Quæro enim, si Chaldæi ita loquantur, ut negationes infinitarum conjunctionum potiùs, quàm infinita connexa ponant: cur idem medici, cur geometræ, cur reliqui facere non possint? medicus in primis, quod erit ei perspectum in arte, non ita proponet: Si cui venæ sic moventur, is habet febrem: sed potiùs illo modo, Non [b] ei venæ sic moventur, & febrem is non habet: itemque geometres non ita dicet, [c] In sphæra maximi [d] orbes, medii inter se dividuntur: sed potiùs illo modo: Non & sunt in sphæra maximi orbes, & hi non medii inter se dividuntur.

v ita sua ed. Grut. x præcepta ed. vett. y dicent Lamb. z non mor. MSS. a præcepta alii. b & huic venæ alii. enim venae MSS. c Si in alii. d orbes sunt iid.

P. B. 16

Quid est, quod non possit isto modo ex connexo transferri ad conjunctionum negationem? & quidem aliis modis easdem res efferre possumus. Modo dixi, In sphæra maximi orbes, medii inter se dividuntur: possum dicere, In sphæra maximi orbes erunt; possum dicere, Quia in sphæra maximi orbes erunt. Multa genera sunt enuntiandi, nec ullum distortius, quàm hoc, quo Chrysippus sperat Chaldæos contentos Stoicorum causa fore. Illorum tamen nemo ita loquitur. majus est enim has 39 contortiones orationis, quàm signorum ortus obitusque perdiscere.

17 IX. SED AD illam Diodori contentionem, quam περὶ δυνατῶν appellant, revertamur: in qua quid valeat id, quod fieri possit, [e] anquiritur. Placet igitur Diodoro, id solum fieri posse, quod aut verum sit, aut verum futurum sit. Qui locus attingit hanc quæstionem, Nihil fieri, quod non necesse fuerit: &, Quidquid fieri possit, id aut esse jam, aut futurum esse: nec magis commutari ex veris in falsa ea posse, quæ fu-

e inquirit alii.

39. *Contortiones.*] Quæ ex repugnantibus contexuntur. Id genus orationis dilucide declarat Ciceronis locus lib. II. de Divin. cap. 15. *Deinde contorquent, & ita concludunt:* Non igitur sunt dii, nec significant futura. *Turnebus.*

futura sunt, quàm ea, quæ facta sunt: sed in factis immutabilitatem apparere, in futuris quibusdam quia non [f]apparent, ne [g]inesse quidem videri: ut in eo, qui mortifero morbo urgeatur, verum sit, Hic morietur hoc morbo: at hoc idem si verè dicatur in eo, in quo vis morbi tanta non appareat, nihilo minùs futurum sit. Ita fit, ut commutatio ex vero in falsum ne in futuro quidem ulla fieri possit. Nam, [40] Morietur Scipio, talem vim habet, [41] ut, quamquam de futuro dicitur, tamen ut id [42] non possit convertere in falsum. de homine enim dicitur, cui necesse est mori.

f apparet Davis.
g necesse Lamb. & alii.

18 Sic si diceretur, Morietur noctu in cubiculo suo Scipio vi oppressus, verè diceretur. id enim fore diceretur, quod esset futurum: futurum autem fuisse, ex eo, quia factum est, intelligi debet. nec magis erat verum, Morietur Scipio, quàm Morietur illo modo: [43] nec minùs necesse mori Scipionem, quàm illo modo mori: nec

P. CXLIV.

40. *Morietur Scipio.*] Æmilianus, qui cum Flacco, Graccho, & Carboni adversatus esset, fortis valensque, in cubiculo mortuus inventus est postridie. Ei vim Carbo attulisse existimatus, ut scribit Cicero ad Pætum: quod & hic sequi videtur. Alii venenum ei ab uxore Sempronia Gracchi sorore datum suspicati sunt. *Turnebus.*

41. *Ut, quanquam de futuro dicitur.*] *Dicetur* Lambinus, sed melius *dicatur*, ut est in manuscripto. *Ursin.* Lambini sententiam pervertit Ursinus; nam vir ille doctus, cum in vulgg. esset *dicetur*, legendum conjecit *dicitur*, uti quidem dudum ediderat Victorius. Nos tamen MSStos Ursin. Reg. & Cantab. sequimur. *Davis.*

42. *Non possit convertere.*] Vulgg. *converti.* Sed nos Eliensem nostrum sequimur, nec aliter loqui solent optimi scriptores. Sallustius Catil. cap. 6. *Regium imperium ——— in superbiam dominationemque convertit.* Cæsar B. G. lib. v. cap. 49. *Perscribit in litteris, hostes ab se discessisse, omnemque ad eum multitudinem convertisse.* Virgilius Georg. III. 365.

Et tota solidam in glaciem vertere lacuna.

Ita Livius, Horatius & alii; ut Ciceronis manum servasse videatur præstantissimus ille Codex, præsertum cum noster hunc loquendi modum aliis in locis adhibeat. *Davis.*

43. *Nec minus mori necesse Scipionem.*] Ita Pal. sec. & Fabricianus. editi; *nec minus necesse est mori Scipioni.* Gruter. Imo verbum istud substantivum nec est apud Victorium, nec apud Hervagium. *Gronov.* *Nec minus necesse.*] Petro quidem Ramo legendum videbatur, *nec magis necesse*, quod in hoc verborum situ plane flagitat auctoris mens & sententia. At si, vocibus leviter transpositis, re-

nec magis immutabile ex vero in falsum, Necatus est Scipio, quàm, Necabitur Scipio: nec, cùm hæc ita sint, est causa, cur Epicurus fatum [h] extimescat, & ab atomis petat præsidium, easque de via deducat, & uno tempore suscipiat res duas inenodabiles: unam, ut sine causa fiat aliquid, ex quo exsistet, ut de nihilo quippiam fiat, quod nec ipsi, nec cuiquam physico placet: alteram, ut, cùm duo [i] individua per inanitatem [k] ferantur, alterum è regione moveatur; alterum declinet.

h pertimescat MSS.

i individua corpora Lamb.

19

44 Licet enim Epicuro, concedenti omne enuntiatum aut verum aut falsum esse, non vereri, ne omnia fato fieri sit necesse: non enim [l] æternis causis naturæ necessitate [m] manantibus verum est id, quod ita enuntiatur: Descendit in Academiam Carneades: nec tamen sine causis: sed interest inter causas fortuitò antegressas, & inter causas cohibentes in se efficientiam naturalem. Ita & semper verum fuit, Morietur Epicurus, cùm duo & septuaginta annos vixerit, 45 Archonte 46 Pitharato; ne-

k deorsum fer. *Idem.*

l ex ætern. *Davis.*

m mutantibus *Gruter.*

reponas *nec minus necesse illo modo mori Scipionem, quam mori*, alia mutatione non est opus. Hoc malim; nam quæ Turnebus habet, contorta sunt & coacta. *Davis.*

44. *Licet enim Epicuro.*] Quod non concedit tamen, fatum veritus. Putat enim, si omnis enunciatio sit vera aut falsa, fatum fore, cum esse vera aut falsa sine antegressis causis, & ex naturæ necessitate manantibus non possit: quod falsum est. Nam causæ voluntariæ esse possunt, ut in Academiam descendendi. *Turnebus.*

45. *Archonte Pitharato.*] Annui archontes apud Athenienses erant, ex quorum hominibus annos numerabant, ut Romani consulum. Nomen Græcum retinuit: non tamen Plinius, qui magistratum vertit. Sic lib. XXXIII. cap. 7. *Theophrastus nonaginta annis ante Praxibulum Atheniensium magistratum.* Pitharati autem magistratu mortuum esse Epicurum, etiam Laertius scribit. *Turnebus.* *Archonte Pitharato.*] Minime mirum sic loqui Ciceronem, quæ enim apud Græcos verba sunt usitata & quasi solennia, libenter iis uti solet Græcis, & Latinis ea literis scribere, ut lib. I. De Divin. *Nam & Athenienses*, inquit, *omnibus semper publicis consiliis divinos quosdam sacerdotes, quos mantes vocant, adhibuerunt.* In II. de Legg. *Ut vestri*, inquit, *Attici, priusquam Theseus eosdem migrare ex agris, & in astu, quod appellabatur, omnes se conferre jussit.* Sed nec solus Cicero sic loquitur; nam & Vellejus Patercul. in eo quod superest prioris voluminis fragmento, ubi, posteaquam ultimum Atheniensium regem Codrum fuisse dixit, sic deinde scribit: *Hujus filius Medon primus Archon Athenis fuit, ab hoc posteri apud Atticos dicti Medontidæ, sed hi, insequentesque Archontes usque ad Cheropem dum viverent eum honorem* usur-

neque tamen erant causæ fatales, cur ita accideret: sed quòd ita cecidisset, certe casurum, sicut cecidit, fuit.
20 Nec ii, qui dicunt immutabilia esse, quæ futura sint, nec posse verum futurum [n] convertere in falsum, fati necessitatem confirmant, sed verborum vim interpretantur. At, qui introducunt causarum seriem sempiternam, ii mentem hominis voluntate libera spoliatam, necessitate fati devinciunt.

n *ita MSS. & Vict. alii* converti.

X. Sed hæc hactenus. Alia videamus. concludit enim Chrysippus hoc modo, Si est motus sine causa, non omnis enuntiatio, quod ἀξίωμα dialectici appellant, aut vera, aut falsa erat. causas enim efficientes quod non habebit, id nec verum, nec falsum erit. omnis autem enuntiatio aut vera aut falsa est. motus ergo
21 sine causa nullus est. Quod si ita est, omnia, quæ fiunt, causis fiunt antegressis. id si ita est, omnia [o] fato fiunt. efficitur igitur, fato fieri, quæcumque fiant. Hìc primùm si mihi libeat assentiri Epicuro, & negare omnem enuntiationem aut veram esse, aut falsam: eam plagam potiùs accipiam, quàm fato omnia fieri comprobem. illa enim sententia aliquid habet disputationis, hæc verò non est tolerabilis. itaque contendit omnes nervos Chrysippus, ut persuadeat, omne ἀξίωμα aut verum esse, aut falsum. Ut enim Epicurus veretur, ne, si hoc concesserit, concedendum sit, fato fieri, quæcumque fiant: (si enim [p] alterutrum ex æternitate verum sit, esse id etiam certum: &, si certum, etiam necessarium: ita & necessitatem, & fatum confirmari putat) sic Chrysippus metuit, ne, si non obtinuerit, omne, quod enuntietur, aut verum esse, aut falsum; [47] non teneat, omnia fato fieri, & ex causis æternis rerum futurarum.

P. B.

o quæ fiunt fato fiunt *Davis. & MS.*

p alterum utrum *Victor.*

Sed

usurpabant. Archontem perpetuorum mihi esse videntur simillimi, quos nunc Veneti duces habent. *Achill. Statius.*

46. *Pytharatus.*] Ita scribendum: in argenteo enim Atheniensium Græco numismate ΠΥΘΑΡΑΤΟΣ Archon descriptus est. *Ursin.*

47. *Non teneat omnia fato fieri.*] Sic nunc edidi: nam olim aliter; nempe hoc modo: *aut verum aut falsum, omnia fato fieri non possint.* Cum enim libri omnes vulgati sic haberent, *aut verum aut falsum, omnia fato possint*; ego videns negationis particulam in hac lectione desiderari, ratione flagitante, eam addideram, itaque edideram: *Sic Chrysippus metuit, ne, si non obtineat, omne; quod*

Sed Epicurus declinatione atomi vitari fati necessita- 22 tem putat. Itaque tertius quidam motus oritur extra pondus & plagam, q cùm declinat atomus intervallo [48] minimo. [49] id appellat ἐλάχιστον. Quam declinationem sine causa fieri si minùs verbis, re cogitur confiteri. non enim atomus ab atomo pulsa declinat. nam qui potest pelli alia ab alia, si gravitate feruntur ad perpendiculum [50] corpora individua, rectis lineis, ut Epicuro placet? sequitur enim, ut, si alia ab alia numquam de-

q quo Lamb.

quod enuncietur, aut verum esse aut falsum, omnia fato fieri non possint; plana & Stoicis consentanea sententia. Sed nunc, ut dixi, sicut Pet. Victorius edidit, edendum existimavi: *sic Chrysippus metuit, ne, si non obtineat omne, quod enuncietur, aut verum esse aut falsum, non teneat*, id est, non obtineat, *omnia fato fieri, & ex caussis &c.* Nam, ut, quod sentio, libere dicam, hanc sinceram & veram lectionem esse puto; quod ut credam, eo facilius adducor, quòd in libris MSStis nullum comparet verbi *possint* vestigium; sed ita duntaxat scriptum est; *sic Chrysippus metuit, ne, si non obtineat, omne, quod enuncietur, aut verum aut falsum esse, omnia fato fieri, & ex caussis &c.* Omissum est scilicet à Scriptoribus Librariis hoc totum, *non teneat.* Lambin. *Non teneat, omnia fato fieri.*] Vulgg. *non teneat, omnia fato fieri possint.* Cum autem vox ultima solœcam reddat orationem, nec in Bal. aut Cantab. reperiatur, eam delevimus, Victorii Lambinique vestigiis insistentes. *Davis.*

48. *Minimo.*] Libro I. de Fin. c. 6. *Perpaulum, quo nihil posset fieri minus. Tantum quod nomen mutatum dicere possis.* Lucretius dixit. Ita, ut opinor, speravit se vitaturum reprehensionem Epicurus, si pusillam declinationem comminisceretur, & tanquam pro suo jure sumeret. Eaque causa fuit, cur ejus verbum poneret Cicero, & ut intelligeretur quid minimum intervallum diceret. *Turnebus.*

49. *Id appellat* ἐλάχιστον.] Sic minimum intervallum vocabant, inquit Cicero, quum, ut in primo de Fin. Idem ait, *perpaulum declinat atomus*; sive, ut Lucretius loquitur, *paulum inclinat*, quod ipsum idem Lucretius Latine *minimum* vocat, quamquam etiam ἐλάχιστα minuta illa individuaque corpuscula dicantur τὰ ἄτομα Epicuro, Empedocli τὰ θραύσματα. Heraclio τὰ ψημάτια. absolutè enim ab his omnibus dicebantur ἐλαχιστα. estque apud Plutarch. in primo Περὶ τῶν ἀρεσκ. τοῖς φιλ. caput περὶ ἐλαχίστων, in qua significatione *minimum* etiam dixit Lucretius:

Nec prorsum in rebus minimum consistere quidquam. Achill. Statius.

50. *Corpora individua*] Venit in mentem, hæc duo verba intrusa esse ab iis, qui glossis, ut nunc vocant, omnia referserunt. Quis enim non videt subaudiri *Atomos*, de quibus perspicue Cicero loquitur? *P. Manut.*

51. Ut

depellatur, ne contingat quidem alia aliam. ex quo efficitur, [51] etiam si sit atomus, eaque declinet, declinare sine causa.

P. CXLV. Hanc rationem Epicurus induxit ob eam rem, quòd
23 veritus est, ne, si semper atomus gravitate ferretur naturali ac necessaria, nihil liberum nobis esset, cùm ita moveretur animus, ut atomorum motu cogeretur. [52] Hinc Democritus auctor atomorum accipere maluit, necessitate omnia fieri, quàm à corporibus individuis naturales motus avellere.

XI. Acutiùs Carneades, qui docebat, posse Epicureos suam causam sine hac commenticia declinatione defendere. nam cùm doceret, esse posse quendam animi motum voluntarium, id fuit defendi melius, quàm introducere declinationem, cujus præsertim causam reperire non possunt. quo defenso, facilè Chrysippo possent resistere. Cùm enim concessissent, motum nullum esse sine causa, non concederent, omnia, quæ fierent, fieri causis antecedentibus. voluntatis enim nostræ non esse causas externas & antecedentes.

24 Communi [r] igitur consuetudine sermonis abutimur, cùm ita dicimus, velle aliquid quempiam aut nolle sine causa. ita enim dicimus, sine causa, ut dicamus, sine externa & antecedenti causa, non sine aliqua. Ut cùm vas inane dicimus, non ita loquimur, ut physici, quibus inane esse nihil placet: sed ita, ut, verbi causa, sine aqua, sine vino, sine oleo vas esse dicamus: sic,

r enim *MSS.* autem *Davis.*

51. *Ut jam si sit Atomus.*] Particula *si* quid hic habeat loci non intelligo. Quod si tollatur, fortasse nihil desiderabitur. P. *Manut.* *Etiamsi sit Atomus, eaque declinet, declinare eam sine caussa.*] Vulgg. *ut jam si sit Atomus, eaque declinet, declinare sine caussa*; nec orationem vitio laborare viderunt editores; si unum excipias Paulum Manutium: qui tamen incongrua medicina locum tentavit, licet cum eo faciat Ven. 1471. Nos in illo *Regium* nostrum ducem habemus, & *eam* suppeditarunt Cant. aliique codd. *Davis.*

52. *Hinc Democritus auctor atomorum.*] *Hic* vetus liber, à quo abest verbum *posset* in iis quæ sequuntur: *Acutius Carneades, qui docebat posse Epicureos suam causam sine hac commenticia declinatione defendere.* Ursin. Omittit *posse* & Ven. 1471. *Hinc Democritus auctor Atomorum.*] *Id*, non *hinc*, est in omnibus nostris; & ita dedit Lambinus. Non male quidem. Præferenda tamen videtur Ursiniani Codicis lectio, *hic Democritus*; & ita rescripserim. *Davis.*

53. Ha-

sic, cùm sine causa animum moveri dicimus, sine an-
tecedente & externa causa moveri, non omnino sine
causa, dicimus. De ipsa atomo dici potest, cùm per
inane moveatur gravitate & pondere, sine causa mo-
veri, quia nulla causa accedat extrinsecus.

Rursus autem, ne omnes à physicis irrideamur, si 25
dicamus, quidquam fieri sine causa, distinguendum est,
& ità dicendum, ipsius individui hanc esse naturam,
ut pondere & gravitate moveatur, eamque ipsam esse P. R.
causam, cur ita feratur. Similiter ad animorum motus
voluntarios, non est requirenda externa causa. motus
enim voluntarius eam naturam in se [s] ipse continet, ut [s] *alii ipsa.*
sit in nostra potestate, nobisque pareat: nec id sine
causa. ejus enim rei causa, ipsa natura est.

Quod cùm ita sit, quid est, cur non omnis pronun- 26
tiatio aut vera aut falsa sit, nisi concesserimus fato fie-
ri quæcumque fiant? quia futura vera, inquit, non
possunt esse ea, quæ causas, cur futura sint, non ha-
bent. 53 habeant igitur causas necesse est, ut ea, quæ
vera sunt, ita cùm evenerint, fato evenerint.

XII. CONFECTUM negotium, si quidem tibi con-
cedendum est, 54 aut fato omnia fieri: aut quidquam
posse fieri sine causa. An aliter hæc enuntiatio vera 27
esse non potest, Capiet Numantiam Scipio, nisi ex
æternitate [t] causa causam serens hoc [v] erit effectura? [t] causarum
An hoc falsum potuisset esse, si esset sexcentis sæculis series
antè dictum? &, si tum non esset vera hæc enuntia- *MSS.*
tio, Capiet Numantiam Scipio: 55 ne illa quidem ever- [v] erat *Lamb.*
sa

53. *Habeant — fato evenerint.*] Adeo perplexa est oratio, ut exitum vix invenias. Leg. *habeant igitur caussas, necesse est, ea quæ vera sunt: ita, cum evenerint, fato eveniunt*; prout Reg. & Cantab. diserte repræsentant, nisi quod in iis sit, *& ita.* Davis.

54. *Aut fato omnia fieri, aut quidquam &c.*] Lambinus amplius inserit, *omnia quæ caussas habeant cur fiant fieri, aut quidquam &c.* sed non addit è mss. ne an ex ingenio. nihil ejus profectò est in Pall. aut Gulielmianis, neque agnoscunt meliores ullæ edd. Aldi, Victorii, Turnebi. itaque valeat. *Gruter.*

55. *Ne illa quidem eversa. vera est hæc enunciatio, Cepit Numantiam Scipio:*] Quis non videt ita esse legendum? Vult enim ostendere Cicero, si hoc verum est de præterito, *cepit Numantium Scipio*; verum fuisse de futuro, *capiet Numantiam Scipio.* Si hoc non sit verum, ne illud quidem esse: quod absurdum dictu est. *Lamb.* *Ne illa quidem eversa vera est &c.*] Edidit istud Turnebus. inde sumpsit Lambinus, quamvis dissimulet. aliis exulabat *eversa*; pro
quo

sa vera est hæc enuntiatio, Capiet Numantiam Scipio. Potest igitur quidquam factum esse, quod non verum fuerit futurum esse. nam ut præterita ea vera dicimus, quorum superiore tempore [56] vera fuerint instantia: sic futura, quorum consequenti tempore vera erunt instantia, ea vera dicemus.

28 Nec si omne enuntiatum aut verum, aut falsum est, sequitur illico esse causas immutabiles, easque æternas, quæ prohibeant quidquam secus cadere, atque casurum sit. fortuitæ sunt causæ, quæ efficiant, ut verè dicantur, quæ ita dicentur, Veniet Cato in senatum, non inclusæ in rerum natura atque mundo. Et tamen tam est immutabile venturum, cùm est verum; quàm venisse: nec ob eam causam fatum, aut necessitas extimescenda est. Et enim erit confiteri necesse, [57] si hæc enuntiatio, Veniet in Tusculanum Hortensius, [58] vera non est, sequitur ut falsa sit. quorum isti neutrum volunt. quod fieri non potest. nec nos impediet illa ignava ratio, quæ dicitur. appellatur enim quidam à phi-

P. CXLVI.

quo in Pal. sec. *vera esset*, in Pith. *vera esse*. Lambinus deinde legit, *Cepit Numantiam:* sed sic nulla editio, nulla scripti. *Gruter.*

56. *Vera fuerint instantia: sic futura, quorum consequenti tempore vera erunt instantia.*] Si sit in hisce commoda σύνταξις, nihil equidem mutatum velim. Interea vero mihi fas sit cum Ven. 1471. reponere, *vera fuerit instantia: sic futura, quorum consequenti* (vel, ut Bal. noster, *subsequenti*) *tempore vera* erit *instantia*, *ea vera dicemus*. *Instantia* mihi videtur nomen substantivum, quod propinquitatem vel imminentiam denotat. Sic certe usus est Nigidius apud Agellium lib. IX. cap. 12. *Davis.*

57. *Si hæc enunciatio, veniet in Tusculanum Hortensius, vera non est, verum non esse in Tusculanum venturum Hortensium; si verum non est, sequitur.*] Sic hunc locum, qui in omnibus libris vulgatis erat lacer & mutilus, partim ope veterum Codicum, partim conjectura redintegravi, ac resarsi. *Lambin.*

58. *Verum non est, sequitur ut falsum sit.*] Haud aliter Aldus, Turnebus, Victorius, firmatque Pal. sec. neque abeunt alii nostri quàm quod ii *vera*, item *falsa*. at Lambinus ingentem verborum molem istis intermiscuit, proculdubio totam de suo, licet partem admittat. *Gruter.* *Vera non est, sequitur ut falsa sit.*] Vulgg. *verum non est, sequitur, ut falsum sit.* Nostri vero MSSti. lectionem, quam amplexi sumus, præ se ferunt. Insuper, quæ, quæso, in hisce verbis inest constructio, *erit confiteri necesse, sequitur?* Itaque Pet. Ramus legendum vidit, *sequi*. Recte quidem, nisi quod paullo propius ad receptam scripturam mallem, *sequitum, ut falsa sit.* Davis.

59. Ap-

philosophis [59] ἀργὸς λόγος, cui si pareamus, nihil [x] omnino agamus in vita. Sic enim interrogant: Si fatum tibi est, ex hoc morbo convalescere; sive medicum adhibueris, [60] sive non adhibueris, convalesces. Item, Si fatum tibi est, [61] ex hoc morbo non convalescere; sive tu medicum adhibueris, sive non adhibueris, non convalesces. & alterutrum fatum est. medicum ergo adhibere nihil attinet. 29

x est quod omn. edd. vett.

XIII. RECTE genus hoc interrogationis ignavum atque iners nominatum est, [62] quòd eadem ratione omnis è vita tolletur actio. Licet etiam immutare, ut fati nomen [y] ne adjungas, & eandem tamen teneas sententiam, hoc modo: Si ex æternitate verum hoc fuit, Ex isto morbo convalesces; sive adhibueris medicum, sive non, convalesces. Itemque, Si ex æternitate, hoc falsum fuit, Ex isto morbo non convalesces; sive adhibueris medicum, sive non adhibueris, non convalesces: deinde cetera.

y non multa edd.

Hæc ratio à Chrysippo reprehenditur. Quædam enim 30 sunt, inquit, in rebus simplicia, quædam copulata. Simplex est, Morietur eo die Socrates. Huic, sive quid fecerit, sive non fecerit, finitus est moriendi dies. At

59. Ἀργὸς λόγ☉.] Λόγ☉ Stoicis ratiocinatio est & syllogismus, ut ex Diogene Laertio perspici potest. Hæc ratio ignava dicitur: quia, si ei pareamus, nihil in vita agemus. His autem ratiocinationibus sic nomina imponebant ex re & argumento, λόγ☉ ἐγκαλυμμέν☉, λόγ☉ θερίζων, λόγ☉ ψευδόμεν☉. Ignavæ rationis sic meminit Plutarchus de Fato p. 574. Πέμπτον δὲ καὶ ἐπὶ πᾶσιν εὐχαὶ θεῶν καὶ θεραπεῖαι λεγέσθω· ἀργοὶ δὲ καὶ θερίζοντες λόγοι, καὶ ὁ παρὰ τὴν εἱμαρμένην ὀνομαζόμεν☉, σοφίσματα ὡς ἀληθῶς κατὰ τοῦτον τὸν λόγον τυγχάνει ὄντα. Attigit & Plato in Menone p. 17. Οὐκοῦν δεῖ πείθεσθαι τούτῳ ἐριστικῷ λόγῳ· οὗτ☉ μὲν γὰρ ἡμᾶς ἀργοὺς ποιήσειε. *Turnebus.*

60. *Non convalesces.*] Abest *non* ab antiquo, sententia etiam rejiciente. *Ursin.* *Sive non adhibueris.*] Ultimam vocem ex MSStis & Victor. hic, & paullo post bis, addidimus; præsertim cum huic additamento faveant Græci scriptoris verba. *Davis.*

61. *Ex isto morbo non convalesces.*] Deleta negante particula, legendum, *ex isto morbo convalesces*; vult enim Cicero, si falsum fuit eum convaliturum adhibito medico, nequaquam convalescet. Hoc olim vidit Pet. Ramus, & diserte firmant Ursin. Bal. Reg. & Ven. 1471. *Idem.*

62. *Quod eadem ratione omnis è vita tolletur actio.*] Aristoteles in libro περὶ ἑρμηνείας· ὥστε οὔτε βουλεύεσθαι δέοι ἄν, οὔτε πραγματεύεσθαι. *Ursin.*

At si ita fatum sit, Nascetur Oedipus Lajo: non poterit dici, sive fuerit Lajus cum muliere, sive non fuerit, copulata enim res est, & confatalis. sic enim appellat: quia ita fatum sit, & concubiturum [63] cum uxore Lajum, & ex ea Oedipum procreaturum, ut si esset dictum, Luctabitur Olympius Milo: & referret aliquis: Ergo, sive [z] habuerit adversarium, sive non [z] habuerit, luctabitur: erraret. est enim copulatum, Luctabitur, quia sine adversario nulla luctatio est. Omnes igitur istius generis captiones eodem modo refelluntur: Sive tu adhibueris medicum, sive non adhibueris, convalesces: captiosum. tam enim est fatale, medicum adhibere, quàm convalescere. hæc ut dixi, confatalia ille appellat.

P. B. z adhibuerit MSS.

31 XIV. Carneades hoc totum genus non probabat, & [a] nimis inconsideratè concludi hanc rationem putabat. itaque premebat alio modo, nec ullam adhibebat calumniam: cujus erat hæc conclusio. Si omnia antecedentibus causis fiunt, omnia naturali colligatione consertè contextéque fiunt. quod si ita est, omnia necessitas efficit. Id si verum est, nihil est in nostra potestate. est autem aliquid in nostra potestate. [b] At, si omnia fato fiunt, omnia causis antecedentibus fiunt. non igitur fato fiunt, quæcumque fiunt.

a minus conf. MS.

b alii ac.

32 [64] Hoc arctiùs adstringi ratio non potest. Nam si quis velit idem referre, atque ita dicere: Si omne futurum ex æternitate verum est, ut ita certè eveniat, quemadmodum sit futurum, omnia necesse est colligatione naturali consertè contextéque fieri: nihil dicat mul-

63. *Cum uxore.*] Jocasta, quam tamen Homerus Epicasten vocat. Responderat autem Apollo Lajo, ipsum interfectum iri ab eo quem procreasset. Oraculum est apud Euripidem,

Εἰ γὰρ τεκνώσεις παῖδ᾽ ἀποκτενεῖ σ᾽ ὁ φύς.

Turnebus. *Cum uxore.*] Versus, quem laudat Turnebus, est Euripidis in Phœn. ṽs. 19. Eum tamen instar Oraculi citant etiam Maximus Tyrius Diss. III. pag. 34. & Origenes in Celsum lib. II. pag. 73. Ipsius responsi verba suppeditabunt auctores Argumentorum Græcorum in Sophoclis Oedip. Tyrannum, & Euripidis Phœnissas. *Davis.*

64. *Hoc arctius astringi ratio non potest.*] Victorii editio sic habet, neque secus Pal. ille sec. cujus bonitatem cum expertus fuerim etiam in aliis Tullii libris, delevi vulgatum *hæc*, neque adhæsi Turnebiano, *Hoc arctius astringi ratione non potest*; quod id reperissem in Pal. tert. ac quarto, non nimium castis codicibus; utpote conjecturis librariorum sæpiculè violatis. *Gruter.*

65. Mar.

multùm enim differt, utrùm causa naturalis ex æternitate, futura vera efficiat, an etiam sine æternitate naturali, futura quæ sint, ea vera esse possint intelligi. Itaque dicebat Carneades, ne Apollinem quidem futura posse dicere, nisi ea, quorum causas natura ita contineret, ut ea fieri necesse esset.

Quid enim spectans deus ipse diceret, [65] Marcellum 33
eum, qui ter consul fuit, in mari esse periturum? erat quidem hoc verum ex æternitate, sed causas id efficientes non habebat. ita ne præterita quidem ea, quorum nulla signa, tamquam vestigia, exstarent, Apollini nota esse censebat: [66] quo minùs futura. causis enim efficientibus quamque rem cognitis, posse denique sciri, quid futurum esset. ergo nec de [c] Oedipode potuisse Apollinem prædicere, nullis in rerum natura causis præpositis, cur ab eo patrem interfici necesse esset: nec quidquam [d] hujusmodi.

P. CXLVII.

[c] ita MSS. alii Oedipo.

[d] ejusmodi Davis.

XV. QUOCIRCA si Stoicis, qui omnia fato fieri dicunt, consentaneum est hujusmodi oracula, ceteraque, quæ ad divinationem pertinent, comprobare: iis autem, qui, quæ futura sunt, ea vera esse ex æternitate dicunt, non idem dicendum est: vide, ne non eadem sit illorum causa, & Stoicorum. hi enim urgentur angustiùs; illorum ratio soluta ac libera est.

Quòd si concedatur, nihil posse evenire, nisi causa 34
antecedente: quid proficiatur, si ea causa non ex æternis causis apta [e] dicatur? causa autem ea est, quæ id efficit, cujus est causa; ut vulnus, mortis; cruditas, morbi; ignis, ardoris. Itaque non sic causa intelligi debet, ut, quod cuique antecedat, id ei causa sit, sed quod cuique efficienter antecedat: nec, quòd in campum descenderim, id fuisse causæ, cur pilâ luderem: nec

[e] ita MS. alii ducatur.

65. *Marcellum eum.*] Cicero de Divinatione lib. II. cap. 5. *Ut si quis M. Marcellum illum, qui ter consul fuit, multis annis ante dixisset naufragio esse periturum, divinasset profecto.* Et in Pisonem, *M. Marcellus, qui ter consul fuit, summa virtute, pietate, gloria militari, periit in mari.*] Fuit autem, ut *Asconius* ait, nepos illius Marcelli, qui Syracusas cepit. Is naufragio ad Africam periit paulo ante tertium Punicum bellum. *Turnebus.*

66. *Quo minus futura.*] Reg. & Cantab. habent *quanto minus.* Hæc sane magis est usitata loquendi ratio; recta tamen, licet paullo rarior, est & altera. Vide modo Livium lib. v. cap. 15. *Davis.*

nec Hecubam, causam interitûs fuisse Trojanis, Alexandrum genuerit: nec Tyndareum Agamen quòd Clytæmnestram. hoc enim modo viator c bene vestitus causa grassatori fuisse [f] dicetur, cur spoliaretur.

f dicitur *Victor.* diceretur *alii & Davis.*

35 Ex hoc genere illud est Ennii,

Utinam ne in nemore Pelio securibus
Cæsa, [g] cecidisset abjegna ad terram trabes!

g *accidisset* MSS.

Licuit vel altiùs, Utinam ne in Pelio nata ulla un esset arbor! etiam suprà, Utinam ne esset mon Pelius! similiterque superiora repetentem regredi tè licet.

P. B. *Neve* [67] *inde navis inchoanda exordium*
Cœpisset.

Quorsum hæc præterita? quia sequitur illud,

Nam numquam hera errans mea, domo effer dem,
Medea, animo [h] *ægro, amore sævo saucia,*

h *ægra* alii.

non ut eæ res causam afferrent amoris.

36 XVI. Interesse autem ajunt, utrùm eju quid sit, sine quo aliquid effici non possit, an ej di, [i] quo aliquid effici necesse sit. Nulla igitur est causa, [68] quoniam nulla eam rem sua vi effici jus dicitur causa: nec id, sine quo quippiam nc causa est: sed id, quod cùm accessit, id, cujus est, [k] efficit necessariò. nondum enim ulcerato f tis morsu Philoctеta, quæ causa in rerum natura nebatur, fore, ut is in insula Lemno [l] linque post autem causa fuit propior, & cum exitu junct

i cum quo di *alii.*

k efficitur *MSS.*

l relinqueretur *alii.*

37 Ratio igitur eventus aperit causam. sed ex æte te vera fuit hæc enuntiatio: [69] Relinquetur in Philoctetes: nec hoc ex vero in falsum poterat converti.

m *ita Davis. alii.*

67. *Inde navis inchoanda exordium Cæp.*] Pall. tres. Pith. *inchoandi.* quod probabat Gulielmius; atque si *navis* por accusandi casu ἀρχαΐσμῷ. supra etiam erat in Fabr. & Pith. *acc abiegna &c.* adeo ut videatur revocandum, *accidisset.* Grute

68. *Quia nulla eam rem suavi &c.*] Haud aliter tres Pall. bricianus. nam Vict. & Turn. *earum rerum sua vi.* vulgg. *rem &c.* Idem.

69. *Relinquetur in insula Phil.*] Aliæ edd. *insula Lemn* id vocis abest & Pall. tribus & Pithœano, neque admisit Idem.

vertere. necesse est enim in rebus contrariis duabus (contraria autem hoc loco ea dico, quorum alterum ait quid, alterum negat) ex his igitur necesse est, invito Epicuro, alterum verum esse, alterum falsum: ut, Sauciabitur [n] Philoctеta, omnibus antè sæculis verum fuit: Non sauciabitur, falsum. Nisi fortè volumus Epicureorum opinionem sequi, qui tales enuntiationes nec veras, nec falsas esse dicunt: aut, cùm id pudet, illud tamen dicunt, quod est impudentius, veras esse ex contrariis disjunctiones: sed quæ in his enuntiata essent, eorum neutrum esse verum.

n Philoctetes *alii*.

38 O admirabilem licentiam, & miserabilem [o] inscientiam disserendi! Si enim aliquid in [p] loquendo nec verum, nec falsum est, certè id verum non est. quod autem verum non est, quî potest non falsum esse? aut quod falsum non est, quî potest non verum esse? [70] Tenebitur ergo id, quod à Chrysippo defenditur; Omnem enuntiationem aut veram, aut falsam esse, ratio ipsa coget, & ex æternitate quædam vera esse, & ea non esse nexa causis æternis, & à fati necessitate esse libera.

o *alii* inscitiam.
p eloquendo *Davis*.
P. CXLVIII.

39 XVII. AC MIHI quidem videtur, cùm duæ sententiæ fuissent veterum philosophorum, una eorum, qui censerent omnia ita fato fieri, ut id fatum vim necessitatis afferret, in qua sententia [71] Democritus, Heraclitus,

70. *Tenebitur id.*] Fabricianus, *Tenebitur ergo id*, non otiosè. nisi malimus *igitur*, quod erat in Pithœano. nam Pall. nihil abibant à vulgatis. *Gruter*. Majus erat, si edidisset causam, cur legerit *ratio ipsa cogitet*, & non *coget*; quod est apud Victorium, Juntam, Hervag. Gryphium. & sequi debui. *Gronov*. Davisius in codd. Reg. & Cant. etiam reperit *ergo*, quod ideo diutius hinc exulare non sum passus.

71. *Democritus*, *Heraclitus*, *Empedocles*, *Aristoteles*.] In Acroamaticis semper fatum oppugnat Aristoteles, & ejus interpres Alexander: sed in Exotericis, ut opinor, etiam fatum posuerat, velut in libro de mundo, cap. 7. pag. 378. Οἶμαι δὲ καὶ τὴν ἀνάγκην οὐκ ἄλλο τι λέγεσθαι, πλὴν τοῦτον, οἱονεὶ ἀκίνητον οὐσίαν ὄντα· εἱμαρμένην δὲ διὰ τὸ εἴρειν τε καὶ χωρεῖν ἀκωλύτως· πεπρωμένην δὲ καὶ διὰ τὸ πεπερατῶσθαι πάντα, καὶ μηδὲν ἐν τοῖς οὖσιν ἄπειρον εἶναι, & cætera. Eam enim Peripateticorum & Academicorum, qui iidem erant, sententiam fuisse, sic in Academicis scribit, *Quam interdum eandem necessitatem appellant, quia nihil aliter possit, atque ab ea constitutum sit, evenire, quasi fatalem & immutabilem continuationem ordinis semipiterni: non-*

clitus, Empedocles, Aristoteles fuit: altera eorum, quibus viderentur sine ullo fato esse animorum motus voluntarii: Chrysippus, tamquam 72 arbiter honorarius, 73 medium ferire voluisse: sed applicat se ad eos potiùs, qui 74 necessitate motus animos liberatos volunt. Dum autem 75 verbis utitur suis, delabitur in eas difficultates, ut necessitatem fati confirmet invitus.

At-

nunquam quidem eam fortunam, quod efficiat multa improvisa hæc nec opinata nobis propter obscuritatem ignorationemque causarum. lib. I. cap. 7. *Turnebus.* *Democritus, Heraclitus, Empedocles, Aristoteles.*] De Democrito quidem, Heraclito & Empedocle res constat. Vide Plutarchum de Plac. Philos. lib. I. cap. 25, 26, 27. Quin & Aristotelem τῇ τῆς εἱμαρμένης ἀνάγκῃ παραδεδωκέναι τὴν τῶν μετὰ Σελήνην ἐπιτροπείαν tradit Theodoretus Therap. VI. pag. 86. Attamen ἡγεῖται Ἀριστοτέλης οὐ πάντα καθ' εἱμαρμένην παραγίνεσθαι, ἀλλά τι καὶ ἐπὶ τοῖς ἀνθρώποις εἶναι, ὧν ὑπάρχειν μὲν τὸ ἑκούσιον, ut docet auctor vitæ Homericæ, inter Opuscula Galeana. pag. 336. *Davis.*

72. *Arbiter honorarius.*] Is est quem litigantes honoris causa delegerunt disceptatorem controversiæ suæ, æque ac ab honore prætoris jus prætorium honorarium dicitur. Sic Cicero in Tuscul. V. 41. *Quorum controversiam solebat tanquam honorarius arbiter judicare Carneades.* Sic pro Cæcinna *honorariam & domesticam amici operam* arbitrium appellat. *Turnebus.*

73. *Medium ferire voluisse.*] Est à Victorio, qui consulatur lib. I. Var. Lect. cap. 18. Pal. sec. *medium ferre voluisse.* tert. quart. *medium ferre voluit se.* vulgata, *medium se ferre voluisse.* Gruter.

74. *Necessitate motus animos liberatos.*] Hæc non tentarunt viri docti, quod vocem *motus* in gignendi casu positam esse censuerunt. Sed ea σύνταξις absurdum nulloque modo verum parit sensum. Omnino legendum, *motus animi*, prout vidit etiam Mer. Casaubonus ad Antonini lib. III. §. 4. vel *animorum*; quemadmodum paullo ante *motus animorum voluntarios* dixit. *Davis.*

75. *Verbis utitur suis.*] Quibus uti solet de vi & potestate fati disserens. Nam vicissim tantam ei tribuit necessitatem, ut æstuans & laborans retinere vix possit animi libertatem. Ita se induit & implicat. Id ex Plutarcho intelligi potest, qui ita scribit: Ὁ δὲ λέγων, ὅτι Χρύσιππος οὐκ αὐτοτελῆ τούτων αἰτίαν, ἀλλὰ προκαταρκτικὴν μόνον ἐποιεῖτο τὴν εἱμαρμένην, ἐκεῖ πάλιν αὐτὸν ἀποδείξει μαχόμενον πρὸς αὐτὸν, ὅπου τὸν μὲν Ὅμηρον ὑπερφυῶς ἐπαινεῖ περὶ τοῦ Διὸς λέγοντα,

Τῷ ἔχετ', ὅττι κεν ὔμμι κακὸν πέμπῃσιν ἑκάστῳ
Ἢ ἀγαθόν. καὶ τὸν Εὐριπίδην,
Ὦ Ζεῦ, τί δῆτα τοὺς ταλαιπώρους βροτοὺς
Φρονεῖν λέγοιμ' ἄν; σοῦ γὰρ ἐξηρτήμεθα,
Δρῶμέν τε τοιάδ', ἃ σὺ τυγχάνεις φρονῶν.

Αὐτὸς δὲ πολλὰ τούτοις ὁμολογούμενα γράφει. τέλος δὲ, φησὶ μη-

δὲ

Atque hoc, si placet, quale sit videamus in assensio- 40
nibus, quas prima oratione tractavi. eas enim veteres
illi, quibus omnia fato fieri videbantur, vi effici, &
necessitate dicebant. qui autem ab his dissentiebant,
fato assensiones liberabant, negabantque fato assensio-
nibus adhibito, necessitatem ab his posse removeri:
iique ita disserebant. Si omnia fato fiunt, omnia fiunt
causa antecedente: &, si appetitus; illa etiam, quæ
appetitum sequuntur. ergo etiam assensiones. At,
si causa appetitus non est sita in nobis, ne ipse quidem
appetitus est in nostra potestate. Quod si ita est, ne
illa quidem, quæ appetitu efficiuntur, sunt sita in nobis.
non sunt igitur neque assensiones, neque actiones in
nostra potestate. ex quo efficitur, ut nec laudationes q neque
justæ sint, q nec vituperationes, nec honores, nec alii.
supplicia. Quod cùm vitiosum sit, probabiliter conclu- P. B.
di putant, non omnia fato fieri, r quæcumque fiant. r quæcunque fiant delet Gul.

XVIII. CHRYSIPPUS autem cùm & necessitatem
s improbaret, & nihil vellet sine præpositis caussis eve- 41 s impro-
nire, caussarum genera distinguit, ut & necessitatem bare edd.
effugiat, & retineat fatum. Caussarum enim, inquit, vett.
aliæ sunt perfectæ & principales: aliæ adjuvantes &
proximæ. Quamobrem cùm dicimus, omnia fato fieri
caussis antecedentibus, non hoc intelligi volumus, cau-
ssis perfectis & principalibus, sed 76 caussis adjuvantibus,
antecedentibus & proximis. Itaque illi rationi, quam
paullò antè conclusi, sic occurrit, Si omnia fato fiant,
sequi illud quidem, ut omnia caussis fiant antepositis;
verùm non principalibus & perfectis, sed adjuvanti-
bus & proximis. quæ si ipsæ non sint in nostra po-
testate, non sequitur, ut ne appetitus quidem sit in
nostra potestate. at hoc sequeretur, si omnia perfectis
& principalibus caussis fieri diceremus, ut cùm hæ cau-
ssæ non essent in nostra potestate, ne ille quidem esset
in nostra potestate.

Quamobrem qui ita fatum introducunt, ut necessita- 42
tem

δὲ ἴσχεσθαι, μηδὲ κινεῖσθαι μηδὲ τοὐλάχιστον ἄλλως ἢ κατὰ τὸν τοῦ Διὸς λόγον, ὃν τῇ εἱμαρμένῃ τὸν αὐτὸν εἶναι. *Turnebus.*

76. *Caussis adjuvantibus, antecedentibus, & proximis.*] Rescribendum puto, *caussis adjuvantibus & proximis*, deleta voce *antecedentibus*, quæ, si non prorsus est importuna certe parum videtur necessaria. *Davis.*

tem adjungant, in eos valebit illa conclusio. qui autem causas antecedentes non [t] dicent perfectas, neque principales, in eos nihil valebit. quod enim dicantur assensiones fieri causis antepositis, id quale sit, facilè à se explicari putant. nam quamquam assensio non possit fieri nisi commota viso: tamen cùm id visum proximam causam habeat, non principalem, hanc habet rationem (ut Chrysippus vult) quam dudum diximus, non ut illa quidem fieri possit nulla vi extrinsecus excitata, (necesse est enim assensionem viso commoveri) [77] sed revertitur ad cylindrum, & ad turbinem suum, quæ moveri incipere, nisi pulsa, non possunt: id autem cùm accidit, suapte natura, quod superest, & cylindrum volvi, & versari turbinem [v] putant.

t dicunt *Lamb.*

P. CXLIX.

v putat *alii.*

43 XIX. Ut igitur, inquit, qui protrusit cylindrum, dedit ei principium motionis, volubilitatem autem non dedit: sic visum objectum imprimet illud quidem, & quasi signabit in animo suam speciem, sed assensio nostra erit in potestate: eaque, quemadmodum in cylindro dictum est, extrinsecus pulsa, quod reliquum est, suapte vi & natura movebitur. Quòd si aliqua res efficeretur sine causa antecedente, falsum esset, omnia fato fieri: sin omnibus, quæcumque fiunt, verisimile est causam antecedere; quid afferri poterit, cur non omnia fato fieri fatendum sit? modò intelligatur, quæ sit causarum distinctio ac dissimilitudo.

44 Hæc cùm ita sint à Chrysippo explicata, si illi, qui negant assensiones fato fieri, fateantur tamen [78] eas sine viso antecedente fieri; alia ratio est. sed si concedunt an-

77. *Sed revertitur.*] Gellius lib. VI. cap. 2. istam Chrysippi sententiam explicat & laudat. Alexander in libro de Fato damnare videtur: *'Αλλὰ ἀφωρισμένως ἕκαστον πράττειν ὧν πράττομεν, παραπλησίως τῷ θερμαίνοντι πυρὶ, καὶ τῷ λίθῳ τῷ καταφερομένῳ, καὶ κατὰ τοῦ πρανοῦς κυκλισμένῳ κυλίνδρῳ.* Sententia est, Ut cylindrus ab impulsione externa principium motus habet, reliquum à sua mobilitate: sic in approbationibus principium est ab objecta extrinsecus specie, reliquum ab animi libero motu. *Turnebus.*

78. *Eas sine viso antecedente fieri.*] Vulgg. immissa particula negante, dant, *eas* non *sine viso antecedente fieri*; & ab ea quidem lectione stant nostri Codices. Hoc tamen non impedivit, quo minus istam negationem, cum Lambino, deleverimus, siquidem mens auctoris id omnino flagitat. Alioquin enim hæc sententia ab eorum opinione non erit diversa, qui *concedunt anteire visa*

anteire visa, nec tamen fato fieri assensiones, quòd proxima illa & continens causa non moveat assensionem: vide, ne idem dicant. neque enim Chrysippus concedens, assensionis proximam & continentem caussam esse in viso positam, x neque eam causam ad assentiendum necessariam esse, concedet, ut, si omnia fato fiant, omnia fiant caussis antecedentibus & necessariis: y itemque illi, qui ab hoc dissentiunt, confitentes non fieri assensiones sine præcursione visorum, dicent, si omnia fato fierent ejusmodi, ut nihil fieret, nisi prægressione causæ, confitendum esse fato fieri omnia: ex quo facile intellectu est, quoniam utrique, patefacta atque explicata sententia sua, ad eundem exitum veniant, verbis eos, non re dissidere.

x neque delent Turneb. Lamb. & Davis.

y neque Lamb.

P. B.

45 Omninoque cùm hæc sit distinctio, ut quibusdam in rebus verè dici possit, cùm hæ causæ antegressæ sint, non esse in nostra potestate, quin illa eveniant, quorum causæ fuerint. quibusdam autem in rebus, causis antegressis, in nostra tamen esse potestate, ut aliud aliter eveniat; hanc distinctionem utrique approbant: sed alteri censent, z quibus in rebus cùm causæ antecesserint, 79 ita, ut non sit in nostra potestate, ut aliter illa eveniant, illas fato fieri: quæ autem in nostra potestate sint, 80 ab his fatum abesse. * * *

z quibus reb. caussa conj. Lamb.

46 XX. HOC MODO hanc causam disceptari oportet, non

visa, nec tamen fato fieri assensiones; adeoque deliravit Tullius, & ratiocinandi fuit imperitus; quod de viro omnium seculorum maximo nefas est vel suspicari. *Davis.*

79. *Ita ut non sit in nostra potestate.*] Duas priores voculas omittunt Eliens. & Victor. Locum igitur sic lege: *Quibus in rebus, cum caussa antecesserint, non sit in nostra potestate, ut aliter illa eveniant, illas fato fieri.* Res est clara. Lambinus vero rescribendum conjecit, *quibus in rebus caussa antecesserint, ita ut non sit in nostra potestate.* Sed melior est nostra ratio, quæ MSStis Codicibus nititur. *Davis.*

80. *Ab his fatum abesse.*] Quis non videt hic deesse alterum membrum, nempe tale quiddam: *alteri, sive hæ sive illæ caussæ antecesserint; à rebus fatum abesse.* Lambin. *Ab his fatum abesse.*] Lambinus post hæc asteriscum posuit, tanquam aliquid necessariò abesset. Carrioque libro I. Emendationum cap. 13. heic quoddem fragmentum reponere conatur, sed avi non fausta. ipsa videatur. *Gruter.* Deesse aliquid notavit Regii Codicis Librarius, & manifesta sane est lacuna, cujus nos asteriscis indicium fecimus. *Davis.*

a aliam enim quand. edd. b qua decl. Davis. c declinant tribus bis locis Lamb.

non ab atomis errantibus, & de via declinantibus præsidium petere. Declinat, inquit, atomus. Primùm cur? [a] aliam quandam vim motus habebunt à Democrito impulsionis, quam plagam ille appellat: à te, Epicure, gravitatis & ponderis. Quæ ergo nova causa in natura est, [b] quæ declinet atomum? aut num sortiuntur inter se, quæ declinet, quæ non? aut cur minimo [c] declinent intervallo, majore non? aut cur declinent uno minimo, non declinent duobus, aut tribus? optare hoc quidem est, non disputare.

47 Nam neque extrinsecus impulsam atomum loco moveri & declinare dicis: neque in illo inani, per quod feratur atomus, quidquam fuisse causæ, cur ea non è regione ferretur: nec in ipsa atomo mutationis aliquid factum est, quamobrem naturalem sui ponderis motum non teneret. Ita cùm attulisset nullam causam, quæ istam declinationem efficeret: tamen aliquid sibi dicere videtur; cùm id dicat, quod omnium mentes aspernentur ac respuant.

P. Cl.

d deorsum fer. Lamb. e deorsum necesse Idem. f tributum esse nat. Idem.

48 Nec verò quisquàm magis confirmare mihi videtur non modò fatum, verùm etiam necessitatem & vim omnium rerum, sustulisseque motus animi voluntarios, quàm hic, qui aliter obsistere fato fatetur se non potuisse, nisi ad has commenticias declinationes confugisset. nam, ut essent atomi, quas quidem esse, mihi probari nullo modo potest: tamen declinationes istæ numquam explicarentur. nam si atomis, ut gravitate [d] ferantur, tributum est necessitate naturæ, quòd omne pondus nulla re impediente moveatur & feratur [e] necesse est: illud quoque necesse est, declinare quibusdam atomis, vel, si volunt, [81] omnibus [f] naturaliter.

Multa desunt.

81. *Omnibus naturaliter* ***.] In fine, non minus ac in reliquis partibus, mancus & mutilus est hicce liber. Ex eo tamen fragmenta quædam tenuia servarunt Agellius N. A. lib. VI. cap. 2. & Macrobius Saturn. lib. II. cap. 12. quos vide. *Davis.*

M. TUL-

M. TULLII CICERONIS P. CLVII

[1]DE

LEGIBUS,

LIBER PRIMUS.

ATTICUS.

[2] LUcus quidem ille, & hæc [a]Arpinatium quercus agnoſcitur, ſæpe à me lectus [3]in Mario. Si manet illa quercus, hæc eſt profectò. etenim eſt ſanè vetus. QUINTUS. Manet verò, Attice noſter, & ſemper manebit. ſa-a eſt enim ingenio. Nullius autem agricolæ cultu ſtirps 1

a Arpinatum *alii*.

1. DE LEGIBUS.] Libros de Legibus dici non poteſt quàm aceros & corruptos habeamus: nec tamen deſtiti, veteribus quiusdam codicibus comparatis, videre an poſſem aliquibus illoum vulneribus meo labore & diligentiâ mederi: quid præſtiterim, ruditiores judicabunt. non enim mihi videor penitus omnem peram perdidiſſe, neque etiam multum (ut verum fatear) perfeiſſe. quædam eorum, quæ mihi viſus ſum correxiſſe nunc recenebo: nonnulla ut certa & plana omittam. *Victor*.

2. *Lucus quidem.*] Videtur deeſſe procemium. procœmiis enim ſe Ariſtotelis inſtituto, qui in ἐξωτερικοῖς præfari ſolebat, uti conueviſſe in epiſtolis ad Atticum declarat. Atticus autem ſermoem orditur, cum agnoſcens lucum, eamque quercum, quem n Mario Cicero deſcripſerat. Tum enim primum in Arpinatem grum venerat, ut ex lib. II. facile conjici poteſt. *Equidem, qui unc potiſſimum huc venerim ſatiari non queo.* Lucus longinquior rat, quercus propinquior: hæc in agro Arpinati, ille fortaſſe xtra territorium Arpinatium. Solebant autem priſco ritu rura & municipia, ut credo, præcellentem aliquam arborem diis dicare, otiſſimumque quercum, eamque ſpoliis interdum ex exuviis oſtium ornare; qualis hæc Arpinatium, ut opinor, fuit. Ad am conſuetudinem reſpexit Lucanus ita ſcribens:

Quam

stirps tam diuturna, quàm poëtæ versu seminari potest. Att. Quo tandem modo, Quinte? aut quale est istuc, quod poëtæ serunt? mihi enim videris, fratrem laudando, suffragari tibi.

2 Q. Sit ita sanè. Verùm tamen, dum Latinè loquentur litteræ, quercus huic [b] loco non deerit, quæ Mariana [c] dicatur: eaque, ut ait [d] Scævola de fratris mei Mario,

Canescet sæclis innumerabilibus.

Nisi fortè Athenæ tuæ sempiternam in arce oleam tenere potuerunt, aut, quòd Homericus Ulysses Deli se proceram & teneram palmam vidisse dixit, hodie monstrant eandem: multaque alia multis locis diutiùs commemoratione manent, quàm natura stare potuerunt. Quare glandifera illa quercus, ex qua olim evolavit

Nuntia fulva Jovis, mirandâ visa figurâ,

nunc sit hæc. sed cùm eam tempestas [e] vetustasve consumpserit, tamen erit his in locis quercus, [4] quam Marianam quercum vocent.

3 Att. Non dubito id quidem: sed hoc jam non ex te, Quinte, quæro, verùm ex ipso poëta, tuine versus hanc quercum severint, an ita factum de Mario, ut [f] scribis, acceperis. MARCUS. Respondebo tibi equidem, sed non antè, quàm mihi tu ipse responderis, Attice. [5] certe, non longè à tuis ædibus inambulans, post excessum suum Romulus Proculo Julio dixerit, se deum esse, & Quirinum vocari, templumque sibi dedicari in eo loco jusserit: [6] & Athenis non longe item à tua

b luco alii.
c dicitur MS.
d Scævula Lamb.
e accessiusve MS.
P. B.
f scriptis asseris MSS.

Qualis frugifero quercus sublimis in agro
Exuvias veteres populi, sacrataque gestans
Dona ducum. Turnebus.

3. *In Mario.*] Marius Ciceronis poëma, quo res a Mario, municipe suo, gestas explicarat ad gloriam suæ germanæ patriæ. *Idem.*

4. *Quam Marianam quercum vocent.*] In libro manuscripto deest vox *quercum*, quæ mihi abundare omnino videtur. *Ursin.*

5. *Certe non longe à tuis ædibus.*] Vera scriptura *certén' non longe*, id est *certéne.* Camerarius. *Certè non longe &c.* Lambinus paullo melius. In manuscripto optime *certè num longè &c.* infra desunt in manuscripto *verum ne sit.* Ursin.

6. *Et Athenis, non longè item à tua &c.*] Ita Aldi editio vetus, junioris enim, *& verum ne sit Athenis, non &c.* quomodo & Victoriana;

tua illa antiqua domo, Orithyjam 7 Aquilo sustulerit: sic enim est traditum.

Att. Quorsum tandem, aut cur ista quæris? M. Ni- 4
hil sanè, nisi ne 8 nimis diligenter anquiras in ea, quæ isto modo memoriæ sint prodita. Att. Atqui multa quæruntur in Mario, fictane, an vera sint: & à nonnullis, quòd & in recenti memoria, & in Arpinati homine, 9 vel severitas à te postulatur. M. 10 Et me, her-

riana; accessitque proximè Pal: tert. in quo; *& verumne sit an is non longe &c.* nam quartus; *jussit. ne sit alius non longe.* cui quarto deinceps magis fere attendendum, quàm tertio; quamvis alioquin sit non magnæ rei. quippe tertius idem est, quem superioribus aliquot libris citavi laude cum exigua. ac quartus iste nihil habet nisi libros hos de Legibus, sed scriptura antiquiore; quanquam papyraceus. Erat in Gulielmii Fabr. τῷ νεωταλαίῳ, ut ipsemet vocat, *& verum ne sit ati is.* in S. Victoris & Pithœano. *& verum ne sit Athenis.* Gruter.

7. *Aquilo sustulerit.*] *Boreas*, inquit Sophoclis interpres, *Affinitatem cum Atheniensibus pinxit, rapta Orithyia Erechthei filia, ex qua Zeten & Calain & Cleopatram sustulit.* Eam ad Ilissum raptam scribit Pausanias ludentem, & propter illam affinitatem Boream Atheniensibus bello Medico opem tulisse, multasque triremes Barbarorum mersisse mare. Dionysius quoque his versibus:

Οὗ διὰ Θεσπεσίη φέρεται ῥόος Ἰλίσσοιο
Ἔνθεν καὶ Βορέης ποτ' ἀνήρπασεν Ὠρείθυιαν.

Eustathius Boream regem fuisse Thraciæ dicit, quem poëtæ esse ventum fabulati sunt. *Turnebus.*

8. *Nimis diligenter anquiras.*] Ita Turnebi mss. repræsentaratque antea editio Victorii. vulgata, *inquiras.* Pal. quart. nihil illius verbi habet; & quàm magis examino, tam id minus heic requiritur. bellè subaudiatur. *Gruter.*

9. *Vel re, veritas à te postulatur.*] Sic legendum potiùs quàm, *vel severitas:* quamvis in quibusdam libris man. reperiatur. nam refellit hanc scripturam id quod respondet Marcus: *faciunt imperitè, qui in isto periculo, non ut à poëta, sed ut à teste veritatem exigant.* Verumtamen ne quid dissimulem, puto hîc aliquid deesse. movet mihi hujus rei suspicionem vetus scriptura, *vel severitas:* quam putò natam ex, *sed veritas*, ut quiddam tale ab Attico dictum esse credibile sit: *& à nonnullis, quòd & in recenti memoria, & in Arpinati homine hoc omne confictum esse existimetur. Ac poëtis quidem quidvis confingere licere fatentur: sed veritas à te postulatur.* Lambin. *Vel severitas à te postulatur.*] Non aliter Pal. quart. & Turnebianus, & S. Victoris; neque nimium abit aut Pithœanus, aut Fabricianus. vulgata prius lectio, *sed veritas à te postulatur.* quæ ferenda non est; cùm præcesserit, *ficta.* ad eam enim vocem est responsio Ciceronis, non ad *veritatem*, ut Turnebus aliique arbitrantur. Allusitque fortè ad illud Terentii:

Tristis severitas inest in vultu, atque in verbis fides. Gruter.

10. Et

hercule, ego cupio non mendacem putari: [11] sed tamen nonnulli isti, Tite, faciunt imperitè; [12] qui in isto periculo [13] non ut à poëta, sed ut à teste, veritatem exigant. nec dubito, quin iidem, & cum Egeria collocutum Numam, & ab aquila Tarquinio [14] apicem impositum putent. Q. Intelligo, te, frater, alias in historia leges observandas putare, alias in poemate. M.
5 [15] Quippe cùm in illa ad veritatem, Quinte, referantur;

10. *Et, mehercule ego cupio &c.*] Ita Pall. noster. Victorius transposuit pronomen: *Et hercule ego me cupio.* publicata passim, *& mehercule ego me cupio.* Gruter.

11. *Sed tamen isti Tite noster.*] Abest à veteribus libris vox *isti*, quam arbitror omnino delendam. *Ursin.*

12. *Qui in isto periculo.*] Sic omnes libri veteres habent: *in isto periculo* (inquam) non *in isto opusculo*: & ita legendum, *periculum* autem hoc loco significat id quod fit ab artifice tantùm experiendi & periclitandi ingenii gratia, seu quod primo ab artifice excogitatur & efficitur, ut postea expoliatur, & accuratius absolvatur, seu judicem. exstat titulus libro VII. codicis Justin. *de sententiis ex periculo recitandis*: ubi vulgò legitur, *ex breviculo*, planè mendosè. *Lambin.* *Qui in isto periculo.*] Non potui recedere à scriptura librorum nostrorum quinque. nam & Victorius, quantus vir? contra antiquos proculdubio suos, adhæsit vulgato, *isto opusculo.* de nostro, variè litigant Cujacius lib. V. Observat. cap. 25. & Hotomanus lib. III. Observat. cap. 20. qui consulantur. *Gruter.* Merebatur in hoc consessu etiam sententiæ dicendæ locum Jos. Scaliger, in Ausonianis lectionibus hoc tangens lib. I. cap. 3. *Grönov.*

13. *Non ut à poeta, sed ut à teste veritatem exigant.*] Hotomannus locum variè corrigit. mihi sufficit indicasse, reperiri in Pal. quarto; *ut à teste examinant.* quomodo item fuit in Fabriciano, sed is item admiserat vocem, *veritatem.* si quis asseverarit, illud *veritatem exigant*, esse ab interprete, ei facilè accesserim. *Gruter.*

14. *Apicem.*] Pileum Livius scribit: atque hic apex est pileus altus in figuram metæ fastigiatus, quam Græci κυρβασίαν appellabant. Dionysius: Καὶ τοὺς καλουμένους ἄπικας ἐπικείμενοι ταῖς κεφαλαῖς, πίλους ὑψηλοὺς, εἰς σχῆμα συναγομένους κωνοειδὲς, οὓς Ἕλληνες προσαγορεύουσι κυρβασίας. Apicis etiam meminit Festus sic: *Offendices esse ait Titius nodos, quibus apex retineatur & remittatur.* Apex etiam summitas est pilei: proprie in summo flaminis pileo virga lanata: quod cum Albæ primus ferre instituisset Ascanius alludens Virgilius scripsit:

Ecce levis summo de vertice visus Iuli
Fundere lumen apex.

Nomen autem habet ab *apere*, quod est comprehendere. *Turneb.*

15. *Quippe cum illa ad veritatem quæque ref.*] Veneti ita: *Quippe cum in illa ad veritatem Quinti referantur in hoc ad del.* ut sit ratio subjecta ejus quod Quintus dixisset. Sed tum præscribendum

tur, in hoc ad delectationem pleraque. quamquam & apud Herodotum, patrem historiæ, & apud Theopompum sunt innumerabiles fabulæ.

II. ATT. TENEO quam optabam occasionem, neque [g] omittam. M. Quam tandem, Tite? Att. Postulatur à te jamdiu, vel flagitatur potiùs historia. sic enim putant, te illam tractante, effici posse, ut in hoc etiam genere Græciæ nihil cedamus. Atque, ut audias, quid ego ipse sentiam, non solùm mihi videris eorum studiis, qui litteris delectantur, sed etiam patriæ debere hoc munus; ut ea, quæ salva per te est, per te eundem sit ornata. [h] abest enim historia litteris nostris, ut & ipse intelligo, & ex te persæpe audio. potes autem tu profectò satisfacere in ea, quippe cùm sit opus, ut tibi quidem videri solet, unum hoc oratorium maximè.

g amittam *alii.*

P. CLVIII.

h deest *conj. Lamb.*

6 Quamobrem aggredere, quæsumus, & sume ad hanc rem tempus, quæ est à nostris hominibus adhuc aut ignorata aut relicta. Nam post annales [16] pontificum maximorum, [17] quibus nihil potest esse jucundius; si aut

dum erit his verbis M. nomen. *Camer.* *Cum in illa ad veritatem Quincte referantur.*] Legendum ut in manuscripto: *quippe cum in illa ad veritatem quæque referantur.* Petr. Ciacconus mavult *cuncta*, pro *quæque*, licet veteres libri repugnent. *Ursin.*

16. *Pontificum Maximorum.*] Annales Maximos intelligit, qui à Pontificibus perscribebantur. Cic. lib. II. de Orat. *Erat enim historia nihil nisi Annalium confectio: cujus rei memoriæque publicæ retinendæ causa, ab initio rerum Romanarum usque ad P. Mutium Pontif. Maximum, res omnes singulorum annorum mandabat literis Pont. Max. efferebatque in album, &c.* Nam, ut ait Macrobius, Pontificibus erat permissa potestas memoriam rerum gestarum in tabulas conferendi, & hos Annales appellabant Maximos, quasi a pontificibus Max. factos. Jam hic *jucundius* in libro scripto habetur; ac jucunditas in puritate sermonis, absque ornatu oratorio, etiam in cognitione antiquitatis esse potest, in more majorum, vita, verbis priscis. Tale quiddam de XII. Tabb. & Pontificum libris scribit Cicero in Dial. de Orat. Horatius:

Pontificum libros annosa volumina vatum
Dictitet Albano Musas in monte locutas.

Non enim hæc tantum accipienda censeam de Pontificio jure, verum etiam de Annalibus. Fortasse autem cum omnes scirent Annales tenuiter & exiliter scriptos esse, id Cicero prætermisit, ut notum. Alii *nudius* legunt, id est inornatius, inornatè enim & nudè scripti erant. *Turnebus.*

17. *Quibus nihil potest esse jucundius.*] Ferri quidem hæc lectio potest: nec eam improbat Adr. Turnebus, & eam reperi in libris veteribus expressam: sed tamen malim legi, *juncidius*, seu *ejuncidius*;

aut ad Fabium, aut ad eum, qui tibi semper i
Catonem, aut ad Pisonem, aut ad Fannium
Vennonium venias: quamquam ex his alius
habet virium, tamen quid tam exile, quàm isti
Fannii autem [18] ætate conjunctus Antipater pau
vit vehementiùs, habuitque vires agrestes ille
atque [i] horridas, sine nitore ac palæstra, se
admonere reliquos potuit, ut accuratiùs scriber
ce autem [19] successère huic Gellii, Clodius, [k]
nihil ad Cœlium, sed potiùs ad antiquorum la
atque inscitiam.

[20] Nam quid Atium [l] numerem? cujus lc

i rudeis *MS.*

k Asilio *add. vett.*

l memorem *alii.*

diùs: quo vocabulo sæpe utitur Varro in libris de re R
autem *ejuncidum*, exile, gracile, tenue. Nonnulli legu
diùs: sed nimis ab antiqua scriptura remotum est. *ejun*
tem, & *jucundiùs*, valde sunt inter se affinia. Omnino
dum est, ut edidimus, & ita Simeoni Bosio videbatu
lib. 1. de lingua Lat. cap. 31. *Ejuncidum enim sarment*
infirmitatem sterile, neque ex se potest ejicere vitem, qu
majorem flagellum, majorem etiam, unde uvæ nascuntur,
Licet etiam legere *juncidiùs*, ut dixi, quod malo, tum
piùs accedit ad scripturam antiquam, eandemque vul
cundiùs, tum quòd apud Varronem utroque modo legit
cidum, & *juncidum*. Lambin. *Quibus nihil potest esse j*
Jejunius mallem, quod à recepta scriptura non nimium
sententiæ, nihil, ut mihi videtur, aptius excogitari pote
Quibus nihil potest esse jucundius.] Sic & libri nostri omne
rius vulgavit, *nudius*. Lambino placebat *ejuncidius*, aut
Gulielmius fingebat *jejunius* Gruter. Et hoc postremum
quoque Ger. Jo. Vossium in principio operis de Historici
etsi explicationem quoque vulgatæ lectionis non poterat
Gronov.

18. *Ætate conjunctus.*] Ut in Bruto: *Horum ætatibus ad*
Fannii. Iterum: *Itaque cum Hortensio magis mihi arbitr*
esse, quod & dicendi ardore eram propior & ætate conjuncti
inde hîc libentius legerim, *Fannio autem ætate conjunct*
Fannii ætate conjunctus dicetur, eum sequens proxime. *Tur*

19. *Successère huic Gellius, Clodius, Asellio.*] Monuit
ad Nonium ita emendasse Passeratium. & verò hujus me
nostrum lib. 1. de Divinat. caput 26. Gulielmius, quod i
in suis *Belli* (quomodo & edidit Victorius, & restat iter
quarto) adnotarat *Gell.* ut de duobus sermo fuerit. *Grute*
tuit utique videre Ger. Jo. Vossius, qui citati libri pag. 3
se ita legendum censere. Certe quum MSSti omnino req
significent pluralem numerum, ego quidem sic putavi e
Gronov.

20. *Nam quid Acrum memorem.*] Habeo librum cum ma

habet aliquid argutiarum. nec id tamen ex illa erudita m Græcorum copia, sed ex librariolis Latinis: in orationibus autem [21] multus & ineptus, ad summam n impudentiam. Sisenna ejus amicus, omnes adhuc nostros scriptores, nisi qui fortè nondum ediderunt, de quibus existimare non possumus, facilè superavit. Is tamen neque orator in numero vestro umquam est habitus; & in historia puerile quiddam consectatur: ut unum Clitarchum, neque præterea quemquam, de Græcis legisse videatur: eum tamen velle duntaxat imitari: quem si assequi posset, aliquantùm ab optimo tamen abesset. Quare tuum est munus: hoc à te exspectatur: nisi quid Quinto videtur secus.

m Græchorum MS.

n imprudentiam MS.

P. K.

III. Q.

collatum multis ab hinc annis a viro, ut apparet, doctissimo: in eo autem pro *acrum* emendatum est *Macrum*, ut Sigonius correxit: Sed pro *datio summa impudentia*, est, *ad summam impudentiam*, quod Lambinus testatur se in suo etiam manuscripto reperisse. *Vrsin.* *Quid Attium numerum.*] Pal. tert. *Acrum.* quart. *Acium.* Paulus Manutius publicavit *A.rum*, acceditque Sigonio, autumanti legendum *Macrum*, ut intelligatur *C. Licinius Macer.* At Turnebus monuit *Atii* mentionem factam Tullio in Bruto, laudatumque eundem à Festo, in verbo *Metelli.* Gruter. Ger. Jo. Vossius quoque *Macrum* tuetur cap. 10. lib. I. de Historicis Latin. ubi tacite Turnebum refutat, quum licet Accius scripserit annales, tamen eos scripserit versu, non prosa, quum Cicero nunc agat de illis, qui prosa scripserunt. Tum quia temporum ratio refragatur, quum is dicatur mox Sisennæ amicus, quod esse Accius ille non potuerit. Quod satis miror; quum ipse initio capitis ejus ex Vellejo ostendat Numantino bello historiarum auctorem jam tum Sisennam fuisse juvenem; & capite 7. colligat Accium XXX. annorum fuisse anno urbis IↃC XIV, quo in Hispaniis cœperit bellum Numantinum. Sed postea filius ejus Isaacus in notis ad Catullum pag. 339. *Acrum* retinet, vocatque Acrum Historicum; sed quis ille sit, & quem judicet, ne verbo quidem indicat, ut neque Datium istum, quum tamen citans *ineptus. Datio summa impudentia*, subnectat sic e vetustissimis suis membranis reformavisse locum Ciceronis, qui pessime & sine ullo sensu vulgò legebatur, quum tamen dicat nihil quin ex Gruteri nota pateat fuisse satis cognitum. Utique *Datio summa impudentia* sic exhibuit & Lucas Antonius Juntas & Hervagius. *Gronov.*

21. *Multus & ineptus ad summam impudentiam.*] Sic Aldus senior. nam filius Paulus, *ineptus*, *datio summa impudentia.* Victorius sine dubio repræsentavit quod invenit in antiquis suis; nempe, *multas ineptias*, *elatio summam impudentiam*, quomodo item est in S. Victoris, & in Pithœano, nisi quod hic *datio.* Pall aliorumque varietates, producere tædet: satis est adlevisse libri nostri oræ. *Gruter.*

8 III. Q. Mihi verò nihil: & sæpe de isto coll sumus. sed est quædam inter nos parva dissensio.

o capiatur alii. Quæ tandem? Q. A quibus temporibus scribendi piat exordium. ego enim ab ultimis censeo, quor illa sic scripta sunt, ut ne legantur quidem: ipse au æqualem ætatis suæ memoriam deposcit, ut ea c plectatur, quibus ipse interfuit. Att. Ego verò potiùs assentior. sunt enim maximæ res in hac me ria atque ætate nostra: tum autem hominis amicis Cn. Pompeji laudes illustrabit. [22] incurret etiam i lummet memorabilem annum suum. quæ ab isto praedicari, quàm ut ajunt, de Remo & Romulo Intelligo equidem à me istum laborem jamdiu posti Attice: quem non recusarem, si mihi ullum tribue vacuum tempus & liberum. neque enim occ operâ, neque impedito animo, res tanta suscipi p utrumque opus est & cura vacare & negotio.

9 Att. Quid? ad cetera (quæ scripsisti plura, quisquam è nostris) quod tibi tandem tempus vac fuit concessum? M. [23] Subsiciva quædam tempor

22. *Incurret etiam in illum & memorabilem.*] Sic vetus legendum censeo *illummet* uno verbo, ut in Lucullo: *Age, mane, audi, iteradum eademmet ista mihi.* Alii *in illum me bilem* legunt, expuncto *et.* Turneb. *Incurret etiam in ill memorabilem &c.*] Est à conjectura Turnebi, cùm mss. passi berent *illum & memor &c.* ideoque locum asterisco insigniiss ctorius. *Gruter.*

23. *Subsiciva.*] Hæc vetus scriptura est, ab assignationibus rum ducta, cum centuria non implebatur: aut cum agri erant, ut palustres & macri, qui assignari non possent, linquebantur aut reddebantur veteribus possessoribus. Fron *Subsicivum est quod à subsecante linea nomen accepit. Subsici duo genera, unum quod in extremis assignatorum finium cen explere non potuit; alterum quod in mediis assignationibus & integr turiis intervenit. Varro etiam cum jugerum non impletur scrivi hac principio mensores non nunquam dicunt in subsicivo esse agri.* Sic subsiciva tempora quæ subsecantur, & justis n supersunt. *Subsecivum* autem dicitur & *subsicivum* freque cum veteres *subsicare* ut *subsecare* dicere solerent. Nam & pro *execo* apud Plautum in bonis libris reperi, hoc versu:

Quin tu in paludem is, exicasque harundinem.

Hæc origo erroris fuit. Cum enim homines unde subsicivu ceretur ignorarent, literas trajecere, & *subcisivum* primo, etiam *succisivum* fecere. Itaque in Tranquilli libris MSS. vum in Domitiano reperi, & ter in Gellio, qui à Badio excu

runt; quæ ego perire non patior: ut siqui dies ad icandum dati sint, ad eorum numerum accommotur, quæ scribimus. Historia verò nec institui po-, nisi præparato otio; nec exiguo tempore absolvi: ego animi pendere soleo, cùm semel quid orsus, ducor aliò; neque tam facilè interrupta contexo, m absolvo instituta.

Att. Legationem aliquam [24] nimirum oratio ista po- 10
at, aut ejusmodi quampiam [25] cessionem liberam
ue otiosam. M. Ego verò [26] ætatis potiùs vacationi P. CLVIII.
fidebam, cùm præsertim non recusarem, quo minùs re patrio sedens in solio consulentibus responderem, enectutisque non inertis grato atque honesto fungemunere. [28] sic enim mihi liceret & isti rei, quam ideras, & multis uberioribus atque majoribus, ope-, quantum vellem, dare.

V. Att. Atqui vereor, ne istam causam nemo 11
cat: tibique semper dicendum sit, & eo magis, od te ipse mutasti, & aliud dicendi instituisti genus: ut

o Domini MDXVII. In libris etiam Plinii & Ciceronis, qui nis non sunt excusi, inveni integrum vocabulum. Itaque qui *isivum* defendunt pertinaciter, quid aliud consequuntur, m quod inscitiam suam per hominum doctorum ora traducunt? *nebus.*

4. *Nimirùm ista oratio postulat.*] Victoriana, *nimirum historia ulat.* male, & præter edd. omnes, nostrosque scriptos quinque. *na verba, inquit, audio; legationem aliquam requiris.* Hotonnus lib. VI. Observ. capit. 8. emendabat, *ista opera.* Gruter.

5. *Cessionem liberam.*] Adhæsimus libris pluteariis, in quibus scriptura; de qua consulatur Turnebus. alii ediderunt *cessaem.* Lambinus, secutus Cujacii conjecturam, reposuit *cretio-*; quem impugnat Hotomannus, emendatque *secessionem.* m.

6. *Ætate potius.*] Oratores ætate ingravescente, deposito caum forensium onere, domi, quo suam etiam tum dignitatem rentur, jus respondere solebant. Sic lib. I. De Oratore, sub issi persona, juris interpretationem se non solum ad usum fosem, sed etiam ad decus & ornamentum senectutis sibi comasse dicit. *Turnebus.*

7. *Senectutisque non inertis grato &c.*] Haud absurde Pal. quart. *ctutisque meritis grato.* sed nihil tamen putarim mutandum. *uter.*

8. *Sic ènim mihi liceret &c. quantum vellem dare.*] Idem codex: *enim veri liceret &c. quantum vellemus.* aliquid latet in illo *veri.* m.

ut quemadmodum Roſcius, familiaris tuus;
ætate numeros [29] in cantu cecinerat, ipſasque
fecerat tibias: ſic tu à contentionibus, quibu
uti ſolebas, quotidie relaxes aliquid, p ut jam
non multum à philoſophorum lenitate abſit. q
nere cùm vel ſumma ſenectus poſſe videatur
tibi à cauſis vacationem video dari.

p utinam *MS.* uti jam *Gul.*

12 Q. [30] At mehercule ego arbitrabar poſſe i
noſtro probari, ſi te ad jus reſpondendum
quamobrem, cùm placebit, experiendum til
M. Id, ſiquidem, Quinte, nullum eſſet in e
periculum. ſed vereor, ne, dum minuere v
rem, augeam, atque ad illam cauſarum op
quam ego numquam, niſi paratus & medit
do, adjungatur hæc juris interpretatio, quæ
mihi moleſta ſit propter laborem, quàm quò
[31] cogitationem auferat, ſine qua ad nullam
umquam cauſam ſum auſus accedere.

13 Att. Quin igitur iſta ipſa explicas nobis his
ut ais, temporibus, & conſcribis de jure civil
quàm ceteri? Nam à primo tempore ætatis j
re te memini, cùm ipſe etiam ad q Scævolam
rem: neque umquam mihi viſus es ita te ad

P. B. q Scævulam *alii.*

29. *In cantu cecinerat.*] Veneti *ceciderat*, id eſt, l
minutiores reddiderat. & mox non *concionibus*, ſed
legendum. Videtur autem hæc ita accipienda eſſe qu
co pronuntientur. & iis quæ mox ſequuntur, *At n*
arb. præſcribatur perſona Quinti. *Camer.* *Numeros &*
ſerat &c.] Sic videtur legendum ex veſtigiis veteri
quamquam amicus quidam meus mavult legi, *nume*
remiſſiores fecerat, &c. quam lectionem, quum ab am
quidem valde longè abſit, non rejicio; ſed omnibus
pono, numeros in cantu reciderat. *Lambinus.* *In can*
Eſt à Victorii & Turnebi editis, neque aliter noſtrū
Aldus ſenior, *ceciderat*, quod plerique receperunt in
litera ſecunda mutata in *a*. Lambinus heic, more
interſicit à ſcriptis aliena. *Gruter.*

30. *At mehercule ego arbitrabar.*] Pal. quart. *At ne eg*
videatur reſcribendum: *At me ego hercule arb.* Idem.

31. *Cogitationem.*] Cogitatio eſt inter ſcribendi labore
poralem fortunam media; ut Quintilianus ait, cum ſc
nem non ſcribimus, ſed antequam tamen dicamus, a
diligenter cogitamus atque meditamur. *Turnebus.*

32. *Ventitarem.*] Hic *ventitare* eſt quod Græcè d
Diſcipuli enim ad præceptorem ventitare hic dicunt

dedisse, ut jus civile contemneres. M. In longum sermonem [q] me vocas, Attice: quem tamen, nisi Quintus aliud quid nos agere mavult, suscipiam: &, quoniam vacui sumus, dicam. Q. Ego verò libenter audierim. quid enim agam potiùs? aut in quo meliùs hunc consumam diem?

r revocas alii. malè.

M. Quin igitur ad illa [33] spatia nostra, sedesque pergimus? ubi, cùm satis erit deambulatum, requiescemus. 14
nec profectò nobis delectatio deerit, aliud ex alio quærentibus. Att. Nos verò: [34] & hac quidem adire, si placet, per ripam & umbram. Sed jam ordire explicare, quæso, de jure civili quid sentias. M. [35] Egone? summos fuisse in civitate nostra viros, qui id interpretari populo, & responsitare soliti sint: sed eos magna professos, in parvis esse versatos. Quid enim est tantum, quantum jus civitatis? quid autem tam exiguum, quàm est munus hoc eorum, qui consuluntur, [36] quamquam est populo necessarium? nec verò eos, qui ei muneri præfuerunt, universi juris expertes fuisse existimo, sed hoc civile quod vocant, eatenus exercuerunt, quoad

usurpatur, ut in edicto Censorio: *Majores nostri, qua liberos suos discere, & quos in ludos itare vellent, instituerunt.* Turnebus.

33. *Spatia nostra.*] Id est ambulationem. Cicero in Oratore ad Brutum: *Et fateor me oratorem, si modo sim, aut etiam quicunque sum, non ex rhetorum officinis, sed ex Academiæ spatiis extitisse.* Hic enim spatia dicit ambulationes Academiæ, de quibus Plinius; *Celebrata sunt primum in ambulatione Academiæ Athenis cubitorum triginta, unius radice ramos antecedente.* Hoc ideo addidi, quia quidam hîc cum inani dentem illidere vellent, offenderunt solido, ac nesciverunt cur *spatia Academiæ* Cicero dixisset, sed vocem istam a Cicerone temere jactam putaverunt. *Turnebus.*

34. *Et hac quidem adire sic placet.*] Ita est in veteribus libris multo, ut mihi videtur, rectius quàm in vulgatis. *Ursin.*

35. *Ego ne? summos fuisse &c.*] Sic Pal. quart. S. Victorius & Pith. neque aliter Victorius aut Turnebus. vulgata: *Ego memini summos &c.* quam tuetur Michael Brutus tamquam altera potiorem. *Gruter.*

36. *Quamquam est populo necessarium.*] Admisi conjecturam Gul. Canteri, quæ conjectura non erit, si grandioribus literis exaretur publicatum *quam:* notaret enim id vocis bis reponendum. Turnebus conjecit *quum est &c.* non ineptè. sed alterum est appositum magis. videatur ipse Canterus lib. v. Var. lect. cap. 10. ne quis autumet, scripturam hanc natam è capite Lambini; quemadmodum præ se fert. Victorius edidit *Q. Atqui est populo &c.* Gruter.

s populo alii.

quoad [r] populum præstare voluerunt. [37] Id cognitum est, minusque in usu necessarium. obrem quò me vocas? aut quid hortaris? conficiam de stillicidiorum [38] ac de pariet aut ut stipulationum & judiciorum formulas nam? quæ & scripta sunt à multis diligenter, humiliora, quàm illa, quæ à vobis exspectantur

V. ATT. ATQUI, si quæres, ego quid ex quoniam scriptum est à te de optimo reipublicæ consequens esse videtur, ut scribas tu idem de

P. CLIX.

sic enim fecisse video Platonem illum tuum, admiraris, quem omnibus anteponis, quem diligis. M. Visne igitur, ut ille [39] Crete cum & cum Lacedæmonio Megillo, æstivo, dum describit, die, [40] in cupressetis Cnos spatiis silvestribus, crebrò insistens, interdum cens, de institutis rerumpublicarum, ac de op

37. *Id autem incognitum est, minusque in usu necessarium.* quidem lectio vulgata, sed non etiam vera: quod vel sitas scripturarum. hæret quidem in Pall. nostris; sed codex expressit tantum; *id autem incogniti est, in usu* quod & e suo produxit probavitque Turnebus. etsi non qui legant, *id autem cognitum est, in usu necessarium.* Vi blicavit, *id autem incognitum est, * in usu necessarium.* pos, *id autem incognitum est minus necessarium.* Adolesc ram: *id autem incognitum, est minus minusque inusu nece* exciderit *minus* ob repetitionem. *inusus* autem vox prisc quo quis non utitur. poterat etiam, *id autem incognitum usu necessarium.* Gruter.

38. *Ac de parietum jure.*] Scriptura nescio an sana bricii membranæ, *porientium*, aut tale quid. Pal. quart. vel simile. notat Gulielmius ad oram Fabr. legi *par.* un *pariantium.* ego malim *porcentium.* hoc ideo, quod ubi Oratione pro Murena cap. 10. *ille tenet & scit ut hostium ut aquæ pluviæ arceantur*; exstet apud Quintilianum, illius sententiæ, *aquæ pluviæ parceantur.* quod quis non tandum in *porciantur.* Idem.

39. *Crete cum Clinia.*] Non potui dubitare, quin sic cutus ordinem vocum, prout est in MSS. non ut T *Crete Clin.* Nec video cur Gruterus & omnes alii te *cum Cl.* quum id quod sequor accuratissimus ille Victo hibuerit, & exigat utique Plato. *Gronov.*

40. *In Cupressetis Cnosiorum.*] Ad hæc *Cnosiorum* ce *presseta*, quod eo arboris genere locus abundaret, in n *Cnosiorum* argenteis, quæ apud me sunt, Cupressus ar *Ursin.*

gibus disputat: sic nos inter has procerissimas populos, in viridi opacaque ripa inambulantes, tum autem residentes, quæramus iisdem de rebus aliquid uberius, quàm forensis usus desiderat?

Att. Ego verò ista audire cupio. M. Quid ait Quin- 16
tus? Q. Nulla de re magis. M. Et rectè quidem. nam sic habetote, nullo in genere [41] disputandi magis honestè patefieri, quid sit homini tributum naturâ, quantam vim rerum optimarum mens humana contineat, cujus muneris colendi efficiendique causâ nati & in lucem editi simus, quæ sit conjunctio hominum, quæ naturalis societas inter ipsos. his enim explicatis, fons legum & juris inveniri potest.

Att. Non ergo à prætoris edicto, ut plerique nunc, 17
neque à XII. tabulis, ut superiores, sed penitus ex intima philosophia hauriendam juris disciplinam putas. M. Non enim id quærimus hoc sermone, Pomponi, quemadmodum caveamus in jure, aut quid de quaque consultatione respondeamus. Sit ista res magna, sicut est: quæ quondam à multis claris viris, nunc ab uno summa auctoritate & scientia sustinetur: [42] sed nobis ita complectenda in hac disputatione tota causa universi juris est, ac legum: ut hoc, civile quod dicimus, in parvum quendam & angustum locum concludatur naturæ. natura enim juris explicata est nobis, eaque ab ho-

41. *Disputando honestè.*] Ex vestigiis veteris hujus scripturæ legendum puto, *disputationis sic patefieri.* Alii contra fidem veterum librorum, *magis honesta patefieri*, nimis audacter & licenter legunt. Attingit autem capita disputationis hujus primi libri. Rationem & cogitationem tributas naturâ homini intelligo: vim rerum optimarum, inchoatas intelligentias & semina virtutum: munus cujus colendi causa nati sumus, justitiam, & ut alii aliis participemus. Qui hæc aliter interpretantur, facile refelluntur Ciceronis verbis, quæ in interpretatione usurpavi. *Turnebus.* *Disputandi magis honestè patefieri.*] Malui istud ut erat in Pal. tert. & Fabr. quàm *honesta*, ut Aldi vetus editio. nam Victorii ac Turnebi, *disputando honestè patefieri*, quomodo & liber S. Victoris. *Gruter.*

42. *Sed noris ista.*] Hunc totum locum posse sic rectè legi aliquando putavi: *Sed nobis est complectenda in hac disputatione tota causa universi juris atque legum.* In qua nunc etiam opinione persevero. *Camer.* *Sed nobis ita complectenda.*] Ita Aldus Nepos, neque aliter Victoriana, nisi quod non habeat *ita.* olim edita, *sed noris ista. complectenda.* Gruter.

P. B. hominis repetenda natura: considerandæ leges, quibus civitates regi debeant: tum hæc tractanda, quæ composita sunt & descripta jura & jussa populorum, in quibus ne nostri quidem populi latebunt, quæ vocantur jura civilia.

18 VI. Q. ALTE verò, &, ut oportet, à capite, frater, repetis quod quærimus: & qui aliter jus civile tradunt, non tam justitiæ, quàm litigandi tradunt vias. M. 43 Non est ita, Quinte: ac potiùs ignoratio juris litigiosa est, quàm scientia. Sed hæc posteriùs. Nunc juris principia videamus. Igitur doctissimis viris proficisci placuit à lege: haud scio an rectè, si modò, ut iidem definiunt, Lex est ratio summa, insita in natura, quæ jubet ea, quæ facienda sunt, prohibetque contraria. Eadem ratio cùm est in hominis mente t confirmata & confecta, lex est.

t conformata Gul.

19 Itaque arbitrantur, prudentiam esse legem, cujus ea vis sit, ut rectè facere jubeat, vetet delinquere: eamque v rem illi Græco putant x nomine, à suum cuique tribuendo appellatam: ego nostro à legendo. nam ut illi æquitatis, sic nos y delectus vim in lege ponimus, & proprium tamen utrumque legis est. Quod si ita rectè dicitur, ut mihi quidem plerumque videri solet: à lege ducendum est juris exordium. ea est enim naturæ vis: ea mens ratioque z prudentis: ea juris atque injuriæ regula. Sed quoniam in populari ratione omnis nostra versatur oratio, populariter interdum loqui necesse erit, & eam legem, quæ scripto sancit quod vult, aut jubendo, aut vetando, ut vulgus, appellare. Constituendi verò juris ab illa summa lege capiamus exordium, quæ sæculis a omnibus antè nata est, quàm scripta lex ulla, aut quàm omninò civitas constituta.

v νόμον Lamb.
x nomine νόμον alii.
y dilectus MS.
z prudentiæ MS.
a compluribus MS.

20 Q. Commodiùs verò, & 44 ad rationem instituti sermo-

P. CLX.

43. *Non est ita, Quincte.*] Petrus Ciacconus putat legendum, *est vero ita, Quincte:* nam in his libris sæpe ita loquitur Cicero, & antiqua scriptura, vo, in *Non* facile mutatur. *Ursin.*

44 *Et ad rationem instituti sermonis aptius.*] Sic legendum, etiamsi codices omnes reclamarent. Verumtamen nonnullæ editiones Germanicæ sic habent, ut edidimus, & ita ut Turnebus edidit. Qui autem lectionem vulgatam tuetur, dicitque se cum Cic. errare malle, quàm quidquam immutare: O hominem stultè religiosum: quasi verò Cic. ita locutus sit! Ego verò nego Ci-

monis sapientiùs. M. Visne ergo ipsius juris ortum à fonte repetamus? quo invento, non erit dubium, quò sint hæc referenda, quæ quærimus. Q. Ego verò ita faciendum esse censeo. Att. Me quoque adscribito fratris sententiæ. M. Quoniam igitur ejus reipublicæ, quam optimam esse docuit in illis sex libris Scipio, tenendus est nobis & servandus status, omnesque leges accommodandæ ad illud civitatis genus, serendi etiam mores, nec scriptis omnia sancienda: repetam stirpem juris à natura, qua duce est nobis omnis disputatio explicanda. Att. Rectissimè: & quidem ista duce errari nullo pacto potest.

VII. M. Dasne igitur hoc nobis, Pomponi, (nam 21
Quinti novi sententiam) de deorum immortalium vi, a natura, ratione, potestate, mente, numine, sive quod est aliud verbum, quo planiùs significem quod volo, naturam b omnem c regi? nam si hoc non probas, ab eo nobis causa ordienda est potissimùm. Att. Do sanè, si postulas. etenim propter hunc concentum avium, strepitumque fluminum, non vereor condiscipulorum nequis exaudiat. M. Atqui cavendum est. solent enim, id quod virorum bonorum est, admodum irasci. 45 nec verò ferent, si audierint, te primum caput li-

b natura *quadd. edd. non habent.* c hominum *MS.* omnium *alius MS.* d divinam regi *edd. vett.*

Ciceronem esse unquam ita locutum, *ad rationem instituti sermonis sapienter*, seu *sapientius*: & qui hoc existimat, satis declarat se in Cicerone legendo, atque adeò in ullo bono & probato Latino scriptore, parum esse exercitatum. *Lambin.* *Ad rationem instituti sermonis sapientius.*] Victorii & Turneb. ac Lamb. edd. *aptius.* nostri mss. nihil recedunt à vulgata. *Gruter.*

45. *Nec verò ferent, si audierint, te primum capitulum optimum prodidisse.*] Sunt sanè inquinatiores & antiqui libri hac parte. ea tamen est in illis scriptura, ut tutò corrigi posse putem, *caput libri optimi.* Intelligit autem, nisi fallor, librum Epicuri, qui continebat appellatas ab ipso Κυρίας δόξας, id est *sententias maxime ratas*, ut Cicero interpretatur: nam multis locis de illis mentionem facit. Primum ejus libri caput erat hoc. cujus sententiam nunc Cicero breviter exponit, Τὸ μακάριον καὶ ἄφθαρτον οὔτε αὐτὸ πράγματα ἔχει οὔτε ἄλλῳ παρέχει ὥστε οὔτε ὀργαῖς οὔτε χάρισι συνέχεται· ἐν ἀσθενεῖ γὰρ πᾶν τὸ τοιοῦτον. Alibi autem diligentissimè his verbis interpretatur, *Quod æternum beatumque sit, id nec habere ipsum negotii quicquam, nec exhibere alteri: itaque neque irâ, neque gratiâ teneri: quòd quæ talia essent, imbecilla essent omnia.* Colligitur hoc ex Laërtio, qui suum librum vitamque Epicuri his maximè ratis sententiis claudit: inquit enim: Καὶ φέρε οὖν δὴ νῦν τὸν κολοφῶνα, ὡς ἂν εἴποι τις, τοῦ παντὸς συγγράμμα-

libri optimi prodidisse: in quo scripsit, *Nihil curare deum, nec sui, nec alieni.*

22 Att. Perge, quæso, nam id, quod tibi concessi, quorsum pertineat exspecto. M. Non faciam longiùs. huc enim pertinet. Animal hoc providum, sagax, [46] multiplex, acutum, memor, plenum rationis & consilii, quem vocamus Hominem, præclara quadam conditione generatum esse à supremo Deo. [47] solum est enim ex tot animantium generibus atque naturis, particeps rationis & cogitationis, cùm cetera sint omnia expertia. Quid est autem, non dicam in homine, sed in omni cœlo atque terra, ratione divinius? quæ cùm adolevit atque perfecta est, nominatur ritè Sapientia.

P. B.

23 Est igitur, quoniam nihil est ratione melius, eaque & in homine, & in deo; prima homini cum deo rationis societas. Inter quos autem ratio, inter eosdem etiam recta ratio communis est. Quæ cùm sit lex, lege quoque [d] consociati homines cum diis putandi sumus. Inter quos porrò est communio legis, inter eos communio juris est. Quibus autem hæc sunt inter eos communia, & civitatis ejusdem habendi sunt. Si verò iisdem imperiis & potestatibus parent, multo etiam magis parent huic cœlesti descriptioni, mentique divinæ & præpotenti deo. [e] ut [f] jam universus hic mundus, una civitas communis deorum atque hominum [g] existimanda: & quòd in civitatibus ratione quadam, de qua dicetur idoneo loco, [h] agnationibus familiarum distinguuntur status, id in rerum natura tanto est magnifi-

e conciliati *MSS.*

f unde *alii.*

g etiam *Lamb.*

h existimanda sit *Idem.*

i ac nationib. *Gul.*

τος καὶ τοῦ βίου τοῦ φιλοσόφου τὰς κυρίας αὐτοῦ δόξας παραθέμενοι, καὶ ταύταις τὸ πᾶν σύγγραμμα καταχλείσαντες τέλει χρησάμενοι τῇ τῆς εὐδαιμονίας ἀρχῇ. Et primam hanc sententiam ponit. (Caput) hoc significatu alibi à Cicerone usurpatum est, ut in Lucullo: *Ita nobis tacentibus ex uno Epicuri capite, altero vestro, perceptio & comprehensio tollitur. Prodere* autem *caput* (ut opinor) dixit quemadmodum in eodem ipso libro, *Prodere decretum, Sapientia verò, quid futurum est? quæ neque de se ipsa dubitare debet, neque de suis decretis, quæ philosophi appellant δόγματα, quorum nullum sine scelere prodi potest: cum enim decretum proditur, lex veri rectique proditur.* Victor.

46. *Multiplex.*] Multiplex est callidus, varius, qui multa callet: ut simplex contra incallidus nec astutus. *Turnebus.*

47. *Solum est enim ex tot animantium generibus atque naturis particeps rationis.*] Videtur hoc ab Aristotele sumpsisse ex lib. I. Pol. Λόγον δὲ μόνος ὁ ἄνθρωπος ἔχει τῶν ζώων. *Ursin.*

48. *Di*

ficentius, tantoque præclarius, ut homines deorum agnatione & gente teneantur.

VIII. NAM CÙM de natura omni quæritur, 48 disputari solet (& nimirum ita sunt ut disputantur) perpetuis cursibus, conversionibus cœlestibus exstitisse quandam 49 maturitatem serendi generis humani. quod sparsum in terras, atque k satum, divino auctum sit animorum munere. 50 cùmque alia, quibus cohærent homines, è mortali genere sumpserint, quæ fragilia essent & caduca; animum tamen esse ingeneratum à deo: ex quo verè vel agnatio nobis cum cœlestibus, vel l genus, vel stirps appellari potest. itaque ex tot generibus nullum est animal, præter hominem, quod habeat notitiam aliquam dei: ipsisque in hominibus nulla gens est neque tam immansueta, neque tam fera, quæ non, etiam si ignoret, qualem habere deum deceat, tamen habendum sciat.

24

k enatum Gul.

l gens Vict. & alii.

P. CLXI.

Ex

48. *Disputari solent nimirum ista.*] Vetustum exemplar Maffæi, *disputari solet nimirum ista*; unde mihi orta conjectura est, *nimirum ista* glossam fuisse, eamque omnino esse inducendam; quod tamen priùs non adducar ut faciam quàm id mihi per antiquos libros licere perspiciam. *P. Manut.* *Disputari solet (& nimirum ita sunt ut disputantur) perpetuis &c.*] Ita fere mss. nostri, editique à Turn. & Victorio, & Lambino. forsan omnia planiora essent, si transpositâ syllabâ legeretur: *& mirum ni ita sunt ut disputantur.* vulgata lectio solùm habet: *disputari solent, nimirum ista: perpetuis.* cui adhæsit Aldus Nepos. *Gruter.*

49. *Maturitatem.*] Tempestivitatem & opportunitatem. Cic. de Divinat. *Nec hoc quidem quæro, cur hæc arbor una ter floreat, aut cur arandi maturitatem ad signum floris accommodet.* Alio loco: *Ab eoque luna illuminata graviditates partus afferat, maturitatesque gignendi.* Rursum: *Maturitates, temporum varietates mutationesque cognovimus.* Initio autem mundi nondum erat is rerum habitus & temperamentum, ut statim tempestivum esset homines generari. Qui *materiam* legunt à bonis libris recedunt: qui autem scribunt apud Platonem materiam corporum humanorum esse cœlestem, id geometrarum more sibi concedi postulant, quod fortasse probare non possent. *Turnebus.*

50. *Cùmque alia, quibus cohærent homines, è mortali.*] Secutus sum editionem Turnebi, ut etiam fecit Aldus Nepos & Lambinus, qui ipsam alioquin semper arripit. vulgata: *Nam quod aliquibus coh. & sumpserunt &c. animum esse ingeneratum.* Victorius exhibet: *quanquam alia quibus cohor.. &c.* ut vulgata. Pal. quart. accedit scripturæ communi. at quart. à manu prima solùm agnoscit: *quanquam alia quibus cohærent homines è mortali genere & Deo. ex quo &c.* Gruter.

51. Ut

25 Ex quo efficitur illud, [51] ut is agnoscat Deum, qui,
unde ortus sit, quasi recordetur, ac noscat. Jam verò
virtus eadem in homine ac deo est, neque ullo alio
ingenio præterea. est autem virtus nihil aliud, quàm
in se perfecta, & ad summum perducta natura. est
igitur homini cum deo similitudo. Quòd cùm ita sit,
quæ tandem potest esse [m] propior certiorve cognatio?
Itaque ad hominum commoditates & usus tantam re-
rum ubertatem natura largita est, ut ea, quæ gignun-
tur, donata consultò nobis, non fortuitò nata videan-
tur: nec solùm ea, quæ frugibus atque baccis terræ
fœtu profunduntur, sed etiam pecudes: quòd perspi-
cuum sit, partim esse ad usum hominum, partim ad
26 fructum, partim ad vescendum procreatas. Artes verò
innumerabiles repertæ sunt, docente natura. quam imi-
tata ratio, res ad vitam necessarias sollerter conse-
cuta est.

[m] prior MSS.

IX. Ipsum autem hominem eadem natura non solùm celeritate mentis ornavit, sed etiam sensus, tamquam satellites, attribuit, ac nuntios: & rerum plurimarum [52] obscuras & necessarias intelligentias enudavit, quasi fundamenta quædam scientiæ: figuramque corporis habilem & aptam ingenio humano dedit. nam cùm ceteras animantes abjecisset ad pastum, solum

51. *Ut is agnoscat.*] Sic legendum arbitror: itaque excudendum curavi, hoc sensu, ut si quis ortum suum recordetur, se prope deum esse agnoscat. si sine *se* legas, ex ortu animi divino Deum agnosci intelliges. *Turnebus.* *Ut is agnoscat Deum.*] Turnebus de ingenio edidit, *ut is se agnoscat Deum*; quod tale quid requireret sententiæ nexus. idque statim etiam intulit suis Lambinus. mss. nostri nihil variant, nisi quod S. Victoris respuat illud *is*. Gruter.

52. *Obscuras & necessarias intelligentias enudavit.*] Retinui vulgatum. nam Victorius *obscuras nec satis intelligentias enudavit.* quomodo & Turnebus, nisi quod is *enodavit*, inventum etiam Gulielmio in cod. S. Victoris; qui maluisset, *obscuras nec faciles intelligentias enucleavit.* Pall. & Fabr. *obscuratum necessarias intelligentias enudavit.* Gulielmius Canterus libr. 1. Novar. lect. cap. 4. contentus vulgata lectione, solùm mutat *nudavit*, in *inchoavit.* quam emendationem transscribit Aurato Lambinus; qui præterea suo more intulit in contextum hariolationem suam, *obscuras nec satis apertas intellig* Scilicet hoc erat emendare Ciceronem, ad fidem codicum calamo exaratorum. *Gruter.* Si ut citatur ex Pall. & Fabr. habent etiam alii scripti, miror tantopere placuisse turbari. Quidni enim clarum est *rerum plurimarum obscurarum necessarias int. enudavit?* Gronov.

lum hominem erexit, ad cœlique quasi cognationis domiciliique pristini conspectum excitavit: tum speciem ita formavit oris, ut in ea penitus reconditos mores effingeret.

Nam & 53 oculi nimis arguti, quemadmodum animo 27
affecti simus, loquuntur: & is, qui appellatur vultus, qui nullo in animante esse, præter hominem, potest, indicat mores: 54 cujus vim Græci norunt, nomen P. B.
omninò non habent. Omitto opportunitates habilitatesque reliqui corporis, moderationem vocis, orationis vim, quæ conciliatrix est humanæ maximè societatis. Neque enim omnia sunt hujus disputationis ac temporis: & hunc locum satis, ut mihi videtur, in iis libris, quos legistis, expressit Scipio. Nunc quoniam hominem,

53. *Oculi nimis arguti.*] Nimis mobiles & agiles, gestientes & prope loquaces, ut digiti arguti. Totus autem iste locus egregiè lib. I. Commentarior. Xenophontis tractatur, & lib. II. de Nat. Deor. *Turnebus.*

54. *Cujus vim Græci norunt.*] Nonnulli hunc locum exagitant, neque Græcis vernaculam deesse dictionem, quæ vultum declaret, ajunt, ac πρόσωπον idem declarare affirmant, quorum opinionem Julius quoque Pollux Onomastici II. confirmat: Τὸ δὲ ὑπὸ τῷ μετώπῳ πρόσωπον, ὃ μόνον ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων οὕτω καλοῦμεν. ἐπὶ γὰρ τῶν ζώων προτομήν. ὥσπερ ἐπὶ τῶν ὀρνίθων ῥύγχος καὶ ῥάμφος. Id est: *Quod autem fronti subjacet πρόσωπον, id est vultum, quod duntaxat in hominibus sic dicimus. Etenim in animalibus os, ut & in avibus rictum & rostrum.* Sed ut Servius lib. XII. Æneid. vultum à Græcis πρόσωπον vocari fatetur. Quid quod Cicero ipse πρόσωπον *vultum* vertit. in III. Tuscul. cum ita scribit: *Hic est enim ille vultus semper idem, quem dicitur Xanthippe prædicare solita in viro suo Socrate fuisse, eodem semper se vidisse exeuntem illum domo & revertentem.* Dictum enim Xanthippes sic Græcè refertur ab Æliano: Ἔλεγεν ἡ Χανθίππη μυρίων μεταβολῶν τὴν πόλιν κατασχουσῶν, ἐν πάσαις ὅμοιον τὸ Σωκράτους πρόσωπον καὶ προϊόντος ἐκ τῆς οἰκίας καὶ ἐπανιόντος ἀεὶ θεᾶσθαι. Sed Græcis cum vocabulum non desit, vis tamen notationis deest, in qua inest indicium voluntatis. Significat enim *vultus* oris habitum, qui index est animi & voluntatis, quæ vis non est in vocabulo Græco. Ridiculum est, quod ex loco Fabii malè intellecto quidam censent vultum significare frontem, supercilia & oculos, cum ista Fabius velit vultus esse partem. Deinde id alienum est maximè ab hujus loci sententia, in quo vultus ea est oris pars, quæ subest fronti, superciliis, oculis: nam hic perspicuè oculos à vultu separat: & in libro De Fato, cum ita scribit: *Qui se profitebatur hominum mores naturasque ex corpore, oculis, vultu, fronte pernoscere.* Turnebus.

55. Quod

nem, [55] quod principium reliquarum rerum esse voluit, generavit & ornavit Deus, perspicuum sit illud (ne omnia differantur) ipsam per se naturam longiùs progredi: quæ etiam nullo docente profecta ab iis, quorum, ex prima & inchoata intelligentia, genera cognovit, confirmat ipsa per se rationem & perficit.

28 X. Att. Dii immortales, quàm tu longè juris principia repetis! atque ita, ut ego non modò ad illa non properem, quæ exspectabam à te de jure civili; sed facile patiar te hunc diem vel totum in isto sermone consumere. sunt enim hæc majora, quæ aliorum causâ fortasse complecteris, quàm ipsa illa, quorum hæc causâ præparantur. M. Sunt hæc quidem magna, quæ nunc breviter attinguntur: sed omnium, quæ in hominum doctorum disputatione versantur, nihil est profectò præstabilius, quàm planè intelligi nos ad justitiam esse natos, neque opinione, sed naturâ constitutum esse jus. Id jam [n] patebit, si hominum inter ipsos societatem conjunctionemque perspexeris.

n parebit *conj. Lamb.*

29 Nihil est enim unum uni tam simile, tam par, quàm omnes inter nosmetipsos sumus. Quòd si depravatio consuetudinum, si opinionum vanitas non imbecillitatem animorum torqueret, & flecteret quocumque cœpisset: sui nemo ipse tam similis esset, quàm omnes [o] sunt omnium. itaque quæcumque est hominis definitio, una in omnes valet.

o sunt *alii non habent.*

30 Quod argumenti satis est, nullam dissimilitudinem esse in genere. quæ si esset, non una omnes definitio P. CLXII. contineret. Etenim ratio, qua una præstamus beluis, per quam conjectura valemus, argumentamur, refellimus, disserimus, conficimus aliquid, concludimus; certè est communis, doctrina differens, discendi quidem facultate par. nam & sensibus eadem omnia comprehenduntur: & ea, quæ movent sensus, itidem movent omnium: quæque in animis imprimuntur, de quibus antè dixi, inchoatæ intelligentiæ, similiter in omnibus imprimuntur: interpresque est mentis oratio, verbis discrepans, sententiis congruens. Nec est quisquam gen-

55. *Quod principium reliquarum rerum esse voluit.*] Pal. tert. apertè præfert, *quem principem reliq.* sed interpretis forsan est emblema, non auctoris. *Gruter.*

56. Hi-

gentis illius, qui ducem naturam [p] nactus ad virtutem pervenire non possit. p secutus alii.

XI. NEC SOLUM in rectis, sed etiam in [q] pravitatibus, insignis est humani generis similitudo. nam & voluptate capiuntur omnes: quæ etsi illecebra turpitudinis, tamen [56] habet quiddam simile naturalis boni. [57] lenitate est enim & suavitate delectans, sic ab errore mentis, tamquam salutare aliquid, asciscitur: similique [r] inscitia mors fugitur, quasi dissolutio naturæ: vita expetitur, quia nos, in quo nati sumus, continet: dolor in maximis malis ducitur, cùm sua asperitate, tum quòd naturæ interitus videtur sequi. 31 q pravis actibus alii. r inscientia Lamb.

[58] [s] Propterque honestatis & gloriæ similitudinem, beati, qui honorati sunt, videntur: miseri autem, qui inglorii. molestiæ, lætitiæ, cupiditates, timores, similiter omnium mentes pervagantur: nec, si opiniones aliæ sunt apud alios, idcircò, qui canem & felem, ut deos, colunt, non eadem superstitione, qua ceteræ gentes, conflictantur. Quæ autem natio non comitatem, non benignitatem, non gratum animum & beneficii memorem diligit? quæ superbos, quæ maleficos, quæ crudeles, quæ ingratos non aspernatur, non odit? qui- 32 s Propter quam edd. vett. P. B.

56. *Habet quiddam simile naturalis boni.*] Vox *simile* erat in Pal. quart. & Fabr. nam S. Victoris *simile naturali bono*. æquè benè, si non melius. vulgata, *habet quiddam naturalis boni*. sed ab ea seorsum abiere Victorius & Turnebus. Supra etiam edidi, eosdem viros librosque secutus, *pravitatibus*, pro quo vulgatiores, *pravis actibus*. Gruter.

57. *Lavitate enim & suavitate delectans, &c.*] Sic legendum est, non, ut vulgò, *lenitatis est enim & suavitatis. id enim ut suavitate delectans, &c.* quam scripturam, qui non videt esse depravatam, nihil videt: & qui eam se retinere cum Aldo, P. Manutio, Victorio dicit, viros doctos, suæ ignorantiæ socios, & adjutores, & patronos esse postulat: quod & iniquum est, & malitia non caret. *Lambin.* *Lenitate enim & suavitate delectans, si ab errore &c.*] Est à Turnebi editione, cui respondet Victoriana, nisi quod ipsa, *delectat*. vulgata; *lenitatis est enim & suavitatis: id enim, ut suavitate delectans, sic ab errore &c.* quam scripturam solam retinent, qui Bruti vestigia sequuntur. nam Aldus Nepos admisit item illud nostrum. *Gruter.*

58. *Propterque hanc honestatis, & gloriæ, &c.*] Sive legatur, *Propter quam honestatis, &c.* sive, *Propterque hanc honest.* videtur antè hæc verba aliquid deesse. Nam cùm de honestate & gloria nullum verbum fecerit, absurdum videtur dicere, *propterque hanc honestatis, &c.* Lambin.

quibus ex rebus cùm omne genus hominum sociatum inter se esse intelligatur, illud extremum est, quòd [59] rectè vivendi ratio meliores efficit. Quæ si approbatis, pergam ad reliqua: sin quid requiritis, id explicemus prius. Att. Nos verò nihil: ut pro utroque respondeam.

33 XII. M. SEQUITUR [60] igitur, ad participandum t alium ab alio, communicandumque inter omnes, justos naturâ v nos esse factos. atque hoc in omni hac disputatione sic intelligi volo, [61] quod dicam naturam esse: tantam autem esse corruptelam malæ consuetudinis, ut ab ea tamquam igniculi extinguantur à na-

t. | t alium alio *edd. quad.* | v nos *deest multis.*

59. *Rectè vivendi ratio meliores efficit.*] Ex hoc loco me non expedio, quò enim spectat illud *meliores?* num ad *homines?* at pro iis supra usurpaverat *genus hominum.* Deinde, quomodo intelligendi *meliores?* an simpliciter? at de eo non est sermo. Non quæritur, quomodo fiant boni, sed quomodo à naturâ ipsâ censeantur sociati. Hoc enim egerat toto loco Cicero, ut à similitudine hominum à naturâ ipsâ in animis, sensibus, voluntatibus circa quasvis res, sive bonas sive malas productâ, sociatos eos demonstraret. Quare suspicor illud *meliores* de societate oportere accipi, velut diceret, tanto fore quemque magis idoneum ad societatem, alterique magis conjunctum, quo magis utatur rectâ ratione vivendi, hoc est, magis sit homo. *Scheffer.*

60. *Sequitur igitur.*] Stoici cum de lege disserunt, ista ordine capita sic distincta partitaque tractant; quorum institutum hic sequitur. Nati sumus ad justitiam colendam; justitiam autem colimus ut alii ab aliis participemus. Cicero lib. I. Offic. *Atque ut placet Stoïcis, quæ in terris gignuntur ad usum hominum omnia creari, ut ipsi inter se aliis alii prodesse possint: in hoc naturam ducem debemus sequi, & omnes utilitates in medium afferre, mutatione officiorum, dando, accipiendo, tum artibus, tum opera, tum facultatibus devincire hominum inter homines societatem.* Ex his Ciceronis verbis satis arbitror intelligi, quid sit *participare alium ab alio.* Turnebus.

61. *Quod dicam Naturam esse.*] Id quod dico natura est, non corruptela nec consuetudo, id est de natura loquor, non consuetudine, nec de vitiis, quæ succreverunt. Itaque hic *Natura* est, quod naturâ insitum est nobis, & quod naturale est. Eodem fere modo locutus est lib. III. De Finib. *Jus autem, quod ita dici appellarique possit, id esse naturam.* Si *Natura esse* legeretur, attingeretur illa locutio Græcorum, ὅτι τὸ δίκαιόν ἐστι φύσει. *Turnebus.* *Quod dicam naturam esse.*] Haud aliter Vict. & Turn. edd. ea priores, *quod dico naturam esse.* P. Manut. istud putat esse à glossa; cui potius accedam, quam Lamb. alia atque alia interponenti. nam variant mss. nostri, ut solent testes in re falsa. quippe quart. habet, *quod dicam verum esse.* Gruter.

62. *Unde*

natura dati, exorianturque, & confirmentur vitia contraria. Quod si, quo modo est natura, sic judicio, homines humani (ut ait poëta) nihil à se alienum putarent, coleretur jus æquè ab omnibus. quibus enim ratio à natura data est, iisdem etiam recta ratio data est: ergo & lex; quæ est recta ratio in jubendo & vetando: si lex, jus quoque. at omnibus ratio. jus igitur datum est omnibus. recteque Socrates exsecrari eum solebat, qui primus utilitatem x à natura sejunxisset. x *ab honestate conj. Lamb.*

Id enim querebatur caput esse exitiorum omnium: 34
62 unde y est illa Pythagorea vox, ΤΑ ΤΩΝ ΦΙΛΩΝ
ΚΟΙΝΑ, καὶ ΦΙΛΙΑΝ ΙΣΟΤΗΤΑ. ex quo perspicitur,
cùm hanc benivolentiam tam latè longéque diffusam
63 vir sapiens in aliquem pari virtute præditum contulerit,

y *alii* enim *aut* etiam.

62. *Unde etiam illa Pythagorea vox τὰ τῶν φίλων κοινά.*] Græcas has voces nulli manuscripti codices retinent: duo autem qui sunt in Divi Marci bibliotheca satis antiqui, unus Latinis, alter Longobardicis literis exaratus, illarum loco habent hæc verba, *de amicitia locus.* quam adnotatiunculam quandam fuisse in margine ab aliquo collocatam credimus: postea autem ab imperitis librariis in ordinem verborum Ciceronis importunè translatam. Græca tamen verba ubi invenimus reliquimus: quamvis certi non simus, an illa sint quæ Cicero intelligit. acutioribus igitur ingeniis hoc judicandum relinquemus: utramque tamen Pythagoræ fuisse sententiam, & ab illo primum pronuntiatam, à Laërtio in ejus Vita didicimus, qui Timæum hoc tradere his verbis adfirmat: *Εἶπέ τε πρῶτος ὥς φησι Τίμαιος κοινὰ τὰ φίλων εἶναι, καὶ φιλίαν ἰσότητα. Victor. Unde enim illa.*] Rectius ex antiquo libro, *unde est illa*: nam conjunctio *enim* non ita cum præcedenti, aut cum insequenti membro cohæret. *P. Manut.* Τὰ τῶν φίλων.] Exstant hæc in Aldi senioris editione. Victorii ac Turnebi ejus loco habent vacuum, eique inscriptum *Locus de Amicitia*, quomodo mss. nostri quatuor. *Gruter.*

63. *Vir sapiens.*] Hoc Stoïcum est, atque adeo ex eorum Paradoxis: id est enim quod Cicero ait, id videri quibusdam incredibile. Cicero lib. I. De Natura Deor. *Quanto Stoici melius, qui a vobis reprehenduntur: censent autem sapientes sapientibus, etiam ignotis esse amicos?* Cicero lib. III. de Fin. *Quamquam autem in amicitia alii dicant, æque caram esse sapienti rationem amici ac suam, alii autem sibi cuique cariorem suam, &c.* Quo loco intelligimus hac de re inter Stoïcos dissensionem fuisse. Cicero tamen sequitur eos, qui sapienti dicunt æque caram amici personam esse ac suam. Ceterum inter alios benevolentia esse potest, inter bonos & sapientes solos amicitia. Laërtius: Λέγουσι δὲ καὶ τὴν φιλίαν ἐν μόνοις τοῖς σπουδαίοις διὰ τὴν ὁμοιότητα. id est, *Dicunt autem*

rit, tum illud effici, quod quibusdam incredibile videatur, sit autem necessarium, ut nihilo sese plus, quàm alterum diligat. Quid enim est, quod differat, cùm sint cuncta paria? quòd si interesse quippiam tantulum modò potuerit, jam amicitiæ nomen occiderit: cujus
P. CLXIII. est ea vis, ut, simul atque sibi aliquid, quàm alteri, maluerit, nulla sit. Quæ præmuniuntur omnia reliquo sermoni disputationique nostræ, quo faciliùs jus in natura esse positum, intelligi possit. De quo cùm perpauca dixero, tum ad jus civile veniam, ex quo hæc omnis nata est oratio.

35 XIII. Q. Tu verò jam perpauca scilicet. [64] ex iis enim, quæ dixisti, Attico videtur, mihi quidem certè, ex natura ortum esse jus. Att. An mihi aliter videri possit, cùm hæc jam perfecta sint: primùm quasi muneribus deorum nos esse instructos & ornatos: secundò autem, unàm esse hominum inter ipsos vivendi parem communemque rationem: deinde omnes inter se naturali quadam indulgentia & [z] benivolentia, tum etiam societate juris contineri? quæ cùm vera esse rectè, ut arbitror, concesserimus, quî jam licet nobis à natura leges & jura sejungere?

z benev. *alii.*

36 M. Rectè dicis: & res sic se habet. Verùm philosophorum more, non veterum quidem illorum; sed eorum, qui quasi officinas instruxerunt sapientiæ: quæ fusè olim disputabantur ac liberè, ea nunc articulatim [a] distinctèque dicuntur. nec enim satisfieri censent huic loco, qui nunc est in manibus, nisi separatim hoc ipsum, naturæ esse jus, disputarint. Att. Et scilicet tua libertas disserendi amissa est: aut tu is es, qui in disputando non tuum judicium sequare, sed auctoritati aliorum pareas?

a defecta *Lamb.*

37 M. Non [b] semper, Tite: sed iter hujus sermonis quod sit vides, [66] ad respublicas firmandas, & ad stabiliendas vi-

b semper ita: sed *alii.*

& amicitiam in solis bonis esse propter similitudinem. Turnebus.

64. *Ex iis enim quæ dixisti, nisi quid Attico videtur.*] Ita opinor legendum esse hunc locum ex auctoritate veteris libri manuscripti. *Ursin.*

65. *Attice videtur.*] Tale quidpiam suspicor deesse, *ut opinor:* ut ita continuata oratione legatur: *Attico, ut opinor, videtur, mihi quidem certe, ex natura ortum esse jus.* P. Manut.

66. *Ad Respublicas firmandas & stabiliendas jure, sanandos populos.*]

vires, sanandos populos, omnis nostra pergit oratio. Quocirca vereor committere, ut non bene provisa & diligenter explorata principia ponantur: nec tamen ut omnibus probentur (nam id fieri non potest) sed ut iis, qui omnia recta atque honesta per se expetenda [c] duxerunt, & aut nihil omnino in bonis numerandum, nisi quod per seipsum laudabile esset, aut certè nullum habendum magnum bonum, nisi quod verè laudari sua sponte posset: his omnibus (sive in Academia vetere cum Speusippo, Xenocrate, [d] Polemone manserunt: sive Aristotelem & Theophrastum, cum illis re 38 congruentes, genere docendi paullum differentes, secuti sunt: sive, ut Zenoni visum est, rebus non commutatis, immutaverunt vocabula: sive etiam Aristonis difficilem atque arduam, sed jam tamen fractam & convictam sectam secuti sunt, ut, virtutibus exceptis atque vitiis, cetera in summa æqualitate ponerent) his omnibus hæc, quæ dixi, [67] probantur.

Sibi autem indulgentes, & corpori deservientes, at- 39
que omnia, quæ sequantur in vita, quæque fugiant, voluptatibus & doloribus ponderantes, etiam si vera dicunt, (nihil enim opus est hoc loco litibus) [68] in hortulis suis jubeamus dicere, atque etiam ab omni societate

c P. B. *Turneb.* & *alii* dixerunt.

d Crato Polem. *MS.*

los.] Vetustus codex habet, *ad Reip. firmanda & stabilienda jura, sociandos populos:* quæ mihi lectio multo magis placet, quam ea quæ à Lambino restituta est. *Ursin.* *Ad respubl. firmandas & ad stabiliendas vires.*] Locus jam olim dubius. sed majora justa putavi me habere ad sequendum Victorium & Turnebum ita exhibentes, ut reor, bona fide ex MSS. quam Gruterum aliosque qui habent *reipubl.* quam lectionem videtur satis damnare repetitio præpositionis *ad*, qua indicatur diversas res conjungi, ut solet Tullius, & videntur novisse docti, qui propterea de hoc loco censentes, expulerunt posterius *ad* in Gryphiana editione & Wecheli, apud quem quum notarum collector aliquid dicat, de hoc tacet, ut & Gothofredus, etiam ipse omittens. *Non enim populo Rom. sed omnibus bonis firmisque populis leges damus*, ait ipse 11, 14. & alibi. *Gronov.*

67. *Probantur.*] Non male fortasse *probantur*, cum præsertim pendere oratio videatur ex particula *ut*, quæ antecedit, *sed ut eis.* His autem philosophorum sectis probata cupit quæ principia posuit. *Turnebus.*

68. *In hortulis suis jubeamus dicere.*] Placet Petro Ciaccono, ut legatur, *desidere*, pro *dicere*, quomodo Terentius in Hecyra locutus est, *Frustra ibi totum desedi diem.* Ursin.

tate reipublicæ, cujus partem nec norunt ullam, nec unquam nosse voluerunt, paullisper facessant, [e] rogemus. Perturbatricem autem harum omnium rerum Academiam, hanc ab Arcesila & Carneade recentem, exoremus, ut sileat. nam si invaserit in hæc, quæ satis scitè nobis instructa & composita [69] videntur, nimias edet ruinas. quam quidem ego placare cupio, submovere non audeo.

e & absistant rogem. *MS.*

Desunt hîc fortasse nonnulla de peccati conscientia & scelerum pœnis.

XIV. [70] NAM ET in iis sine illius suffimentis expiati sumus. At verò scelerum in homines atque impietatum nulla expiatio est. Itaque pœnas luunt non tam judiciis, (quæ quondam nusquam erant, [71] hodie multifariam nulla sunt, ut sint tamen, persæpe falsa sunt)
P. CLXIV. [72] ut eos agitant insectanturque furiæ, non ardentibus tædis, sicut in fabulis, sed angore conscientiæ fraudisque cruciatu. Quòd si homines ab injuria pœna, non natura arcere deberet, quænam sollicitudo vexaret impios, [73] sublato suppliciorum metu? quorum tamen nemo

69. *Videntur, nimias edet ruinas.*] Turneb. mss. *viderentur inferet ruinas.* Pal. quart. *videantur miscet & ruinas.* S. Vict. *videntur dabit ruinas.* Gruter.

70. *Nam & in iis sine illius suffimentis.*] Ita editi à Victorio & Turnebo. Ea priores, *nam etiam sine illius suff.* quod & in Pal. quarto. quidam *sine ullis.* Gruter.

71. *Hodie multifariam.*] Id est multis locis, ut lib. II. de Orat. *Ut enim si aurum cui, quod esset multifariam defossum, commonstrare vellem.* Et apud Varronem lib. I. de Re Rust. *aliquotfariam* aliquot locis significat: *In eo*, inquit, *agro aliquotfariam in singula jugera dena cullea vini fiunt.* Turnebus.

72. *Quàm ut eos agitent.*] Haud aliter Aldus Nepos. sed in avi libris, aliorumque non comparet *quàm*; neque agnoscit ullum mss. nostrum; nedum ut præterea habeat Lambini *quàm conscientia, ut eos ag.* Gruter. *Quam ut eos agitent.*] Illud *quàm* libri veteres nulli agnoscunt. Itaque hic erit ordo verborum: *Pœnas luunt, non tam, ut furiæ judiciis eos agitent insectenturque, non* scilicet tam pœnas luunt *ardentibus tædis, sicut in fabulis, sed angore conscientiæ, fraudisque cruciatu.* Scheffer. Causa non est, ut non presse adhæreamus fidæ MSS. scripturæ, ejectis quæ Tulliana non sunt, & repositis quæ temerè mutata erant, acceptoque leni auxilio ab Turnebo. causam orat pater in libro III. observat. cap. 6. *Gronov.*

73. *Sublato suppliciorum metu.*] S. Victoris liber *sublatos metu*, & verò placeret *sublato metu*, ejecto illo *suppliciorum*, quod mihi glossam resipit, quoniam præcesserat pœna. *Gruter.*

74. *Aut*

nemo tam audax umquam fuit, quin aut abnueret à se
commissum esse facinus, aut justi sui doloris causam
aliquam fingeret, defensionemque facinoris à [f] naturæ f natura
jure aliquo quæreret. Quæ si appellare audent impii, *alii.*
quo tandem studio colentur à bonis? Quòd si pœna, si
metus supplicii, non ipsa turpitudo, deterret ab inju-
riosa facinorosaque vita: nemo est injustus; 74 aut in-
cauti potiùs habendi sunt improbi.

Tum autem qui non ipso honesto movemur, ut bo- 41
ni viri simus, sed utilitate aliqua atque fructu, callidi
sumus, non boni. 75 nam quid faciet is homo in te-
nebris, qui nihil timet nisi testem & judicem? quid in
deserto loco nactus, quem multo auro spoliare possit,
imbecillum atque solum? noster quidem hic naturâ
justus vir ac bonus, etiam colloquetur, juvabit, in
viam deducet. is verò, qui nihil alterius causâ 76 facit,
& metitur suis commodis omnia, videtis, credo, quid
sit [g] acturus. Quòd si negabit se illi vitam erepturum, g facturus
& aurum ablaturum, numquam ob eam causam nega- *Lamb.*
bit, quòd id natura turpe judicet, sed quòd metuat,
ne emanet, id est, ne malum habeat. O rem dignam, h verum
in qua non modò docti, [h] verùm etiam agrestes eru- *multi non*
bescant! *habent.*

XV. JAM VERÒ illud stultissimum, existimare omnia 42
justa esse, quæ 77 scita sint in populorum institutis, aut
legibus. Etiamne, si quæ leges sint tyrannorum? si
triginta illi Athenis leges imponere voluissent? aut, si
omnes Athenienses delectarentur tyrannicis legibus,
num

74. *Aut incauti potius.*] Sic Pall. sic S. Vict. ac Fabr. expressitque editio Victorii. aliæ *at* præter Lambini quæ *sed incauti.* pro arbitrio scilicet suo. *Gruter.* Plerique libri habent *at incauti.* Censeo scripsisse Tullium, *ac incauti potius.* Idem Off. I. *Nec vero imperia expetenda, ac potius non accipienda.* Scheffer.

75. *Nam quid faciet is homo in tenebris.*] Pal. quart. *is non in tenebris.* Placeret magis si transpositis verbis foret: *nam quid non faciat in tenebris.* Gruter.

76. *Facit & metitur.*] Sic vulgata; placetque præ *faciet & metietur*; quod in Victorio & Turnebo; quia videam in Pal. quarto talem lectionem natam ex librariorum negligentia. habet tamen Pal. tert. item S. Vict. & Fabr. *faciet & emetietur.* Idem.

77. *Scita sunt in populorum institutis.*] Suspicantur quidam *sita.* Sed eodem modo noster alio loco hujus operis, *multa perniciosè sciscuntur in populis.* Scheffer.

l credo Lamb. delet. P. B.

num idcirco hæ leges justæ haberentur? nihilo, [l] credo, magis illa, quam interrex noster tulit, [78] ut dictator quem vellet civium indictâ causâ impunè posset occidere. est enim unum jus, quo devincta est hominum societas, & quod lex constituit una. quæ lex est recta ratio imperandi atque prohibendi: quam qui ignorat, is est injustus, sive est illa scripta uspiam, sive nusquam. Quòd si justitia est obtemperatio scriptis legibus institutisque populorum, & si, ut iidem dicunt, utilitate omnia metienda sunt: negliget leges, easque perrumpet, si poterit, is, qui sibi eam rem fructuosam putabit fore. Ita fit ut nulla sit omninò justitia; si neque natura est, & ea, quæ propter utilitatem constituitur, utilitate [k] alia convellitur.

k Turneb. illa. MSS. ipsa.

43 Atqui, si natura confirmatura jus non erit, [79] virtutes omnes tollantur. ubi enim liberalitas, ubi patriæ caritas, ubi pietas, ubi aut bene merendi de altero, aut referendæ gratiæ voluntas poterit exsistere? nam hæc nascentur ex eo, quòd naturâ propensi sumus ad diligendos homines: quod fundamentum juris est: neque solùm in homines obsequia, sed etiam in deos cæremoniæ religionesque tolluntur: quas non metu, sed ea conjunctione, quæ est homini cum deo, conservandas puto.

XVI. Quòd si populorum jussis, si principum decre-

78. *Ut Dictator.*] Eam opinor legem intelligit, qua summum in cives imperium citra provocationem dictatori permittebatur, ut indicta etiam causa in eos animadverteret. nam quibus consulibus creatus sit dictator, historici fere non produnt, ut tum interregnum fuisse videatur. Festus, *ut optima lege* in creando populi magistro, qui dictator est, solitum fuisse aliquando dici tradit, qua quam plenissimum jus significabatur. Posteaquam vero provocatio ab eo magistratu ad populum data est, quæ antea non erat, desitum esse dici, *ut optima lege*, utpote imminuto jure magistrorum populi. Vel eam potius intelligit (atque hoc verius puto) quam L. Flaccus interrex de Sulla tulit, ut omnia, quæcunque ille fecisset, essent rata. Cicero in Rull. *Omnium legum iniquissimam dissimillimamque legis esse arbitror eam, quam L. Flaccus interrex de Sulla tulit, ut omnia, quæcunque ille fecisset, essent rata.* Turnebus.

79. *Virtutes omnes tolluntur.*] Omnes libri habent *tollantur.* Suspicantur quidam *tollentur.* Sic enim statim post: *Sed etiam in deos cæremoniæ religionesque tolluntur*, quod non procedit, propter conjunctionem tempora similia & modos postulantem, si hic legas *tollantur*, vel *tollentur.* Scheffer.

80. Eas-

eretis, si sententiis judicum, jura constituerentur; jus esset latrocinari: jus, adulterare: jus, testamenta falsa l subjicere MS.
l supponere, si hæc suffragiis, aut scitis multitudinis probarentur. m Quæ si tanta potestas est stultorum sententiis atque jussis, ut eorum suffragiis rerum natura vertatur: cur non sanciunt, ut, quæ mala perniciosaque sunt, habeantur pro bonis ac salutaribus? aut cur, cùm jus ex injuria lex facere possit, bonum eadem facere non possit ex malo? Atqui nos legem bonam à mala, nullâ aliâ nisi naturæ normâ dividere possumus. Nec solùm jus & injuria à natura dijudicatur, sed omninò omnia honesta ac turpia. nam & communis intelligentia nobis notas res efficit, [80] easque in animis nostris inchoavit, ut honesta in virtute ponantur, in vitiis turpia.
44
m Quod si Lamb.
P. CLXV.

Hæc autem in opinione existimare, non in natura 45
n posita, dementis est. Nam nec arboris, nec equi virtus, quæ dicitur (in quo abutimur nomine) in opinione sita est, sed in natura. quod si ita est; honesta quoque & turpia naturâ dijudicanda sunt. Nam si opinione universa virtus, eâdem ejus etiam partes probarentur. Quis igitur prudentem, &, ut ita dicam, [81] catum, non ex ipsius habitu, sed ex aliqua re externa judicet? est enim virtus perfecta ratio. quod certè in natura est. igitur omnis honestas eodem modo.
n ponere alii.

XVII. NAM UT vera & falsa, ut consequentia & contraria, sua sponte non alienâ judicantur: sic constans & perpetua ratio vitæ, quæ est virtus, itemque inconstantia, quod est vitium, suâ naturâ probatur. [82] Nos

80. *Easque in animis nostris inchoavit.*] Locus obscurus. suspicatur Turnebus: *Res efficit eas, quæ in animis.* sed non video, quò referri possit *quæ*, non enim ad *res*, quia non procedit, *quæ res inchoavit.* Puto ergo retinendum *easque*, & in *inchoavit* ex præcedentibus intelligendum *notas facere*, hoc est, notitiæ illarum dedit nobis veluti semina & principia. *Scheffer.*

81. *Catum.*] Catum Varro acutum, non sapientem interpretatur, ut *cata signa* apud Ennium, &

Egregiè cordatus homo catus Ælius Sextus.

Et apud Lucilium *cata dicta.* Hic tamen est prudens, sapiens, peritus, contrà quam Varroni videatur. Plutarchus ἔμπειρον interpretatur, id est peritum. Est autem Sabinum vocabulum. Utitur eo Plautus initio Pœnul. *Quas tu sapienter, doctè, cordatè & catè.* Turnebus.

46 [82] Nos ingenia juvenum, non item ad ingenia: naturæ virtutes & vitia, quæ exsistunt ab ingeniis, judicabuntur? an ea non aliter? honesta & turpia non ad naturam referri necesse erit? quod laudabile bonum est, in se habeat quod laudetur necesse est. ipsum enim bonum, [83] non est opinionibus, sed naturâ. nam ni ita esset, beati quoque opinione essent. quo quid dici potest stultius? quare cùm & bonum, & malum naturâ judicetur, & ea sint principia naturæ: certè honesta quoque & turpia simili ratione dijudicanda & ad naturam referenda sunt.

47 Sed perturbat nos opinionum varietas hominumque dissensio: & quia non idem contingit in sensibus, hos naturâ certos putamus: illa, quæ aliis sic, aliis secus, nec iisdem semper uno modo videntur, ficta esse dicimus. quod est longè aliter. Nam sensus nostros non parens, non nutrix, non magister, non poëta, non scena depravat, non multitudinis consensus [84] abducit à vero. Animis omnes tenduntur insidiæ, vel ab iis, quos modò enumeravi, qui teneros & rudes cùm acceperunt inficiunt, & flectunt, ut volunt: vel ab ea, quæ penitus in omni sensu implicata insidet, imitatrix boni, voluptas, malorum autem mater omnium. cujus blanditiis corrupti, quæ naturâ bona sunt, quia dulcedine hac & scabie carent, non cernimus satis.

P. B.

XVIII.

82. *Nos ingenia juvenum, &c.*] Hunc locum partim scripturæ veteris vestigia secutus, partim vocibus aliquot, quæ suo loco motæ fuerant, in ordinem redactis, in integrum restitui. quo facto in facilem & planum reddidi, ut sine interprete ac doctore intelligatur: unum præterea desidero, ut pro *ratione*, legatur, *opinione*. infrà deinceps, priorem negationis particulam, quòd erat supervacanea, delevimus: alteram, immotam atque intactam suo loco reliquimus. *Lambin.* *Nos ingenia juvenum, non item &c.*] Lambinus heic mirè ludit de corio Ciceronis. Quod nos repræsentamus, nititur auctoritate Victorii, quam antiquis libris sustentatam affirmavit Turnebus: cui quis fidem deneget? *Gruter.* Scilicet Lambinus ita edidit: *Nos ingenia juvenum non ratione, sed naturâ judicamus. cur non item ab ingenita natura virtutes & vitia, quæ existunt, ab ingeniis judicabimus? An ea aliter quam honesta, &c.*

83. *Non est opinionibus sed naturâ.*] Sic etiam omnes Pall. & Gulielmiani. vulgata nuper *in opinionibus sed in natura:* quomodo nec Aldus senior. *Gruter.*

84. *Abducit à vero: animis omnes tenduntur insidiæ.*] Victorius & Turnebus publicarunt, *abducit: at vero animis omn. &c.* & sic ferè mss. nostri. nihil tamen muto. *Idem.*

85. Sic

XVIII. SEQUITUR, ut conclusa mihi jam hæc sit 48
omnis ratio, (id quod ante oculos [o] ex iis est, quæ o est ex iis
dicta sunt) & jus, & omne honestum, sua sponte esse Lamb.
expetendum. Etenim omnes viri boni ipsam æquitatem & jus ipsum amant, nec est viri boni, errare & diligere, quod per se non sit diligendum. Per se igitur jus est expetendum & colendum. quòd si jus est: etiam justitia. [85] sic in ea reliquæ quoque virtutes per se colendæ sunt. Quid? liberalitas gratuitane est, an mercenaria? si sine præmio [p] benigna est, gratuita: p benignus MS.
si cum mercede, conducta: nec est dubium, quin is, qui liberalis benignusve dicitur, officium, non fructum sequatur. Ergo item justitia [86] nihil exprimit præmii, nihil pretii. per se igitur expetitur. eademque omnium virtutum causa atque sententia est.

Atque etiam si emolumentis, non [87] sua sponte vir- 49
tus expenditur, una erit virtus, quæ malitia rectissimè dicetur. Ut enim quisque maximè ad suum commodum refert quæcumque agit, ita minimè est vir bonus; ut, qui virtutem præmio metiuntur, nullam virtutem, P. CLXVI.
nisi malitiam putent. Ubi enim beneficus, si nemo alterius causâ benignè facit? ubi gratus, [88] si non eum ipsum cernunt grati cui referunt gratiam? [q] ubi illa q tibi ulla
sancta MS.

85. *Sic in ea.*] Hæc vetus & bonorum librorum scriptura est, estque hæc sententia plane Stoica. Nam Stoici in una virtute etiam reliquas inesse cernique censent. Sunt enim virtutes ipsæ inter se colligatæ & implicatæ, & qui unam habet reliquas habet. *Turnebus.*

86. *Nihil exprimit præmii.*] Sic Pal. quart. Fabric. editique à Turnebo. vulgata *expetit.* Gruter. *Nihil exprimit.*] Id est extorquet, præmii scilicet causâ. non intellexerunt vulgo hoc vocabulum, itaque ex eo fecerunt *expetit.* Noster in Orat. pro Quint. *Extorquendum est invito atque ingratiis, quod non debet, eripiendum atque exprimendum est de fortuitis omnibus.* Scheffer.

87. *Sua sponte virtus expenditur.*] Est à Victorii editione, cui accedit Turnebiana, nisi quod ea *suapte.* Minus recte: quod inde colligo quod mss. nostri quatuor exhibeant solùm *suapte*, non etiam *sponte*, tanquam si utraque vox conflata esset in unam. vulgg. *suâ naturâ virtus expetitur.* Gruter.

88. *Si non eum ipsum cernunt grati cui referunt gratiam?*] Est à Palatt. item Fabr. expressitque Aldus Nepos. neque recedunt Victorius aut Turnebus, nisi quod ii, *ipsi cernunt.* liber S. Victoris habet tantum: *si non eum ipsi cernunt grati? ubi illa &c.* ante cusi, *eum ipsum, cui referunt gratiam, ipsi cernunt grati?* Gruter.

ſancta amicitia, ſi non ipſe amicus per ſe amatur toto pectore, ut dicitur? qui etiam deſerendus, & abjiciendus eſt, deſperatis emolumentis & fructibus. quo quid poteſt dici immanius? Quòd ſi amicitia per ſe colenda eſt, ſocietas quoque hominum, & æqualitas, & juſtitia, per ſe expetenda. Quod ni ita eſt, omninò juſtitia nulla eſt. id enim injuſtiſſimum ipſum eſt, juſtitiæ mercedem quærere.

XIX. QUID verò de modeſtia, quid de temperantia, quid de continentia, quid de verecundia, pudore pudicitiaque dicemus? infamiæne metu [89] non eſſe petulantes: an legum & judiciorum? Innocentes ergo & verecundi ſunt, ut bene audiant, & ut rumorem bonum colligant? [90] Erubeſcunt pudici etiam loqui de pu-

89. *Non eſſe petulantes.*] Superioribus omnibus petulantiam opponit, quæ eſt hominum immodeſtorum, intemperantium, incontinentium, inverecundorum, impudentium, poſtremo impudicorum. Sic de Finib. lib. II. hunc locum tractat, *jam ſi pudor, ſi modeſtia, ſi pudicitia, ſi uno verbo temperantia pœnæ aut infamiæ metu coërcebuntur, non ſanctitate ſe tuebuntur ſua, quod adulterium, quod ſtuprum, quæ libido ſe non proripiet ac projiciet, aut occultatione propoſita, aut impunitate, aut licentia.* Turneb.

90. *Erubeſcunt.*] Quod pudoris eſt, Pudici autem ſunt, qui florem ætatis fruendum abutendumque aliis non permittunt. Nam impudici ſunt qui muliebria patiuntur. Id ex illa Saluſtii dictione intelligi poteſt: *Scio fuiſſe nonnullos qui ita exiſtimarent, juventutem quæ domum Catilinæ frequentabat, parum honeſtè pudicitiam habuiſſe.* Et mox: *quid enim? poſſumus eos quia ſtupro arcentur, infamiæ metu pudicos dicere?* Lex autem Scatinia in impudicos erat lata. In libro ſcripto ſic legitur: *Pudici etiam loqui de pudicitia.* Suſpicor lacunam eſſe, locumque de pudicitia deeſſe, ut ſupra de amicitia locus ſcribebatur. Ac fortaſſe hujus loci mutilandi cauſa fuit. quod aliquid obſcœnius hic Cicero dicebat. *Turnebus.* *Colligant? erubeſcunt pudici etiam loqui de pudicitia.*] Sic Victoriana & Turnebiana; neque aliter membranæ S. Victoris, quàm quod meliore forſan poſitu, *de pudicitia loqui.* nihil hac lectione certius; ut nihil ineptius Lambinianâ. Eâ potior eſt Pal. quarti: *colligant, erubeſcunt. Pudet jam loqui quod pudicitia* &c. &c. ut fuerit ἀποσιώπησις. neque aliter tertius aut Fabricianus, quàm quod ii, *loqui de pudicitia.* retrò vulgata habebat: *erubeſcunt: & pudet impudica loqui.* &c. Gruter. *Erubeſcunt pudici etiam loqui de pudicitia.*] Repete τὸ *ergo* ex ſuperioribus, niſi mavis contrariam ſententiam hic inferre, quaſi dicat, adeo hoc non faciunt, ut ruborem colligant, ut erubeſcant, etiam cum de pudicitia loquuntur. Ex pudore, ſeu rubore, qui metu nullo imperari poteſt, ſed a natura ipſa oritur, colligit de pudicitia, ut ex effectu de cauſa, illam quoque exiſtere nullo ex metu. Sed quomodo eu-

pudicitia. [91] ac me nimis istorum philosophorum pudet, qui nullum vitium vitare, nisi judicio ipso [r] notatum, putant. — r mulctatum *alii.*

Quid enim? possumus eos, [s] qui à stupro arcentur infamiæ metu, pudicos dicere, cùm ipsa [92] infamia propter rei turpitudinem consequatur? nam quid aut [93] laudari ritè, aut vituperari potest, si ab ejus natura [t] recesseris, quod aut laudandum, aut vituperandum putes? an corporis pravitates, si erunt [94] perinsignes, habebunt aliquid offensionis: animi deformitas non habebit? cujus turpitudo ex ipsis vitiis facillimè percipi potest. quid enim fœdius avaritia, quid immanius libidine, quid contemptius timiditate, quid abjectius tarditate & stultitia dici potest? Quid ergo? eos, qui singulis vitiis excellunt, aut etiam pluribus; propter damna, — 51 — s qui stupro *alii.* — t recesserit *Turneb. & alii.*

erubescunt loqui de pudicitia? Nempe quia pudicitia propriè loquendo intelligitur de corpore, cum sunt incorrupta & inviolata membra, quæ honeste nominari nequeunt. Hoc modo Ovidius

—— Nulla reparabilis arte
Læsa pudicitia, deperit illa semel. Schefferus.

91. *Ac me nimis istorum philosophorum pudet.*] Egregiè hunc locum correxi ex Pall. meis & Fabriciano. olim enim cusi, *Ac me nimirum istorum Phil.* Victorius abjecerat *nimirum*, neque comparet in codice S. Victoris. cohærent hæc cum superioribus; neque quidquam deest, ut videbatur Turnebo. *Gruter.*

92. *Infamia propter rei turpitudinem consequatur.*] Victorii editio *formidinem*; neque aliter S. Victoris volumen, aut Pal. tert. restat tamen alterum in ceteris nostris. *Gruter.* *Cum ipsa infamia.*] Hæc obscura sunt. Quid enim vult illud *ipsa?* Num ad *infamia* referri debet? habebit ergo quandam emphasin, quam hic difficulter intelligo. Mallem ego referre ad *stupra.* Sensus est: non possunt evitari stupra propter infamiæ metum, quia prius facta sunt stupra, ea deinde notata infamia. Notata ergo infamia, non quòd ante, quàm fierent, decretum quoddam notanda statuisset, sed quod propter naturæ suæ turpitudinem infamia sequeretur. *Schefferus.*

93. *Laudari ritè aut vituperari potest.*] Ita ferè pluteari nostri, nisi quod quart. & Fabr. *laudari à te.* Turnebus induxit è mss. *laudare, Tite, aut vituperare potes.* non sequor. *Gruter.*

94. *Perinsignes.*] Signo & vitio corporis notabiles. Unde insignes & insigniti dicuntur interdum; quibus aliquid depravatum est in corpore, & deforme lib. III. de Legib. *Insignis ad deformitatem puer.* Plautus:

Ea mihi insignitos pueros pariat postea:
Aut varum, aut valgum, aut compernem aut patum, aut brochum. Turnebus.

95. Et

uc quidem, Pom-
d ego planè vellem
niam & Zenonem
ndo? M. Quia de — Pag. CLXVII.
congruunt.
nſio? M. 54
anti- a unane eſt
Vict.
nihil,

3321
orum pu-
notae multa-
tium alii

c quidem
af- Vict. non
habet.
dico,

Att.

Vel ſic
eſſet, nihil
nihil, abeſſe
me movent
mendoſa.
noſtris qua-
Turnebus non
quos oſtendit
iam inſpici
putarit bo-
legitur niſi
riptores lo-
validiſſima,
numerus, id
adcorpora-
Turneb.
qua dirimat
ruam verò
et vulgato,
nim quart.
mat omnia.
qua dirivat
ribat omnia.
1. Du

P. B. damna, aut detrimenta, aut cruciatus aliquos, miseros esse dicimus, an propter vim turpitudinemque vitiorum? quod item ad contrariam laudem in virtutem dici potest.

52 [v]Postremò, si propter alias res virtus expetitur, melius esse aliquid, quàm virtutem, necesse est. Pecuniamne igitur? an honores? an formam? an [x]valitudinem? quæ &, cùm adsunt, perparva sunt; &, quàm diu affutura sint, certum sciri nullo modo potest. an, (quod turpissimum dictu est) voluptatem? at in ea quidem spernenda & repudianda, virtus vel maximè cernitur. Videtisne, quanta series rerum sententiarumque sit: atque ut ex alio alia nectantur? quin labebar longiùs, nisi me retinuissem.

v Nam si *alii.*
x valet. *alii.*

XX. Q. Quò tandem? libenter enim, frater, [y]ad istam orationem tecum prolaberer. M. Ad finem bonorum, quò referuntur, 95 & cujus apiscendi causâ sunt facienda omnia: controversam rem, & plenam dissensionis inter doctissimos, sed aliquando tamen judicandam.

53 Att. Quî istuc fieri potest, L. Gellio mortuo? M. Quid tandem id ad rem? Att. Quoniam Athenis audire ex 96 Phædro meo memini, Gellium, familiarem tuum, cùm [z]proconsule ex prætura in Græciam venisset, Athenis philosophos, qui tum erant, in locum unum convocasse, ipsisque magnopere auctorem fuisse, ut aliquando controversiarum aliquem facerent modum. quòd si essent eo animo, ut nollent ætatem in litibus conterere, 97 posse rem convenire: & simul operam suam illis esse pollicitum, si posset inter eos ali-

y num ista orat. *alii.*
z proconsul *alii.*

95. *Et cujus apiscendi causâ.*] Est à Victorio. nam Turnebus *ascisc endi.* prius publicati verbum illud non habebant, neque extat in Pal. tert. nam quart. *asciendi.* Fab. *ascendi.* Gruter.

96. *Phædro.*] Phædrus Philosophus Epicureus fuit, quem cum Attico Cicero audivit. Cic. lib. I. de Finib. *Nisi tu Phædrum, inquam, mentitum, aut Zenonem putas, quorum utrumque audivi, cum mihi nihil sane præter sedulitatem probarent, omnes mihi Epicuri sententiæ satis notæ sunt, atque eos quos nominavi cum Attico nostro frequenter audivi: cum miraretur ille quidem utrumque, Phædrum autem etiam amaret.* Turneb.

97. *Posse rem convenire.*] Forsan interserendum, *posse rem tum convenire.* nam est in Pal. quart. *cum*, in tert. *cum eo.* in S. Vict. *& conv.* aliquid latet aut videntur mox expungenda; *si posset inter eos aliquid convenire.* Gruter.

98. *Hic*

aliquid convenire. M. Joculare istuc quidem, Pomponi, & à multis sæpe derisum. sed ego planè vellem me arbitrum inter antiquam Academiam & Zenonem datum. Att. Quo tandem istuc modò? M. Quia de re una solùm dissident, de ceteris mirificè congruunt. Pag. CLXVII. Att. Ain tandem? [a] una de re est solùm dissensio? M. 54 Quæ quidem ad rem pertineat, una: quippe cùm antiqui omnes, quod secundùm naturam esset, quo juvaremur in vita, bonum esse decreverint: hic, [b] nisi quod honestum esset, [98] nihil putarit bonum. Att. [99] Perparvam verò controversiam dicis, ac non eam, quæ dirimat omnia. M. Probè quidem sentis, si re, ac non verbis dissiderent.

a unane est *Vict.*

b nihil, nisi *alii.*

XXI. Att. Ergo assentiris Antiocho familiari meo (magistro enim non audeo dicere) quocum vixi, & qui me ex nostris pænè convellit hortulis, deduxitque in Academiam perpauculis passibus. M. Vir iste fuit ille [c] quidem prudens & acutus, & in suo genere perfectus, mihique, ut scis, familiaris: cui tamen ego assentiar in omnibus, necne, mox videro: hoc dico, controversiam totam istam posse sedari.

c quidem *Vict. non habet.*

Att.

98. *Hic nihil nisi quod honestum esset, putaverit bonum.*] Vel sic legendum, vel, ut vulgò, *hic, nisi quod honestum esset, nihil put. bon.* Nam quod Turnebus, ait negantem vocem *nihil*, abesse à veteribus libris, neque desiderari, nugas agit. neque me movent petita è Columella & Solino exempla, quia sunt mendosa. *Lambin.* *Nihil putarit bonum.*] Vox *nihil* abest mss. nostris quatuor; & vero non admisit Victorius, indicavitque Turnebus non agnosci à libro suo veteri. & sic interdum loqui antiquos ostendit exemplis. Consulatur. *Gruter.* De quibus tamen etiam inspici possunt paterna ad Livium XXXIV, 16. *Gronov.* *Nihil putarit bonum.*] Sic recte: in veteri tamen libro sine negatione legitur *nisi quod honestum esset, putarit bonum*, ac sic interdum scriptores loquuntur. *Columella, quo magis etiam propter hos casus nisi validissima, qua non comprehendatur hyeme novaque progenie repleatur numerus, id est, solùm vel non nisi.* *Solinus: & carinis ita tenaciter adcorporatur, ut nisi abrasa parte ligni separetur*, id est, *non nisi.* Turneb.

99. *Perparvam verò controversiam dicis, ac non eam quæ dirimat omnia.*] Lectio controversa. nam edidit Victorius, *Parvam verò contr. dicis. at nona * quæ dirimat omnia.* Turnebus adhæret vulgato, nisi quatenus reposuit *parvam*, quomodo & Pal. tert. at enim quart. *perparum verò controversiæ dicis.* Cic. *An non eam quæ dirimat omnia.* S. Victoris liber: *Perp. v. contr. dicis ac nosiam omnia quæ dirivat omnia:* unde Gulielmius conjicit, *ac non communia quæ diribat omnia.* Gruter.

1. Quin

55 Att. [1] Quin iſtuc tandem vides? M. Quia, ſi, ut Chius Ariſto dixit, [2] ſolum bonum eſſe diceret, quod honeſtum eſſet, malumque, quod turpe, ceteras res omnes planè pares, ac ne minimum quidem, utrùm adeſſent, an abeſſent, intereſſe: valde à Xenocrate & Ariſtotele, & ab illa Platonis familia diſcreparet, eſſetque inter eos de re maxima, & de omni vivendi ratione diſſenſio. Nunc verò cùm decus, quod antiqui ſummum bonum eſſe dixerunt, hic ſolum bonum dicat: item dedecus, quod illi ſummum malum, hic ſolum: divitias, [d] valitudinem, pulcritudinem, commodas res appellet, non bonas: paupertatem, debilitatem, dolorem, incommodas, non malas: ſentit idem, quod Xenocrates, quod Ariſtoteles: loquitur alio modo. Ex hac autem non rerum, ſed verborum diſcordia, controverſia nata eſt de finibus: in qua [3] quoniam uſucapionem XII. tabulæ [4] inter quinque pedes [5] eſſe voluerunt,

d valet. *alii.*

P. B.

1. *Quin iſtuc tandem vides?*] Eſt a Victorii editione, cui adſtipulatur Fabricianus; etiam Pal. quart. niſi quod is præterea, *tandem ne.* Gruter. *Quin* Scheffero videbatur ortum ex compendio ſcripturæ, quare ipſe *quinam* legebat.

2. *Solum bonum eſſe diceret, quod honeſtum.*] Pall. noſtris, item Gulielmianis non adeſt illud *diceret*, habetque quart. ac Fabr. *eſſet*; infra quoque *intereſſet*, pro *intereſſe.* de qua ſcriptura deliberent quibus pluſculum eſt otii. *Gruter.* *Solum bonum eſſe diceret.*] Illud *diceret* abeſt a pleriſque veteribus, in quibus legitur *eſſet*, & mox *intereſſet*. Puto ſcripſiſſe Noſtrum, *quia ſi, ut chius Ariſto*, dixit *ſolum bonum eſſe, quod honeſtum eſſet*, & poſtremo *abeſſent*, *intereſſe.* Vitium ex ea natum, quia τὸ *dixit* referebat ad proximum Ariſto, hinc mox alii ex *eſſe* fecerunt *eſſet*, alii adjecerunt *diceret.* Tò *dixit* non tam ad Ariſtonem, quam Zenonem referre debemus, de quo ab initio locutus eſt. *Scheffer.*

3. *Quoniam uſucapionem.*] Hunc locum Alciat. ita ex Aggenio Urbico & Julio Nypſo declarat: *Lege* XII. *tabular. cantum erat, ut inter vicinorum prædia conſtitutis finibus, quinque pedum ſpatium relinqueretur, qua ire, agere, uterque dominus poſſet, itemque ut circumverti aratrum poſſet.* Id ſpatium uſucapi eadem lege prohibebatur: deinde poſt Decemviros lata eſt lex Manilia, vel Mamilia, ut in libris ſcriptis reperio; quæ, quoties de his quinque pedibus controverſia eſſet, eligi arbitrum agrimenſorem aut finitorem juſſit, qui fines eos regeret & conſtitueret. Ultra vero quinque pedes, quoniam lis non finalis ſed proprietatis eſt, Prætor adeundus erat. Locus autem eſt ex ambiguo, de Finibus agrorum & bonorum. *Turnebus.*

4. *Intra quinque pedes.*] *Inter quinque pedes eſſe voluerunt.* Scripti libri habent: Alciatus *noluerunt* probat, *legis autoritate adductus,*

in-

it, depasci veterem possessionem Academiæ ab hoc acu-

us hæc verba sunt de controversiis agrorum: de rigore controversia finitimæ conditionis, quoties inter duos pluresve terminos ordinatos, qua alia signa secundum legem Maniliam vel Mamiliam, ut reperie, a quinque pedes agitur. Sed intra quinque pedes est controver-, cum de illis quinque finalibus pedibus lis est: Inter quinque es, cum de possessione, prædio, agro, inter quinque pedes, est, inter limites clauso, lis est. Nam nunc agitur de possesne & fundo Academiæ, quem Zeno usucapere conatur. Biennenim lege XII. Tabul. fundus usucapiebatur: nullo tempore capiebantur limites quinûm pedum: etiam si quis, verbi gralimitem viginti annis arasset & sevisset. Quod afferunt de onis lege, hunc locum non illustrat. *intra* & *voluerunt* si legas, eodem sensu accipi poterit. *Turnebus.* *Inter quinque pedes esse uerunt.*] Haud secus editi omnes ante Victorium, is publicavit, a q. p. esse noluerunt; quomodo legi voluerat Alciatus; cujus ones ex Aggenio videantur tit. Cod. Finium reg. nostræ scriræ accedunt Pall. & codex S. Victoris, item Fabricianus, imò Turnebi veteres, qui item consulatur hoc loco. *Gruter.* *Intra nque pedes voluerunt.*] Ita habent libri omnes, contra quos torius, Alciatus, alii, *noluerunt*. Puto *voluerunt* esse rectum. m si noluerunt illæ leges, quid ita sequitur, *depasci non sine-s?* An potuerunt sinere contra leges, aut alter depascere, leus hoc prohibentibus? Puto ego, duplicem fuisse controvern de agris, alteram attingentem solos fines, alteram, pars eorum. Finium controversiam, cum quæretur de spatio, nque pedes non excedente latitudine sua. Aliam, si de spatio jori. In hoc quinque pedum spatio usucapionem concessisse es duodecim tabularum, non in majori, ac propterea fuisse is, ut qui usucapione fines suos nollet amittere, per controsiam de finibus regundis jus suum tueretur. Hoc ita se habecolligo ex Constitutione Constantini, quæ extat in Codice eodoł. his verbis: *Cunctis motibus & machinis amputatis finalibus iis omnem modum, quem præscribimus, ac de eo tantum spatio, esse pedum quinque, qui veteri jure præscripti sunt, sine observatione temporis arbitros jussimus judicare. Quod si sola in Controvers veniant, solenniter judicare cognoscat.* Ostendunt utique hæc ba fuisse præscriptionem illorum quinque pedum *veteri jure*, id ego accipio de legibus duodecim tabularum, existimoque, tea jus illud immutatum per legem istam Constantini; quia ninatim dicit arbitros debere judicare, *sine observatione temporis*, escriptionem firmantis, quod nimirum ante faciebant sequenlegem XII. tabularum. Mamiliam autem legem censeo perisse arbitros in disceptatione de finibus, de quibus arbitris nil t definitum lege veteri. Habet alia Goesius in Notis ad Agrinsores pag. 189. sed hæc verbis Ciceronis convenientissima viitur. *Scheff.*

. *Esse voluerunt.*] Rectè, *noluerunt*, legit Jurisconsultorum nceps Alciatus in libello de quinque Pedum Præscriptione. & pau-

acuto homine non finemus; nec [6] Mamilia lege singuli; [7] sed ex iis tres arbitri fines regemus.

56 Q. Quamnam igitur sententiam dicimus? M. Requiri placere terminos, quos Socrates [8] pegerit: iisque parere. Q. Præclarè, frater, jam nunc à te verba usurpantur civilis juris & legum: quo de genere exspecto [e] disputationem tuam. nam ista quidem magna dijudicatio est, ut ex te ipso sæpe cognovi. Sed certè res ita se habent, ut ex natura vivere, summum bonum sit, id est, vita modica, [9] & apta virtute perfrui: aut naturam sequi, & ejus quasi lege vivere, id est, nihil, quantum in ipso sit, prætermittere, quo minùs ea, quæ natura postulet, consequatur, quod inter hæc velit [f] virtute tamquam lege vivere. Quapropter hoc dijudicari nescio an [g] umquam, sed hoc sermone certè non potest, si quidem id, quod suscepimus, perfecturi simus.

e dubitationem *MSS.*

f virtutem *MS.* è virt. *Lamb.* virtutum *Gul.*

g nunquam *Lamb.*

XXII.

paulò post, *Sed nos tres arbitri.* P. Manut.

6. *Nec Manilia cum sing. &c.*] In Veneto hic locus, ut videtur, multo integrior ita reperitur, *Nec Manilia lege singuli, sed ex iis tres arbitri finis regemus.* Camerar. *Mamilia lege.*] Sic Fabr. & S. Vict. item vet. liber Claudii Puteani: alluduntque literæ Pal. tertii in quo *Manubia.* vulgati olim *Manilia.* Gruter.

7. *Sed ex iis tres arbitri.*] Pall. *his.* S. Victoris *hiis.* Fabr. *iis.* Victorii editio exclusit illud, *ex iis*, supposuitque *nos.* verum argutè finxit Ranconnetus de priore, *sed ex* XII. *tres arb.* ut monuit Turnebus lib. IV. Adversar. cap. 24. quod statim in contextum admisit Lambinus. quàm benè, ipse viderit. consulatur tamen & Cujacius libro V. observat. cap. 21. ubi & propugnat emendationem hanc Æmarianam. *Idem.*

8. *Pegerit.*] Sic libri veteres, id est, fixerit, a *pango*, quod, ut ait Priscianus, *pegi* facit, & *pepigi.* Pacuvius, *Tonsillam pegi lævo in littore.* Quia a *paciscor* deducunt, & ab origine & a sententia aberrant. Nam hic de pactione non agitur, sed de terminorum positione. *Turnebus. Pegerit.*] Est à Turnebi scriptis, neque secus S. Victoris liber. præteritum scilicet à *pango* notatum Prisciano. editi olim, *pepigerit.* Gruter.

9. *Et apta virtute.*] Ita habent libri optimi, quod Turnebus exponit, *virtute perfrui bonis modice suppeditata*, quod fateor me haud intelligere. Quomodo enim cohærent, *bonis suppeditata?* ego simpliciter conjungo *perfrui virtute*, non *apta virtute*, ut sit sensus, summum esse bonum, vitam modicam & aptam, i. e. convenientem, usibus videlicet, necessitatibusque, non affluentem nimis, tenuem, si quis perfruatur ea, *virtute*, h. e. una cum virtute. *Scheffer.*

10. Nam

XXII. ATT. At ego huc declinabam nec [h] invitus. 57
Q. Licebit aliàs: nunc id agamus, quod cœpimus; h invitis MS.
cùm præsertim ad id nihil pertineat hæc de summo malo bonoque dissensio. M. Prudentissimè, Quinte, dicis. [10] nam quæ à me adhuc dicta sunt, * Q. Nec Lycurgi leges, nec Solonis, neque Charondæ, neque Zaleuci, nec nostras XII. tabulas, nec plebiscita desidero: sed te existimo cùm populis, tùm etiam singulis hodierno sermone leges vivendi & disciplinam daturum.

M. Est hujus verò disputationis, Quinte, proprium 58
id, quod exspectas: atque utinam esset etiam facultatis meæ! Sed profectò ita se res habet, ut, quoniam vitiorum emendatricem, legem esse oportet, commendatricemque virtutum, ab ea vivendi doctrina ducatur. Pag. CLXVIII.
Ita fit, ut mater omnium bonarum artium sapientia sit: à cujus amore Græco verbo philosophia nomen invenit: qua nihil à diis immortalibus uberius, nihil florentius, nihil præstabilius hominum vitæ datum est. hæc enim una nos cùm ceteras res omnes, tum, quod est difficillimum, docuit, ut nosmet ipsos [11] nosceremus: cujus præcepti tanta vis, tanta sententia est, ut ea non homini cuipiam, sed Delphico deo tribueretur.

Nam qui se ipse norit, primùm aliquid sentiet se ha- 59
bere

10. *Nam quæ à me adhuc dicta sunt.*] Locum totum ita restituebat Lambinus: *Nam quæ à me adhuc dicta sunt è media Philosophia ducta sunt. Tu autem alicujus civitatis leges fortasse desideras. Q. Equidem nec Lycurgi leges, &c.*

11. *Nosceremus.*] Sapientum sententiæ Delphis in Apollinis templo sculpebantur, & tanquam oracula deo attribuebantur. Hæc enim Chilonis & Lacedæmonii Plin. lib. VII. *Rursus mortales oraculorum societatem dedêre Chiloni Lacedæmonio, tria præcepta ejus Delphis consecrando, quæ sunt hæc: Nosse se quemque; &, nihil nimium cupere; Comitem æris alieni atque litis esse miseriam.* Non desunt qui Delphici oraculi vocem dicunt. Cuidam enim quo ad beatitudinem itinere perveniret, consulenti: Si te, respondit deus, *noveris:* quos sequi Cicero videtur. *Nosce autem te ipsum, ita prima Tuscul. explicat: Est illud quidem vel maximum, animo ipso animum videre: & nimirum hanc habet vim præceptum Apollinis, quo monet ut se quisque noscat. Non enim, credo, id præcipit ut membra nostra & staturam figuramve noscamus: neque nos corpora sumus, neque ego hæc dicens corpori tuo dico. Quum igitur nosce te dicit, hoc dicit, nosce animum tuum.* Turneb.

i genium-que *Gul.*

k sua ornatus *Gul.*

bere divinum, [i] ingeniumque in se suum, sicut simulacrum aliquod, dedicatum putabit; tantoque munere deorum semper dignum aliquid & faciet, & sentiet: &, cùm se ipse perspexerit, totumque tentarit, intelliget, quemadmodum à natura [k] subornatus in vitam venerit, quantaque instrumenta habeat ad obtinendam adipiscendamque sapientiam: quoniam principio rerum omnium quasi adumbratas intelligentias animo ac mente conceperit: quibus [12] illustratus, sapientia duce, bonum virum, & ob eam ipsam causam cernat se beatum fore.

60 XXIII. NAM CÙM animus, cognitis perceptisque virtutibus, à corporis obsequio indulgentiaque discesserit, voluptatemque, sicut labem aliquam decoris oppresserit, omnemque mortis dolorisque timorem effugerit, [13] societatemque caritatis coierit cum [14] suis, omnesque naturâ conjunctos, suos duxerit, cultumque deorum, & puram religionem susceperit, & exacuerit illam, ut oculorum, sic ingenii aciem, ad bona deligenda, & rejicienda contraria: quæ virtus ex provi-

den-

12. *Illustratus.*] Quibus tanquam illuminatus ope sapientiæ. Sunt enim alioqui, ut supra dictum est, obscuræ. Aliâs legitur *quibus illustratis.* Non est autem, ut quidam sentiunt, idem inchoata intelligentia & enodata. Nam inchoata enodata non est: *Cic. in Topic. de intelligentia: ea est, inquit, insita & ante percepta cujusque forma cognitio enodationis indigens.* Sed hôc falsi sunt, quia supra pro *nec satis enodavit*, legerunt *necessarias enodavit.* Nam non sunt absolutè enodatæ illæ intelligentiæ, sed non satis enodatæ. *Turneb.*

13. *Societatemque caritatis coierit cum suis, &c.*] Sic legendum est, non, ut vulgò, *societatémque carnis ejecerit, &c.* nam locutio hæc Latina non est. Nemo enim Latinè sciens ita loquitur, *ejicere societatem carnis*, ut quidam ἀλαζὼν nugatur, pro ejicere vitia, quæ ex cogitatione corporis exsistunt, aut, removere se à contagione corporis: deinde omnes codices veteres habent partim mendosè, *conicerit*, partim emendatè, *coierit*, nulli *ejecerit.* Cetera præterea quæ à vulgata lectione discrepant, recta sunt, & germana Ciceronis, & ex antiqua scriptura expressa. *Lambinus.* *Societatemque caritatis coierit cum suis &c.*] Non est isthuc à conjectura Turnebi, ut autumat Mich. Brutus, sed à libris veteribus: neque aliter etiam Victorii editio, nisi quod ea, forte typothetæ errato, *conjecerit*; quomodo tamen exemplar S. Victoris. Pal. quartum habebat ad oram *caritatis tenuerit.* Gruter.

14. *Suis omnibusque naturâ conjunctos.*] *Suis conjunctos* non video quo sensu legatur. rectius videretur, *sibi.* P. Manut.

15. Ve-

discendo est appellata Prudentia: quid eo dici, aut excogitari poterit beatius?

Idemque cùm cœlum, terras, maria rerumque omnium naturam perspexerit, eaque unde generata, quò recurrant, quando, quo modo obitura, quid in iis mortale & caducum, quid divinum æternumque sit, viderit, ipsumque ea moderantem & regentem pæne prehenderit, seseque non unius circumdatum mœnibus, popularem [l] alicujus definiti loci, sed civem totius mundi, quasi unius urbis, agnoverit: in hac ille magnificentia rerum, atque in hoc conspectu & cognitione naturæ, dii immortales! quàm ipse se noscet? Quod Apollo præcepit Pythius: quàm contemnet, quàm despiciet, quàm pro nihilo putabit ea, quæ vulgo [m] dicuntur amplissima? 61

P. II.

l alicujus loci *edd. vett.*

62

m ducuntur *Lamb.*

XXIV. ATQUE HAEC omnia, quasi sepimento aliquo, vallabit disserendi ratione, [15] veri & falsi judicio, scientiâ & arte quadam intelligendi, quid quamque rem sequatur, & quid sit cuique contrarium. Cumque se ad civilem societatem natum senserit, non solùm illa subtili disputatione sibi utendum putabit, sed etiam fusa latiùs perpetua oratione, qua regat populos, qua stabiliat leges, quâ castiget improbos, quâ tueatur bonos, qua laudet claros viros: qua præcepta salutis & laudes aptè ad persuadendum edat suis civibus: qua hortari ad decus, revocare à flagitio, consolari possit afflictos: factaque & consulta fortium & sapientum, cum improborum ignominia, sempiternis monumentis prodere. Quæ cùm tot res tantæque sint, quæ inesse in homine perspiciantur ab iis, qui se ipsi velint nosse, earum parens est educatrixque sapientia. Att. Laudata quidem à te graviter & verè. Sed quorsum hæc pertinent?

63 M. Primùm ad ea, Pomponi, de quibus acturi jam sumus: quæ tanta esse volumus: non enim erunt, nisi ea fuerint, unde illa manant, amplissima. Deinde facio & libenter, & , ut spero, rectè, quòd eam, cujus studio teneor, quæque me, quicumque sum, effecit, non

P. CLXIX.

15. *Veri & falsi judicandi scientia & arte quadam intelligendi &c.*] In libris manuscriptis ita legitur, *veri & falsi judicio, scientia & arte quadam intelligendi &c.* Urbin.

non possum silentio præterire. 16 Att. Verò facis & meritò, & ipse: fuitque id, ut dicis, in hoc sermone [a] faciundum.

a facundius Grut.

16. *Enim vero facit, & meritò & ipse.*] *Et ipse*, non est in manuscripto. alii *& rectè* legunt. *Ursin.* *Verò facis, & meritò, & ipse &c.*] Est à Victoriana editione, cui accedit codex S. Victoris, etiam Pal. quart. nisi quod is *Verè.* Turnebus publicavit: *Enim verò facit &c.* quód secutus est Aldus Nepos. nam Lambinus antiquum obtinet; multa de suo interspargit. *Gruter.*

M. TULLII CICERONIS DE LEGIBUS, LIBER SECUNDUS.

ATTICUS.

1 I. SED VISNE, quoniam & satis jam ambulatum est, & tibi aliud dicendi initium sumendum est, locum mutemus, & in insula, quæ est [1] in Fibreno, (nam opinor illi alteri flumini nomen esse) sermoni reliquo

1. *In Fibreno.*] Arpinatem Cicer. villam duo fluvii alluebant, Fibrenus & Liris, eamque amœnissimam reddebant & saluberrimam. meminit utriusque fluvii Silius lib. VIII.

Ac qui Fibreno miscentem flumina Lirim
Sulphureum, tacitisque vadis ad littora lapsum
Accolit Arpinas accita pube Venafro.

Vetus liber partim *Fibrinum* partim *Fibrenum* habet. Prior scriptura si vera esset, opinor a fibris duceretur. Sic fibrina lana à fibris animalibus dicebatur. Fibras autem & lutras illis in locis fuisse ex Varrone intelligimus. *Fibrenum* tamen malo. *Turneb.* *In Fibreno.*] Pall, S, Vict, & Fabr, *Fibrino*, quomodo etiam postea fuisse

liquo demus operam, sedentes? M. Sanè quidem. nam illo loco libentissimè soleo uti, sive quid mecum ipse cogito, 2 sive aut scribo, aut lego.

Att. Equidem, qui 3 nunc potissimùm huc venerim, 2 satiari non queo: magnificasque villas, & pavimenta marmorea, a & 4 laqueata tecta contemno. ductus vero aquarum, quos isti 5 Nilos & Euripos vocant, quis non

a *alii* illaqueata, *aut* illa laq.

fuisse in veteri suo testatus est Turnebus. sed infra tamen cap. 3. accedunt vulgato. *Gruter.*

2. *Sive aut scribo, aut lego.*] Est à Victorio. nam editi, *sive aliquid*, quod in solo Pal. tert. quartus enim *sive aliud quid.* S. Vict. *sive aut quid.* quomodo & Fabr. *Idem.*

3. *Nunc potissimum huc venerim.*] Vulgatur passim, *nunc primùm*, sed alterum est in Pall. in Fabr. & S. Vict. exhibuitque olim Victorius ac Turnebus; sed metuerunt sequi ad unum omnes, Sturmius, Camerarius, Lambinus, Aldus Nepos, Brutus. vellem scire causam. *Gruter.*

4. *Laqueata tecta.*] Eleganti lacunari ornata, quod pingebatur inaurabaturque, ait Turnebus: Sed cur laqueata dicta ista tecta? A laquearibus, ait Servius, quæ sunt idem cum lacunaribus, sic dictis a lacu, id est, trabium seu tignorum interstitio, ut censet Vossius. Sed illud trabium interstitium in tectis ædium etiam vulgarium. Disponuntur quippe trabes suis intervallis, eis postea adduntur tabulæ ubique. Qui igitur sic dicantur tecta non vulgaria? Mallem ego derivare a laqueis, quia tecta illa velut laqueis meandrisque erant ornata, qui prominebant extra planum, aliâ aliâque figurâ. Effigiem expressit Servius Architecturæ suæ lib. IV. cap. 12. ubi videas & quid velimus, facile intelligas. *Scheffer.*

5. *Nilos & Euripos.*] Luxuriam quorundam, ut Luculli, Hortensii, Philippi, notat & incessit, qui in villas aquæductus maximis impensis perduxerant. Nili autem & Euripi erant aquæductus & alvei operis sumptuosi, qui aquam fluviorum in morem eductam conciperent; quodque fluviorum & freti angusti, quale Euboicum erat, similitudinem haberent, ideo delicati illi splendidis nominibus nilos & euripos vocabant. de Euripo sic Ausonius.

> *Quid memorem pario contectum marmore fontem,*
> *Euripi fervere freto?*

Hesychius interpretatur εὐρίπους δοχὰς ὑδάτων, id est, receptacula vel conceptacula aquarum. Circumdatus erat euripus Circo Romano. Tertullianus: frigebat dæmonum concilium sine sua matre magna: ea itaque illic præsidet euripo. Cæsar, ut Tranquillus scribit, spatio circi ab utraque parte producto in gyrum, euripum addidit. Euripi etiam meminit Plin. lib. VIII. Primus unum & quinque crocodilos Romæ ædilitatis suæ ludis, M. Scaurus temporario euripo ostendit. Et Spartianus in Heliogabalo, euripis vino plenis navales Circenses exhibuit. Et de nilo Cicero in

non cùm hæc videat, irriserit? Itaque, ut tu paullò antè de lege & jure disserens, ad naturam referebas omnia, sic in his ipsis rebus, quæ ad requietem animi delectationemque quæruntur, natura dominatur. Quare antea mirabar, (nihil enim his in locis nisi saxa & montes cogitabam: idque ut facerem, & orationibus inducebar tuis, & versibus) sed mirabar, ut dixi, te tam valde hoc loco delectari. nunc contrà miror, te, cùm Româ absis, usquam potiùs esse.

P. B. M. Ego verò, cùm licet plures dies abesse, præser-
3 tim hoc tempore anni, & amœnitatem hanc & salubritatem sequor, raró autem licet. Sed nimirum [b] me alia quoque causa delectat, quæ te non attingit [c] ita. Att. Quæ tandem ista causa est? M. Quia, si verum dicimus, hæc est mea, & hujus fratris mei germana patria; hinc enim [6] orti stirpe antiquissima: hìc sacra, hìc gens, hìc majorum multa vestigia. Quid plura? hanc [d] vides villam, ut nunc quidem est, [e] lautiùs ædificatam patris nostri studio: qui cùm esset infirma valitudine, hìc ferè ætatem egit in litteris. sed hoc ipso in loco cùm avus viveret, & antiquo more parva esset villa, ut illa [f] Curiana in Sabinis, me scito esse natum. Quare [g] inest nescio quid, & latet in animo ac sensu meo, quo me plus hic locus fortasse [h] delectet: siquidem etiam ille sapientissimus vir, Ithacam ut videret, immortalitatem scribitur repudiasse.

b ex alia *MS.*
c Tite *Gul.*
d vides *deest in MS.*
e latius *alii.*
f Curiana *deest in eod. MS.*
g id est *edd. vett.*
h electet *MS. & Gul.*

II. Att.

in epist. ad Q. fratrem ita scribit: de Arcano Cæsaris opus est, vel mehercule etiam elegantioris alicujus: imagines enim istæ & palæstra & piscina & nilus multorum Philotimorum est, non Diphilorum. Nilos igitur & euripos negat Fibreno & Liri comparandos esse. Quidam pro nilis Tubos scribunt, adversantibus veteribus libris, cum etiam alioqui tubi non sint aquæductus, sed aquæductuum formæ & canales: nec in tubis esset fluminis similitudo. Lucullus autem, Hortensius & alii perfossis montibus & alveo terræ impresso, in piscinas suas flumina maritima induxerant, quæ nunc nilos & euripos Cicero vocat. *Turnebus.*

6. *Orti stirpe antiquissimâ: hic sacra, hic gens.*] Secutus sum Pal. quart. & Fabricianum exemplar. hactenus cusi, *antiq. summo*, voce supervacua. ceterùm monendus lector, Pall. præterea habere, *hinc sacra, hinc gens.* de quo ipse cogitet licet. *Gruter.*

7. *Nunquid duas habetis patrias?*] Pal. tert. *numquid? duasne habetis patr.* quart. ac Fabr. *Quid? duasne hab. p.?* editi *nunquid vos duas hab.* quod pronomen in nullo est nostrorum, exulatque editione Victorii. *Idem.*

8. Ant

II. ATT. Ego verò tibi istam [i] justam caussam puto, cur huc libentiùs venias atque hunc locum diligas. Quin ipse, verè dicam, sum illi villæ amicior modò factus, atque huic omni solo, in quo tu ortus & procreatus es. movemur enim nescio quo pacto locis ipsis, in quibus eorum, quos diligimus, aut admiramur, adsunt vestigia. me quidem ipsæ illæ nostræ Athenæ non tam operibus magnificis exquisitisque antiquorum artibus delectant, quàm recordatione summorum virorum, ubi quisque habitare, ubi sedere, ubi disputare sit solitus: studioseque eorum etiam sepulcra contemplor. quare istum, ubi tu es natus, plus amabo posthac locum. M. Gaudeo igitur, me incunabula pœne mea tibi ostendisse. 4

i justam *deest in MS.*

Att. Equidem me cognosse admodum gaudeo. Sed 5
illud tamen quale est, quod paullo antè dixisti; hunc locum (idem ego te accipio dicere [k] Arpinum) germanam patriam esse vestram? 7 numquid duas habetis patrias? 8 anne est illa una patria communis? nisi fortè sapienti illi Catoni fuit patria non Roma, sed Tusculum. M. Ego me hercule & illi, & omnibus municipibus duas esse censeo patrias: unam naturæ: alteram, civitatis: ut ille Cato, cùm esset Tusculi natus, in populi Romani civitatem susceptus est. 9 itaque, cùm ortu Tusculanus esset, civitate Romanus, habuit alteram loci patriam, alteram juris: ut vestri Attici, priusquàm Theseus 10 eosdem migrare ex agris, & in astu, quod appellatur, omnes se conferre jussit, 11 & Sunii erant iidem,

P. CLXX.
k ac Arpin. *Scheff.*

8. *Anne est illa una patria.*] Sic ed. Turnebi & vetus S. Victoris. nam vulgatis deest *ne*. Victorius publicat: *est ne una illa patria*. Pal. quart. habet; *an est illa patria*, sine *una*. Grut.

9. *Itaque cum ortu Tusculanus esset, civitate Romanus, habuit alteram.*] Alii sic, cum ortu Tusculanus esset, civitatem Romanam habuit, alteram loci patriam; alteram juris. *Camer.*

10. *Eosdem migrare.*] *Eos demigrare* crederem esse corrigendum. & paulo post, *Videar adduci*, pro *Videam adduci*. P. Manut.

11. *Et Sunii erant iidem & Attici.*] *Sunii* vox duabus mihi de caussis suspecta est, primùm quod à Sunio Suniensis deduci debebat, non Sunius: deindè quod in omnibus veteribus libris *Symphoritides* licet mendosè, quo *Sunii* scriptum reperitur. Quid si *Symphoratores* legas? & ita exponas: Tribules Athenis, priusquam Theseus &c. tum ex ea tribu nomen habuisse in qua censebantur, tum Atticos etiam eosdem nominatos fuisse. Verbi gratia: Δι... *Ursin.* *Symphoritides.*] Satis notum est

 The-

iidem & Attici: sic nos & eam patriam ducimus, ubi nati; & illam, qua excepti sumus. sed necesse est, caritate eam præstare, [12] qua reipublicæ nomen universæ civitatis est: pro qua mori, & cui nos totos dedere, & in qua nostra omnia ponere, & [13] quasi consecrare debemus. Dulcis autem non multo secus est ea, quæ genuit, quàm illa, quæ excepit. itaque ego hanc meam esse patriam prorsus numquam negabo, dum illa sit [14] major, [15] & hæc in ea contineatur.

III. Att.

Thesea tradi primum autorem popularis administrationis fuisse in Attica, & coëgisse regionis illius incolas in unam urbem, cum antè per suos quosdam populos, id est, δήμους per agrum Atticum sparsi essent. Etsi sunt, qui ad Menesthea hoc factum referant. Sed in populari administratione φρατρίαι gentilitatis quædam fuere conjunctiones, quibus familiæ conservarentur. Itaque legendum συμφρατίδας vel συμφατρίδας· nihil enim interesset, planè statuerem. Si inducere animum possem, ut hoc verbo esse usos veteres crederem. Nam eos qui essent quasi gentiles, id est τὸ αὐτὸ φρατρᾶς σύγγενεις nominasse reperimus, non συμφρατίδος. Et hujus tamen etiam vocabuli origo manifesta illa quidem est: nec forma, ut existimo, omnino aliena. Sed etiam hoc in medio, de quo amplius quæratur, relinquamus. Nam quod quibusdam ἐυπατρίδας placuit, vereor ne mutatum audacius existimari possit. *Camerar.* *Et Sunii erant iidem & Attici.*] Est à Victoriana & Turnebiana; quam imitatæ sunt quoque aliæ. prius erat, *& symphradas ex Atticis.* de qua lectione consulatur & Camerarius, & Paulus Manutius. nam mss. nostri mirificè variant. alludunt tamen admodùm emendationi illi Duumvirûm. *Gruter.*

12. *Qua reip. nomen universa civitatis est.*] Pal. tert. *quam R. P.* tert. *qua reip. nomen universa civitatis adepta est.* Lambinus *in qua reip. nomen & univ.* annotat tamen extare in Memmiano, *quæ populi Romani universi civitas est.* nostram lectionem recepere Victorius, Turnebus, Manutii, *Gruter.*

13. *Et quasi consecrare,*] Sumptum ab illis, qui bona sua fortunasque diis consecrabant, quod lege sua Cicero emendat: in qua cavet ne quis agrum consecret, & ut auri, argenti, eboris sacrandi modus sit. Sic, ut apud Livium est, *nonnullorum cum bonis caput etiam consecrabatur.* Liv. lib. III. *Caput ejus Jovi sacrum esset, familia ad ædem Cereris Liberi Liberaque venum irent.*

14. *Major.*] Major patria hic patria communis est ut Roma, ita minor erit patria municipium. Interdum major patria est, quæ à veteribus Græciæ scriptoribus vocatur μητρόπολις, id est, urbs quæ deduxit colonias. *Curtius de Tyriis, Syracusis id simulachrum devexerant Pæni, & in majore locaverant patriâ. Dicitur etiam origo, Sallustius in Jugurthino bello, Pars originibus suis præsidio, alia decori fuere.*

15. *Habet civitates duas, sed illas unam civitatem putat.*] Hæc ver-

III. ATT. RECTE igitur Magnus ille noster, me audiente, posuit in judicio, [16] cum pro Avidio tecum simul diceret, rempublicam nostram justissimas huic municipio gratias agere posse, quòd ex eo [17] duo sui conservatores exstitissent: ut jam videar adduci, hanc quoque, quæ te procreavit, esse patriam tuam. Sed ventum in insulam est. Hac verò nihil est amœnius. ut enim hoc quasi rostro funditur Fibrenus, & divisus æqualiter in duas partes latera hæc alluit, rapidéque [l] dilapsus citò in unum confluit, & tantum complectitur, [m] quod satis sit [18] modicæ palæstræ loci. quo effecto, tam-

6

l delapsus alii.

m quantum alii.

verba plerique libri non habent. Et rectè quidem. Nam quis non videt inculcata esse in contextum disputationis Ciceronianæ, de diligentis lectoris annotatiunculâ, hic veluti summulam illius sibi in margine annotasset? Id quod & alibi accidisse animadvertimus. *Camerar.* *Et hac in ea contineatur.*] Pall. abjiciunt *&*, potestque abesse. Aldus senior post *hac* novum orditur sermonem; item Victorius, at enim Turnebi editio attexuit, *contineatur, qua jus habet civitatis, & unam illam civitatem putat.* Camerarii verò, *contineatur. habet civitates duas, sed illas unam civitatem putat.* quorum verborum nullus apex in mss. nostris. *Gruter.*

16. *Cum pro Ambio.*] Quis hic *Ambius* fuerit ignoratur; neque pro eo Ciceronem aut Pompejum dixisse comperimus; utrumque autem pro Balbo, pro quo exstat luculenta Ciceronis oratio: itaque corrigo, *Cum pro Balbo*, approbante Maffæi libro MSto. *P. Manut.* *Cùm pro Avidio tecum.*] Malui istud, quia placuit Victorio, quem scio usum libris edecumatæ antiquitatis; sicque extat in membranis S. Victoris. nam Pall. servant vulgatum *Ambio.* sunt qui legant *Albio*, sunt qui *Balbo*, quod hærere in Maffæano asseveravit P. Manutius. nec deest qui legat *Oppio*, aut *Ampio*, vel denique *Appio.* Turnebus divinabat *Gabinio.* Gruter. *Pro Ambio.*] Sic veteres libri: alii se legisse in scriptis exemplaribus, pro Balbo, qui ab utroque defensus est, affirmant. Posset etiam fortasse legi, pro *Gabinio*, quem ab utroque defensum constat; levisque mutatio & trajectio foret. Occasio enim tunc fuit Pompejo laudandi Ciceronis, quod inimicitias, quas cum Gabinio gravissimas exercuerat, deposuisset: non deest qui Oppio legat, alii Ampio, alii Appio. quid verum sit, non est facilis conjecturæ. *Turneb.*

17. *Duo sui conservatores*] Cicero, propter oppressionem seditionis Catilinariæ, Marius propter superatos Cimbros, Teutonas, & Tigurinos, qui civitati imminebant. Vid. Flor. III. cap. 3. *Scheffer.*

18. *Modica palæstra.*] Græcorum more palæstras in Villis Romani Ciceronis ætate habere cœperunt. Varro: *Nec putant se habere villam, nisi multis vocabulis retineant Græcis: quin vocent particulatim loca προκοιτῶνα, παλαίστραν, ἀποδυτήριον, περίστυλον ὀρνιθῶνα, περιστερεῶνα, ὀπωροθήκην.* Est autem hic palæstra, locus ambula-

 tiones

P. B. tamquam id habuerit operis ac muneris, ut hanc nobis efficeret sedem ad disputandum, statim præcipitat in Lirem, &, quasi in familiam patriciam venerit, amittit nomen obscurius, Liremque multò gelidiorem facit: nec enim ullum hoc frigidius flumen attigi, cùm ad multa accesserim, ut vix pede tentare id possim: quod in Phædro Platonis facit Socrates.

7 M. Est verò ita: [19] sed tamen huic amœnitati, [20] quam ex Quinto sæpe audio, [21] Thebanus Epirotes tuus ille nihil, opinor, concesserit. Q. Est ita, ut dicis. cave enim putes Attici nostri [22] Emathio platanisque

tiones habens, ut ubi se juventus in Græcia exercebat & habitabatur. Palæstræ erant porticibus circumædificatæ. *Turneb.*

19. *Sed tamen huic amœnitati Thyamis Epirotes tuus ille nihil concesserit.*] Necesse est ut fluvius fluvio comparetur, non fluminis amœnitati: itaque Petrus Ciacconus ita putat legendum, *Sed huic amœnitate Thyamis Epirotes tuus ille nihil concesserit.* in Oratione pro Dejotaro: *Quam nemini in illa causa studio & cupiditate concedit.* Ergo Thyamis ille Epiri fluvius Fibreno non concedet amœnitate. Paullo post: *M. Quorsum istuc?* legendum videtur. *Att. Quorsum istuc?* nam persona proxima M. est. & infra *A pueris enim Q. didicimus, si in jus vocet, atque ejusmodi alias, leges nominare.* Discebant enim pueri, ut alibi Cicero ait, leges XII. Tab. tamquam carmen necessarium. erat autem lex XII. Tab. hujusmodi: *Si in jus vocet. si morbus ævitasve vitium sit &c.* Agelli lib. XX. cap. I. & leges tunc, ut etiam nunc, jureconsulti ex primis ejus verbis notabant sic: L. SI. IN. JUS. VOCET. *Ursin.*

20. *Quam ex Quinto sæpe audio.*] Ineptè, si ad *amœnitatem* referatur: potius referendum videtur ad id, quod sequitur de Thebano Epirote; & pro *quam* legendum, *quemadmodum*, quam vocem ita scimus à librariis nonnullis apice superimposito contrahi solere, ut interdum vel *quam*, vel aliud simile potius quàm *quemadmodum* significare videatur. *P. Manut.*

21. *Thebanus Epirotes.*] Nihil variant nostri, quàm quod S. Vict. *Thenanus.* Turnebus lib. XI. Advers. cap. 16. emendat *Thyamis.* quod recepit in contextum Lambinus. *Gruter.*

22. *Emathio.*] Sic in omnibus codicibus excusis, in scripto *Ematyro:* nec, ut arbitror, emendatè: sed *Amalthea* aut *Amaltheo* legendum. Sic enim vocabatur amœnissimum in Pomponii villa Gymnasium, ab Amalthea capra. Sic in Tusculano Ciceronis Gymnasia duo erant, Lyceum & Academia Cic. lib. I. ad Attic. *Ego enim te arbitror, cæsis apud Amaltheam tuam victimis, statim esse ad Sicyonem oppugnandum profectum.* Rursus in eodem libro: *Epigrammatis tuis, quæ in Amaltheo posuisti, contenti erimus.* Et paulo post; *Velim ad me scribas cujusmodi sit ἀμαλθεῖον tuum, quo ornatu, quæ τοποθεσία, & quæ poëmata, quasque historias de ἀμαλθείᾳ habes, ad me mittas.* Alii pro Thebanus tecte, Thyamis le-

neque illis quidquam esse præclarius. Sed, si videtur, considamus hîc in umbra, atque ad eam partem sermonis, ex qua egressi sumus, revertamur. M. Præclarè exigis, Quinte. at ego [n] effugisse arbitrabar: [23] & tibi horum nihil deberi potest. Q. Ordire igitur: nam hunc tibi totum dicamus [o] diem.

n me effug. *Lamb.*

o diem, majore

M. *A Jove Musarum primordia.* —— sicut in Aratio carmine orsi sumus. Q. Quorsum istuc? M. Quia nunc itidem ab eodem, & [p] à ceteris diis immortalibus sunt nobis agendi capienda primordia. Q. Optimè verò, frater: & fieri sic decet. 8

Musar. primordio *edd. vett.*

p à *deest multis.*

IV. M. VIDEAMUS igitur rursus, priusquàm aggrediamur ad leges singulas, vim naturamque legis, ne, cùm referenda sint ad eam nobis omnia, labamur interdum errore sermonis, ignoremusque vim sermonis ejus, quo jura nobis definienda sint. Q. Sanè quidem, hercule. & est ista recta docendi via. M. Hanc igitur video sapientissimorum fuisse sententiam, legem neque hominum ingeniis excogitatam, nec scitum aliquod esse populorum, sed æternum quiddam, quod universum mundum regeret, imperandi prohibendique sapientia. Ita principem legem illam, & ultimam, mentem esse dicebant, omnia ratione aut cogentis, aut vetantis dei: P. CLXXI. ex qua illa lex, quam dii humano generi dederunt, rectè est laudata. est enim ratio mensque sapientis, ad jubendum, & ad deterrendum idonea.

9 Q. Aliquoties jam iste locus à te tactus est; sed antè quàm ad populares leges venias, vim istius cœlestis legis explana, si placet: ne æstus nos consuetudinis absorbeat, & ad sermonis mores usitati trahat. M. A parvis enim, Quinte, didicimus, [24] SI IN JUS VOCAT, atque ejus-

legunt, & amalthеum nomen fundi accipiunt. *Turneb.* *Emathio.*] Ita Pal. tert. nam quart. *Emathio.* Turnebi vetus *Emathyro.* emendabat idem *Amaltheo*; propter ea quæ scribit Cicero I. ad Atticum; idque in contextum receperunt Lambinus, Aldus Nepos, alii. *Gruter.*

23. *Et tibi nihil eorum deberi potest.*] Puto non longe à veritate abesse lectionem quam subjeci, *sed tibi nihil horum deberi potest.* Jocatur enim Cicero ut dicat promissorum esse valde memorem fratrem, & ea solere exigere, neque pati ut diutius debeatur. Sic etiam secundam Tuscul. clausit: *Cras ergo ad clepsydram; sic enim dicimus, sed tibi video non posse deberi.* Camer.

24. *Si in jus vocat.*] Versiculus est ex XII. tabulis. *Id est* Rhetor-

ejusmodi alias, leges nominare. sed verò intelligi sic oportet, & haec, & alia jussa ac vetita populorum, vim habere ad rectè facta vocandi, & à peccatis avocandi: quae vis non modò senior est, quàm aetas populorum & civitatum, sed aequalis illius, coelum atque terras tuentis & regentis dei.

10 Neque enim esse mens divina sine ratione potest, nec ratio divina non hanc vim in rectis pravisque sanciendis habere: nec, quia nusquam erat scriptum, ut contra omnes hostium copias in ponte unus assisteret, à tergoque pontem interscindi juberet, [25] icciirco minus Coclitem illum rem gessisse tantam, fortitudinis lege atque imperio putabimus: nec si regnante Tarquinio nulla erat Romae scripta lex de stupris, icciirco non contra illam legem sempiternam Sex. Tarquinius vim Lucretiae, Tricipitini filiae, attulit. erat enim ratio profecta à rerum natura, & ad rectè faciendum impellens, & à delicto avocans: quae non tum denique incipit lex esse, cùm scripta est, sed tum, cùm orta est. orta autem simul est cum mente divina. quamobrem lex vera atque princeps, apta ad jubendum, & ad vetandum, ratio est recta summi Jovis.

V. Q.

toricis ad Herennium intelligi potest, ubi sic scribitur: *Lege jus est id, quod populi jussu sancitum est, quod genus, ut in jus eas, cum voceris.* Simile est item alterius duodecim tabularum legis initium apud Gellium: *si in jus vocat, si morbus aevitasve vitium esset, qui in jus vocabit jumentum dato: si nolet, arceram ne sternito.* Jubet iste versiculus, ut qui in jus ab aliquo vocatur, statim sine cunctatione & recusatione eat. Nam *atque* statim significat, Plautus:

Postquam hic id, quod volui, transegi, atque ego conspicor
Navim ex Rhodo, qua est advectus heri filius:

id est, illico, statim, iterum:

Dum circumspecto, atque ego tum lembum conspicor.

id est, statim. *Turnebus.* SI IN JUS VOCAT, *atque ejusmodi alias, leges &c.*] Secutus sum Pal. quartum; neque abibat tertius, nisi quod is, *atque ad ejusmodi &c.* quid quod sic quoque praeierit mihi Aldus avus & Nepos; ut nimirum Tullius principium modò legis laudarit. sequentes editiones adjecere VOCAT ATQUE EAT, *ejusmodi &c.* quo Jurisconsultis nonnullis crucem fixerunt. certè Cujacius lib. VII. observ. cap. 16. legere capitur, VOCAT, NEI EAT. Carrio contra defendit alterum lib. II. Emendat. cap. 12. *atque* enim, idem esse, quod *statim*, quod ipsum triginta aliquot ante annos prodiderat Turnebus. *Gruter.*

25. *Icciirco minus Coclitem illum rem gessisse tantam fortitudinis.*]

Vi-

V. Q. ASSENTIOR, frater, ut quod eſt rectum, verum quoque ſit, neque cum litteris, quibus ſcita ſcribuntur, aut oriatur, aut occidat. M. Ergo ut illa di- 11
vina mens, ſumma lex eſt; [26] item, cùm in homine eſt perfectum, eſt in mente ſapientis. Quæ ſunt autem [27] variè, & ad tempus deſcripta populi, ſi favore magis, quàm re, legum nomen tenent. omnem enim legem, quæ quidem rectè lex appellari poſſit, eſſe laudabilem, quibuſdam talibus argumentis docent. Conſtat profectò ad ſalutem civium, civitatumque incolu-

mi-

Videtur legendum, *tanta fortitudinis*, ut eſt in manuſcripto. *Urſin.*

26. *Item cum.*] Itidem in mente ſapientis vera & ſumma lex eſt, cùm in homine eſt perfectum, id eſt, cum ad abſolutionem & perfectionem homines pervenerunt, in quibus inchoata ſunt iſta, ut in ſapiente perfecta, quemadmodum in Jove. Exiſtimant autem eandem in homine & deo rationem & virtutem eſſe Stoici. Proculus in Timæum: Οἱ δὲ ἀπὸ τῆς στοᾶς καὶ τὴν αὐτὴν ἀρετὴν εἶναι θεῶν καὶ ἀνθρώπων εἰρήκασι πολλοῦ δέοντες τῆς τοῦ Πλάτωνος ὁσιότητος εἶναι ζηλωταὶ καὶ τῆς Σωκρατικῆς μετριότητος, id eſt, Stoici autem eandem eſſe virtutem hominum & deorum dixerunt, in quo multum abſunt ab eo ut Platonis religionem & ſanctimoniam & Socratis modeſtiam imitentur. Idem eis à Plutarcho objicitur his verbis: Ἀρετῇ τε γὰρ οὐκ ὑπερέχειν τὸν Δία τοῦ Δίωνος, ὠφελεῖσθαί τε ὁμοίως ὑπὸ ἀλλήλων τὸν Δία καὶ τὸν Δίωνα, id eſt, virtute enim non eſſe ſuperiorem Dione Jovem, & eodem modo alterum ab altero invicem juvari Dionem & Jovem. Scribitur etiam hunc in modum locus iſte, *item cum in homine eſt perfecta*, quod erit cum divina mens & ratio eſt perfecta in homine: quam ſcripturam etiam valdè probo. Alii legunt: *quod in homine eſt perfectum*, quod etiam laudo. *Turnebus.* *Cum in homine eſt perfecta, eſt in mente ſapientis.*] Hæc eſt lectio recepta, quam & mirè probat Turnebus, reperique in Pall. & Fabr. ipſe edidit, *eſt perfectum in mente.* quod & exſtat in S. Victoris, expreſſitque editione ſua Petrus Victorius. Lambinus multa interjicit de ſuo; & nobis ludos facit. *Gruter.* *Item cum in homine eſt perfectum, eſt in mente ſapientis.*] Ita edidit Gruterus. At in Notis ait, reperiſſe ſe in omnibus, *cum in homine eſt perfecta eſt in mente ſapientis*, ſicut habent vulgati. Ubi tamen ait lectionem hanc tueri Turnebum, quod non intelligo, cum Turnebus habeat, *cum in homine eſt perfectum in mente ſapientis.* Sententia hæc eſt: Sicut ſumma lex eſt in mente divina, ita eadem eſt in mente ſapientis ſumma perfectaque, quando eſt in homine. *Scheffer.*

27. *Variè & ad tempus deſcripta populis favore &c.*] Sic uno conſenſu Vict. & Turnebus; ſecutusque eſt Aldus Nepos. nam Lambinus adhæſit vulgatæ, *varia & ad tempus ſcripta, populi favore.* Pal. quart. exhibet *varia & ad tempus deſcripta, populi favorem magis quàm legum nomen tenent*, cui & ſuus quoque ſenſus. *Gruter.*

28. Quam

mitatem, vitamque hominum quietam & beatam inventas esse leges: eosque, qui primùm ejusmodi scita sanxerint, populis ostendisse, ea se scripturos atque laturos, quibus illa [q] adscriptis susceptisque, honestè beatéque viverent: quæque ita composita sanctaque essent, eas leges videlicet nominarunt. Ex quo intelligi par est, eos, qui perniciosa & injusta populis jussa descripserint, cùm contrà fecerint, quàm polliciti professique sint, quidvis potiùs tulisse, quàm leges: ut perspicuum esse possit, in ipso nomine legis interpretando inesse vim & sententiam justi, & [r] juris [s] legendi.

[q] ascriptis MS. adscitis aut acceptis Lamb.
[r] vim! leg. Vict.
[s] colendi alii.

12 Quæro igitur à te, Quinte, sicut illi solent; Quo si civitas careat, ob eam ipsam causam, quòd eo careat, pro nihilo habenda sit, id estne numerandum in bonis? Q. Ac maximis quidem. M. Lege autem carens civitas, [t] anne ob ipsum habenda nullo loco? Q. Dici aliter non potest. M. Necesse est igitur, legem haberi in rebus optimis. Q. Prorsus assentior.

[t] estne Lamb.

13 M. Quid, quòd multa [v] perniciosè, multa pestiferè sciscuntur in populis, quæ non magis legis nomen attingunt, [28] quàm si latrones aliqua consessu suo sanxerint? Nam neque medicorum præcepta dici verè possent, si quæ inscii imperitique pro salutaribus mortifera conscripserint: [29] neque in populo lex, cuicuimodi fuerit illa, etiam si perniciosum aliquid populus acceperit. Ergo est lex justorum injustorumque distinctio, ad illam antiquissimam, & rerum omnium principem ex-

[v] alii perniciosa & pestifera.
P. CLXXII.

28. *Quam si latores aliqua concessu suo sanxerint.*] Legit Gulielmius, *latrones consessu suo.* quod verum videtur: certè præponendis tribus quatuor conjectaneis Lambini. eodem modo conjecit Lipsius lib. II. Antiq. cap. 2. *Gruter.* Voluit præponendum. Et benè judicat, & quia non dubito ad idem nunc ab eo alludi, quo lib. III. cap. 19. *de quo servi & latrones scivisse se dicerent*, denique idrecepi. *Gronov.*

29. *Cui quid mali fuerit ulla.*] Probatur Veneta scriptura, *cuicuimodi fuerit illa.* De vocabulo autem, *cuicuimodi* supra diximus. Sed Cicero nunc vult, legem perniciosam quamvis præclarè perlata atque etiam libenter à populo accepta sit, legem tamen dicendam non esse. *Camer.* *Neque in populo lex cuicuimodi fuerit illa, etiam si perniciosum aliquid populus acceperit.*] In antiquo est, *neque in populo lex, cui quid mali fuerit illa, etiam si perniciosum* &c. Ursin.

30. Ibi

expressa naturam, ad quam leges hominum diriguntur, quæ supplicio improbos afficiunt, defendunt ac tuentur bonos.

VI. Q. PRÆCLARE intelligo: nec verò jam aliam esse ullam legem puto non modò habendam, sed ne appellandam quidem. M. [30] Igitur tu Titias & Apulejas leges nullas putas? Q. [31] Ego verò ne Livias qui- 14
dem: M. Et rectè, quæ præsertim uno versiculo senatus, puncto temporis sublatæ sint: lex autem illa, cujus vim explicavi, neque tolli, neque abrogari potest. Q. Eas tu igitur leges rogabis videlicet, quæ numquam abrogentur. M. Certè, si modò acceptæ à vobis duobus erunt. [32] Sed, ut vir doctissimus fecit Pla-

30. *Igitur Tutias.*] *Sulpitias* fortasse legendum. Sulpitius enim tribunus plebis de imperio contra Mithridatem, Mario mandando, legem tulit. *Lucias* legerem, frumentariamque Luc. Philippi legem intelligerem, quam facile antiquare passus est, aliasque nonnullas, si a prænominibus leges nominarentur. Quispiam fortasse *Mutias* legendum censeat. Lex enim Mutia in oratione pro Cornelio a Cicerone vituperatur. Ejus verba sunt: *Legem Liciniam & Mutiam de civibus regundis video constare inter omnes, quam duo Coss. omnium quos vidimus sapientissimi tulissent, non modo inutilem sed & perniciosam Reipublicæ fuisse.* Verum omninò magis adducor ut *Sempronias* legendum putem, ut leges Gracchorum significentur. Nam *Tribunitias* leges nominare videtur: & temporis ratio eum ordinem flagitat, cum antiquiores Saturnino Gracchi fuerint, Saturninus Druso. Non me fallit tamen Tutios Romæ fuisse, e quibus Tutia Vestalis fuit, quæ cribro aquam gestavit. Melius tamen Tucia scribitur, cum *Tuxía* a Dionysio vocetur. Apulejæ leges erant, quas Apulejus Saturninus Trib. pleb. de agris populo viritim dividendis tulit. Fortasse *Titias* scripserat Cicero. Nam Titius Trib. pleb. seditiosus legem agrariam tulerat. *Turnebus.* *Ergo tu Titias & Apulejas.*] Scriptura ista vera est; neque aliter codex S. Victoris, & ii, quos excussit Petrus Victorius; nisi quod iis unitâ dictione *Tutias.* malè. rescribendum enim fuerat veteri ratione literarum, *tu* TIAS, quod valeret *tu Titias*, bis enim legendum illud TI majusculum; suppeditantque exempla Pandectæ Florentinorum. cur *tu* arbitratus sim requiri, facit responsio Quinti; *Ego verò &c.* Petr. Pithœus lib. II. Advers. subsec. cap. 2. inclinat reponere *Turias*, aut *Torias.* videantur ibidem rationes ejus minimè frivolæ. *Gruter.*

31. *Ego vero ne Levias quidem.*] Veneti *Livias*. Camer.

32. *Sed, ut vir doctissimus fecit Plato, atque idem graviss. &c.*] Malim sic legi, deleto verbo, *fecit*. *Atque ut vir doctissimus, Plato, atque idem gravissimus, omniúmque princeps, de rep. conscripsit, idemque separatim de legibus ejus: item mihi credo esse faciendum, &c.* quod autem Turnebus legit, *qui princeps de rep. conscripsit,*

Plato, atque idem gravissimus philosophorum omnium, qui princeps de republica conscripsit, idemque separatim de legibus ejus, x id mihi credo esse faciendum; ut priusquàm ipsam legem recitem, de ejus legis laude dicam. quod idem & Zaleucum, & Charondam fecisse video; cùm quidem illi non studii & delectationis, sed reipublicæ causâ leges civitatibus suis y scripserunt. Quos imitatus Plato, videlicet hoc quoque legis putavit esse, persuadere aliquid, non omnia vi ac minis cogere. Q. Quid, quòd Zaleucum istum negat ullum fuisse Timæus? M. At Theophrastus auctor haud deterior, meâ quidem 33 sententiâ; meliorem multi nominant:

x item mihi *Lamb.*

y scripserint *alii.*

scripsit, quosdam libros veteres secutus, ferri non potest. nam falsum est, Platonem principem, id est, primùm de rep. scripsisse, cùm multi antè eum scripserint, ut ex Aristotele intelligere licet. *Lambin.*

33. *Sententiâ; meliorem multi nominant.*] Lipsius lib. II. Variarum cap. II. labem hujus sententiæ auferre conatur, rescribendo, *sententia melior, cum multis commemorat.* ingeniosè. Turnebus monuit alios legere, *sententia melior, multi memorant.* Gruter. *Mea quidem sententia, meliorem multi nominant.*] Locus sine dubio corruptus, quia nihil hic, quod respondeat præcedenti *Theophrastus:* nec emendat hoc Turnebus. Lipsius putabat, *sententia melior, cum multis commemorat.* Ego censeo, scripsisse Tullium: *At Theophrastus, autor haud deterior, meâ quidem sententiâ meliore cum vultu nominat.* Meliorem Theophrasti vultum appellat, in respectu ad Timæum, qui per invidiam & odium de veteribus plerisque pessimè locutus est. Ob quod ipse quoque ab omnibus deinde odio est habitus. Ut sic *melior* in Theophrasto possit intelligi *vultus*, sive quod in eo non appareret invidia, sive quod pudore nullo ex abjectione calumniæ cogeretur suffundi, quod utrumque fuit in Timæo. *Scheffer.*

34. *Sit igitur jam.*] In eandem fere sententiam procemium quoddam legum Zaleuci hodieque apud Stobæum reperitur. Τὺς κατοικῦντας τὴν πόλιν καὶ τὴν χώραν, πάντας πρῶτον πεπεῖσθαι, καὶ νομίζειν θεὺς εἶναι, καὶ ἀναβλέποντας εἰς οὐρανὸν, καὶ τὸν κόσμον, καὶ τὴν ἐν αὐτοῖς διακόσμησιν καὶ τάξιν: id est, civibus urbis omnibus & regionis primùm persuasum esse, deos esse in cœlum suspicientibus & mundum eorumque descriptionem & ordinem tuentibus. Quando autem procemiorum Charondæ meminit, apud Stobæum etiam hoc procemium ejus exstat, cujus sententia huc facit: Τὺς βυλευομένους καὶ πράττοντάς τι, ἀπὸ θεῶν ἄρχεσθαι χρή. τὸ γὰρ ἄριστον ὥσπερ ἁ παροιμία φατὶ, τὸν θεὸν ἦμεν αἴτιον πάντων τούτων. Id est, qui consulunt aliqua de re, & qui aliquid agunt, a diis principium ducere oportet. Optimum enim est, ut proverbium ait, deum horum omnium autorem esse. Quæ verba Stobæus è lib. XII. Biblioth. Diodori. *Turneb.*

35. Quam

bant: commemorant verò ipsius cives, nostri clientes, Locri. Sed sive fuit, sive non fuit, nihil ad rem. loquimur, quod traditum est.

VII. SIT 34 igitur [z] hoc à principio persuasum civibus, dominos esse omnium rerum, ac moderatores deos, eaque quæ gerantur, eorum geri [a] vi, [b] ditione, ac numine, eosdemque optimè de genere hominum mereri, &, qualis quisque sit, quid agat, quid in se admittat, qua mente, qua pietate colat religiones, intueri: piorumque & impiorum habere rationem. His 16
enim rebus imbutæ mentes, haud sanè abhorrebunt [c] ab utili, [d] & à vera sententia. Quid est enim verius, quàm neminem esse oportere tam stultè arrogantem, ut in se rationem & mentem putet inesse, in cœlo mundoque non putet? aut ut ea, quæ vix summa ingenii ratione comprehendat, nulla ratione moveri putet? quem verò astrorum ordines, quem dierum noctiumque vicissitudines, quem mensium temperatio, quemque ea, quæ gignuntur nobis ad fruendum, non gratum esse cogant; hunc hominem omninò numerare quî decet? cumque omnia, quæ rationem habent, præstent iis, quæ sint rationis expertia, nefasque sit dicere, ullam rem præstare naturæ omnium rerum: rationem inesse in ea, confitendum est. Utiles esse autem opiniones has, quis neget, cùm intelligat, quàm multa firmentur jurejurando, 35 quantæ salutis sint fœderum religiones? quàm multos divini supplicii metus à scelere revocarit? quamque sancta sit societas civium inter ipsos, diis immortalibus interpositis tum judicibus, tum testibus?

Habes legis procemium: sic enim hoc appellat Plato. 17
Q. Habeo verò, frater: & [e] in hoc admodum delector,

z jam hoc *alii.* P. B.
a vi *non habet Vict.*
b judicio, num. *alii.*
c utili ac vera *MS.*
d & vera *Lamb.*
e quidem hoc *Lamb.*

35. *Quanta sal.*] Quum salutares sint: sic loquitur Sallustius sæpe: ut in oratione Lepidi: *At ille eò processit, ut nihil gloriosum nisi tutum & omnia retinendæ dominationis honesta existimet.* Et in oratione Philippi: *exercitum opprimendæ libertatis habet.* Et in Catilin. *Post ubi imperium regium, quod initio conservandæ libertatis atque augendæ Reipubl. fuerat.* in quibus tamen Græco more causa desiderari videtur. Fœdera magna religione & cerimonia faciebant feciales & pater patratus, eisque jusjurandum religiosissimum interponebant cum execratione Jovem lapidem jurantes. *Turnebus.*

ctor, quòd in aliis rebus aliisque sententiis versaris; atque ille,.. nihil enim tam dissimile est, quàm vel ea, quæ antè dixisti, vel hoc ipsum legis exordium. Unum illud mihi videris imitari orationis genus. M. Vellem fortasse. quis enim id potest, aut umquam poterit imi-
P.CLXXIII. tari? nam sententias interpretari perfacile est. Quod quidem ego facerem, nisi planè esse vellem meus. quid enim negotii est, eadem, propè verbis iisdem conversa, dicere? Q. Prorsus assentior. Verùm, ut modò [f] tute dixisti, te esse malo tuum. Sed jam expromé, si placet, istas leges de religione.

f tupte MS. forte tuapte.

18 M. Expromam equidem, ut potero: [36] &, quoniam & locus & sermo familiaris est, legum leges voce proponam. Q. Quidnam id est? M. Sunt certa legum verba; Quinte, neque ita prisca, [37] ut in veteribus ex his sacratisque legibus; & tamen, quò plus auctoritatis habeant, paulo antiquiora, quàm hic sermo est. Eum morem igitur cum brevitate, si potero, consequar. Leges autem à me edentur non perfectæ: nam esset infinitum: sed ipsæ [38] summæ rerum atque sen-
19 tentiæ. Q. Ita verò necesse est. quare audiamus verba legis:

VIII. M.

36. *Et, quoniam & locus, & sermo familiaris est, legum vocem proponam.*] Petrus Ciacconus legit, *& quoniam legum etiam sermo familiaris est, eas legum voce proponam. Voce* autem pro *verbis* posuit, ut in II. Philip. *voce litterarum.* & Tuscul. I. Loqueretur enim *eorum voce virtus ipsa tecum.* Scriptum olim fuit *locum:* nam *c,* pro *g* utebantur, atque inde à librariis factum *locum*, seu, *locus.* Ursin.

37. *Ut in veteribus ex his sacratisque legibus.*] Hæc est scriptura codicum nostrorum, neque abeunt Victoriani, in quibus *ex is sacratisque* Turnebus aliquando putavit legendum *saxis*, aliquando *Oscis*, aliquando *regiis.* sed Cujacius malebat *veteribus* XII. *sacratisque.* videatur libro V. observ. cap. 21 Gulielmius, *veteribus ex* XII. *sacratisque.* quod ultimum animo maximè satisfacit. *Grut.* *Ut in veteribus ex his sacratisque legibus.*] Alii hic aliter conjiciunt. Cujacius *veteribus* XII. Gulielmius, *veteribus ex* XII Puto ego scribendum, *in veteribus SCtis, sacratisque legibus.* Vetera Senatus Consulta intelligit facta primis Consulum temporibus; illud S, in *Senatusconsultis* deletum videtur propter *S* præcedens in priore vocabulo *Scheffer.*

38. *Summa rerum atque sententia.*] Ita mss. nostri omnes. nam vulgata, *ac sententia.* haud tamen displicet, quod publicavit Victorius, *summa rerum sententia.* Gruter.

39. Ad-

VIII. M. 39 AD DIVOS *adeunto castè. pietatem adhibento. opes amovento. Qui secus faxit, deus ipse vindex erit. Separatim nemo habessit deos, 40 neve novos: sed* g *ne advenas, nisi publicè adscitos, privatim colunto. constructa à patribus delubra* h *habento. lucos in agris habento & larum sedes. ritus familiæ patrumque servanto. divos, & eos,* 41 *qui cœlestes semper* i *habiti, colunto, & ollos,* 42 *quos endo cœlo merita vocaverint, Her-*

g *nec* Lamb.
h *in urbibus hab.* alii.
i *habiti sunt* Lamb.

39. *Adeunto castè.*] Castimoniam corporis & animi lex requirit, sed in corpore potius observabatur. Ita ad sacrificium pura sacerdotum vestimenta esse oportebat, i. non obsita, non fulgurita, non funesta, non habentia maculam. Sic aquâ corpus abluebant & denarias interdum cerimonias observabant, & tricenarias, decemque continuis diebus vel triginta certis quibusdam rebus abstinebant: sic puri menstruo dicebantur, qui sacrorum causa toto mense in ceremoniis erant, id est, puri erant certis rebus carendo. Sic secubabant, & castimoniam in poculis & vasis quadam superstitione observabant. Columella: *His autem omnibus placuit eum, qui rerum harum officium susceperit, castum esse continentemque oportere; quoniam totum in eo sit, ne contrectentur vascula vel cibi, nisi aut ab impube, aut abstinentissimo rebus venereis.* Itaque impuri a rebus sacris removebantur & arcebantur, lexque Numæ erat ne pellex aram Junonis tangeret. *Turneb.*

40. *Neve novos, sed ne advenas.*] Veram lectionem esse puto, *Neve novos, & ne advenas*, parva admodum & prope nulla mutatione: siquidem *set* veteres scribebant, pro *sed*, & sæpe hoc mendi genus deprehendimus, cùm alicujus verbi prima litera ex ultima antecedentis sumpta & repetita est. Maffæi liber habet, *Neve novos, sive advenas.* antiquitatem magis oleret, *Neve novos, neve advenas.* P. Manut. Vetus editio porro habet: *sed ne advenas, nisi publicè adscitos, aut à patribus acceptos privatim colunto.* Non admiserim. Illud *à patribus acceptos* est interpretamentum τῶν *publicè adscitos.*

41. *Qui cœlestes semper.*] Eos intelligit qui divi semper fuerunt, non per ἀποθέωσιν facti sunt; cujusmodi qui Consentes & Selecti vocantur, & magorum tanquam gentium dii, duodecim, ut opinor, sex mares & totidem feminæ. Quanquam Lactantius omnes gentilium Deos homines fuisse verissimè probat; eosque vel ob potentiam, vel ob utilitatem, quam mortalibus præstiterunt, deos esse factos, quod etiam in II. de Nat. Deor. ait Cicero. *Turneb.*

42. *Quos endo cœlo merita vocaverint.*] E tenebris istud eruit solertissimus Victorius. allubescunt etiam huic scripturæ liber S. Victoris. in quo, *quos secundo cœlo.* Pal. quartus, qui, *in asciscendo cœlo.* Fabr. ubi, *nanciscendo cœlo.* ceterùm nondum videtur locus persanatus. nam Lactantius laudat, *locaverunt*; & sic loquitur ipse Tullius lib. III. de Offic. cap. 5. Istudque ipsum aliquando divinarat Notis in Catullum Janus Dousa filius cap. 2. cujus immatura

 morte

Herculem; Liberum, Æsculapium, Castorem; Pollucem; Quirinum. ast olla, propter quæ datur homini adscensus in cælum, Mentem, Virtutem, Pietatem, Fidem, earumque laudum delubra sunto. 43 *Nec ulla vitiorum sacra sollemnia obeunto. Feriis jurgia amovento, easque* 44 *in famulis, operibus patratis, habento.* 45 *itaque, ut ita cadat in annuis amfractibus, descriptum esto. certasque*

P. B. *fruges, certasque baccas sacerdotes publicè libanto: hoc certis sacrificiis ac diebus.*

46 *Itemque alios ad dies ubertatem lactis fœtusque servanto.* k *Id quod ne committi possit,* 47 *ad eam rem, rationem, cursus annuos sacerdotes finiunto. Quæque quoi-*

k *Idque ne com.* alii.

morte insignem alumnum amiserunt Musæ ac Gratiæ, ego verò æqualem eximium. Vulgatur hodie, *quos in cælum merita voc.* Gruter.

43. *Nec ulla vitiorum sacra.*] Pal. quart. *Neucala.* Fabr. *Neucala.* S. Vict. *nucula.* unde Gulielmius facit, *neve ulla.* Turnebus autumat illud *nucula* esse posse vocem ipsam, qua tunc loquebantur; cùm ab iis etiam *ningulus* pro *nullus* dictum esse annotetur. *Idem.*

44. *In famulis.*] Familiam servorum suorum feriari sinat absolutis operibus rusticis: ut Compitalibus, cum rem divinam in compito aut foco faciebant: ut Saturnalibus: ut cum daps pollucebatur utraque semente: ut aliis denique feriis. Nefas enim est tum familiam operosam habere: habet eas in famulis, qui famulis indulget ferias. Simile est dicendi genus, lessum funeris ergo habere. *Turnebus.*

45. *Itaque ut ita cadat, ann. anfr. des. esto.*] Ita nostri libri, & publicati per Victorium. verùm Turnebiani, *cadant.* Gruter. *Ut ita cadat.*] Turnebi libri, *cadant*, quod puto esse melius, ut respiciat ad festa, nisi velimus τὸ *cadat* absolutè dictum esse pro *accidat* seu *eveniat*, ut sit sensus: debet ita esse descriptum in amfractibus seu periodis anni, ut hoc sic eveniat, ut familiæ ferias & otium suum habeant. Sed alterum magis placet. *Scheffer.*

46. *Itemque alios ad dies.*] Debetur editioni Turnebianæ. nam aliæ, ut & mss. nostri, *addes* nullo sensu. Steph. Pighius libro III. Fastorum malebat adhuc voculâ transpositâ, *alios dies ad.* quod loqui videatur de feriis conceptivis. *Gruter.*

47. *Ad eam rem, rationem, cursus &c.*] Haud aliter mss. nostri aliorumque. Turnebus tamen malebat *ratione*; nisi velimus idem valere alterum scripturâ priscâ; ut *ætatem*, aliaque. *Gruter. Ad eam rationem cursus annuos.*] Ita habent libri omnes. Mallet *ratione* Turnebus, verum haud persuadet. Gruterus servat lectionem veterem, sed *rationem* explicat ætatem. Ego ista censeo conjungi absque copula, ratione veteri, sensumque esse ad eam rem, ne committi possit, & ad eam rationem sive causam, cursus annuos finiri debere. *Scheffer.*

48. Et

quoique divo decora grataque sint hostiæ, providento: divisque aliis [l] *alii sacerdotes, omnibus pontifices, singulis flamines sunto. Virgines Vestales in urbe custodiunto ignem foci publici sempiternum. Quodque hæc privatim & publicè modo rituque fiat, discunto ignari à publicis sacerdotibus. Eorum autem duo genera sunto; unum, quod præsit cæremoniis & sacris: alterum, quod interpretetur fatidicorum & vatum effata incognita, cùm senatus populusque* [m] *adsciverit. Interpretes autem Jovis optimi maximi publici augures signis* 47 & *auspiciis postea vidento, disciplinam tenento.*

l *alii* deest in multis.

m *arciverit* Lamb.

21 *Sacerdotes vineta virgetaque, & salutem populi auguranto. quique agent rem duelli, quique* [n] *popularem, auspicium præmonento;* 49 *ollique obtemperanto.* [o] *divorumque iras providento, iisque apparento. cœlique fulgura regionibus ratis temperanto: urbemque, & agros, &* 50 *templa*

n *populare* alii.

o *divumque* Putean.

48. *Et auspiciis postea vidento.*] Lamb. *postera*, contra mss. & edd. Gulielmius, licet sciret vulgatum probari à Jos. Scaligero in Conjectaneis ad Varronem, jussit nos videre, num legendum sit, *hostia*, aut *posca*. Gruter.

49. *Ollique obtemperanto.*] *Ollisque* vetus liber. & infra pro *si senatus jussit*, habet *si senatus jusserit*. Ursin.

50. *Templa liberata & effata.*] Ex antiquorum testimonio & auctoritate legendum est, *effata*: nam M. Varro de Lingua Lat. *Hinc*, inquit, *effata dicuntur, quòd augures finem auspiciorum cœlestium extra urbem agris sint effati.* Hinc effari templa dicuntur. ab auguribus effantur, qui in his fines sunt. hinc fana nominata, quod Pontifices sacrando fati sint finem. Et Gellius lib. XIII. cap. 14. de pomœrio his verbis: *Pomœrium quid esset, Augures populi Rom. libros de Auspiciis scripserunt, istiusmodi sententiâ definierunt. Pomœrium est locus intra agrum effatum, per totius urbis circuitum ponè muros, regionibus certis determinatus, qui facit finem urbani auspicii.* & in eodem cap. *Neque postea D. Julius, cùm pomœrium proferret, intra effatos urbis fines incluserit. Pomœrium est circa murum locus, quem in condendis urbibus quondam Hetrusci, quà murum ducturi erant, certis circa terminis inauguratò consecrabant. Uti appareat, effari & consecrare idem esse.* Præterea Livius lib. I. Jovis Statoris ædem votam, ut Romulus ante voverat: sed fanum tantum, id est locus templo effatus jam sacratus fuerat. *P. Manut.* *Templa liberata.*] Templa regiones sunt aut agri, certo carmine ab augure lituo finiti & notati, unde in omnes cœli partes ad augurium captandum liber erat aspectus. Liberata, inquit Festus, antiqui pro effata, i. e. locuta, dixere: hic tamen pro liberis & patentibus accipi potest. Fest. Pomp. item minora templa esse ait, cum ab auguribus loca aliqua tabulis aut linteis, ne uno amplius ostio pateant, certis verbis definita sunt. In templis autem

pla liberata, & effata habento: quaque augur injusta, nefasta, [51] vitiosa, dira [52] defixerit, irrita p *infestaque sunto: quique non paruerit, capitale esto.*

p *infectaque* Turnebus & alii.

IX. Fœderum, *pacis, belli, induciarum oratores, fetiales, [53] judices duo sunto. bello disceptanto. [54] Prodigia,*

tem liber quoquo versum aspectus erat, ut interdum augures ea, quorum altitudo auspiciis obesset, demoliri juberent. Ideoque summissiorem aliis ædem Honoris C. Marius fecit, ne si forte officeret publicis auspiciis, Augures eam demoliri cogerent. De effatis sic Varro: Hinc effata dicuntur quod Augures finem auspiciorum cœlestium extra urbem agris sunt effati. *Turneb.*

51. *Vitiosa dira defixerit.*] Lipsius libro IV. Epistolic. quæst. cap. II. arbitratur scriptum antiquitus, *deixerit.* neque enim heic aptum videri *defixerit.* at mihi videtur aptissimum. consulatur modo ad hunc locum summus ille Criticorum Turnebus. *Gruter.*

52. *Defixerit.*] Verbum malè ominosum dirumque, quod, ut opinor, a sagis quibusdam ductum est, carmine & veneficio, vel nomina hominum, vel speciem defigentium ad noxam. Ovidius:

Sagaque Phœnicea defixit nomina cera,
Et medium tenues in jecur urget aves.

Seneca de Benef. *Execraris enim illum, & caput sanctum dira imprecatione defigis.* Plinius *defigi* quidem diris deprecationibus nemo non metuit. *Turnebus.*

53. *Judices duo sunto.*] Melius istud longè quàm quomodo olim vulgati, *judices ne sunto*; aut mss. *non sunto*, qui error inde ortus, quod virgula jaceret super binarium numerum. videatur Turnebus. *Gruter. Judices duo sunto.*] Non video quare illud *duo* debeat placere. Varro memorat quatuor ad hoc negotium, alii plures. In antiquis libris legitur, *judices ne sunto*, ex quo facio, *feciales judicesque sunto.* Scheffer.

54. *Prodigia, portenta.*] Nam sæpenumero vel accersebantur aruspices portentorum causa, vel ad eos deferebantur. *Valerius*: Portentorum depulsa Hetrusca disciplina explicari voluerunt. Lucanus:

Hæc propter placuit Thuscos de more vetusto
Acciri vates.

Scriptus liber, ad *Hetruscos* & *Haruspices*, habet: ut præter Hetruscos, alios etiam aruspices Romanis fuisse intelligamus. Nam erat aruspicum collegium. Vel positum esse existimemus nomen speciei & generis. Sic enim Cicero loquitur lib. II. de Nat. Deor. *Atqui ex nostrorum Augurum & Hetruscorum & aruspicum disciplinam P. Scipione C. Figulo Conss. res ipsa probavit.* Mox subjicit: *Aruspices introducti responderant.* Et continuò: *An vos Thusci ac barbari?* ut planè cum Hetruscos & aruspices dicit, eosdem intelligat, nomenque speciei & generis ponat. Cicer. de Divin. *Cumque magna vis videretur esse & in impetrandis consulendisque rebus, & in monstris interpretandis ac procurandis in aruspicum discipli-*

na

gia, portenta ad Etruscos & haruspices, si senatus [q] *jus-* q *jussit*
serit, deferunto: Etruriaque principes disciplinam [r] *docen-* Turneb.
to. Quibus divis creverint, procuranto: iidemque fulgu- r *doceto*
ra [55] *atque obstita pianto. Nocturna mulierum sacrifi-* Lamb.
cia ne sunto, [56] *præter olla, quæ pro populo ritè fiant.*
Neve [s] *quem initianto, nisi ut assolet Cereri, Græco* s *quem* deest in
sacro. multis.

22 *Sacrum commissum, quod neque expiari poterit, impiè*
commissum est: quod expiari poterit, publici sacerdotes
expianto. Ludis publicis, quod sine curriculo & sine cer- P. CLXXIV.
tatione corporum fiat, popularem lætitiam in cantu & fi-
dibus, & tibiis [t] *moderanto, eamque cum divûm honore* t *moderan-*
jungunto. Ex patriis ritibus optuma colunto; præter Idææ *tor* alii.
matris famulos, eosque, justis diebus, nequis stipem cogi-
to. Sacrum, sacrove commendatum [57] *qui clepserit ra-*
pseritque, parricida esto. Perjurii pœna divina exitium;
humana, [v] *dedecus. Incestum pontifices supremo supplicio* v *ded. esto*
sanciunto. Impius ne audeto placare donis iram deorum. Lamb.
Cau-

na per desidiam exolesceret: sæpe adversis Reip. temporibus accitis, quorum monitu redintegratas cerimonias, & imposterum rectius habitas: primoresque Hetruriæ sponte, aut patrum Romanorum impulsu retinuisse scientiam, & in familias propagasse. Jussit autem est jusserit, ut apud Maronem:

Cætera quæ jusso.

Simile est illud Ennii:

O Tite, si quid ego adjuro: i.e. adjuravero.

55. *Atque oscina pianto.*] Veneti *obstita.* Quid enim oscina fuerint? Etsi obstita quoque nescio quid hoc loco esse dicam: placuit igitur quibusdam *obscœna.* Certè enim obscœna portenta & abominanda dixere veteres. Ut: *Fusaque in obscœnum se vertere vina cruorem.* Camer. *Atque obstita pianto.*] *Obscina* est in manuscripto, pro *obstita.* Ursin.

56. *Præter olla.*] Præter sacrificium Bonæ deæ, quod noctu pro populo fiebat. *Cic.* Credo enim te audivisse, cum apud Cæsarem pro populo fieret, venisse eò muliebri vestitu virum. Hoc autem sacrum *Damium* dicebatur ex contrario, quod minime esset *δημόσιον*, i. e. publicum, & Bona dea *δαμία*, & ejus Sacerdos, *δαμίας.* Publica porro sacra pro populo, pagis, curiis fiunt: privata pro singulis hominibus, familiis, gentibus. Quidam scribunt etiam a Romulo pervigilationes nocturnas sublatas lege lata fuisse. *Turneb.*

57. *Qui clepserit rapseritque.*] Turnebus *clepsit rapsitque*, veteri pronuntiatione; etiamsi non neget in msf. suo esse *cleperit*; quod ipsum probatur Scaligero ad Varronem. Fabr. favet scripturæ mediæ, nam Pall. & S. Victoris; *qui clepserit rapsitque.* Gruter.

 58. *Quo-*

x violata religionis alii.

Cautè vota reddunto. Pœna x *violati juris esto.* 58 *Quocirca ne quis agrum consecrato. auri, argenti, eboris sacrandi modus esto. Sacra privata, perpetua manento. Deorum manium jura, sancta sunto.* 59 *Hos leto datos, divos habento.* 60 *Sumptum in ollos luctumque minuunto.*

23 X. Att. Conclusa quidem est 61 à te tam magna lex, sanè quàm brevi: &, ut mihi quidem videtur, non multùm discrepat ista constitutio religionum à legibus Numæ, nostrisque moribus. M. An censes, cùm in illis de republica libris persuadere videatur Africanus, omnium rerumpublicarum nostram veterem illam fuisse optimam, non necesse esse optimæ reipublicæ leges dare consentaneas? Att. Immò prorsus ita censeo. M. Ergo adeò y exspectate leges, quæ genus illud optimum reipublicæ contineant: &, si z quæ fortè à me hodie rogabuntur, quæ non sint in nostra republica, nec fuerint, tamen erant ferè in more majorum: qui tum, ut lex, valebat.

y exspectatæ *alii.*
z qua *alii.*

24 Att. Suade igitur, si placet, istam ipsam legem, 62 ut ego,

58. *Quocirca ne quis agrum consecrato.*] Claud. Puteanus delendum putabat *Quocirca*, translatum ex interpretatione Platonis, quæ infra sequitur. *Gruter.*

59. *Hos letho datos.*] Non concoquo illud *hos*, nec enim habet, quò referatur. Nam ad Deos Manes qui retulerit, monstrare debet, eos letho dari. Quare suspicor, illud *hos* compendium scripturæ esse, ac significare homines. *Scheffer.*

60. *Sumptum in ollos luctumque minuunto.*] Pal. quart. *lucrumque.* S. Vict. *luscumque.* unde facit Gulielmius. *luxumque.* non benè. nam duo vetat, & *luxum & luctum.* luxus inest voci *sumptum.* Grut. An possunt hæc dubitari, quum ipse auctor se firmet cap. 23. *Jam cætera in* XII. *minuendi sumptus lamentationesque funeris &c.* Alioqui ex his illud *lucrumque* verissimum putarem, idque opinaret ipsum, quod descripsit ad eandem sententiam Ovidius lib. 2. Fast.

Est honor & tumulis animas placare paternas,
Parvaque in exstructas munera ferre pyras.
Parva petunt manes. pietas pro divite grata est
Munere. non avidos Styx habet una deos. Gronov.

61. *A te tam magna lex sanè quàm brevi.*] Ita Aldi vetus editio, nisi quod addita literula *brevis.* unde putabat Gulielmius edendum, *brevi: sed, ut mihi.* Victorius publicavit, *breviter*. omisitque *tam*, quod nec in Turnebiano. retinui ego, quod extaret in Pal. quart. essetque in ceteris, *altera magna.* ubi apertè videntur elementa ejusdem voculæ. *Gruter.*

62. *Ut & tu rogas.*] Allusit ad fabellas, in quibus scriptum erat, uti

ego, [63] UTEI ROGAS, possim [a] edicere. M. Ain tandem, Attice, non es [b] edicturus aliter? Att. Prorsus majorem quidem rem nullam sciscam aliter. in minoribus, si voles, remittam hoc tibi. [64] M. Atque mea quidem sententia est. At ne longum fiat, videte. Att. Utinam quidem! quid enim agere malumus? M. Castè jubet lex adire ad deos, animo videlicet, in quo sunt omnia: nec tollit castimoniam corporis: sed hoc oportet intelligi, cùm multùm animus corpori præstet; observeturque, ut [c] casta corpora adhibeantur, multò esse in animis id servandum magis. nam illud vel [64] aspersione aquæ, vel dierum numero tollitur: animi labes nec diuturnitate [d] vanescere, nec [e] amnibus ullis elui potest.

a dicere *Lamb.*
b dicturus *Idem.*
P. B.
c casto corpore adeatur *edd. vett.*
d evanesc. *alii.*
e manibus *alii.*

Quòd

uti rogas. Vide ad Att. lib. I. & Livium lib. XXXIII. *P. Manut.* *Ut ego* UTEI ROGAS *possim edicere.*] Libuit ita scribere quod inde ortam putarem lectionem vulgatam, *ut ego* UT ET TU ROGAS. quod extat quidem in Pal. tert. sed respuunt alii, in quibus, *ut ego, & tu rogas.* Gruter.

63. *M. Atque mea quidem sententia est.*] Turnebus hæc adhuc relinquit Attico. non video tamen quàm apposité. imo ne quidem quomodo dicantur à Tullio; suspicorque attribuenda *Quinto.* certè mss. Pall. disertè nomen ejus præposuere infra illis, *Utinam quidem*; rectèque factum, inde magis inducor, quod Cicero inferat: *At ne longum fiat, videte*; non, *vide*, ut debebat soli Attico responsurus. Pal. tert. repræsentat, *Atque quidem mea sententia est.* ut adhuc fortasse rescribi debeat: *Q. Atque idem mea sententia est*, nam quartus ferè habet; *Atque hac mihi ea quidem sent.* Gruter. *Atque mea quidem sententia est.*] Locus sine dubio corruptus, cujuscunque personam verbis hisce præfigas. Pal. tert. habet. *Atque quidem mea sententia est.* unde conjicio locum ita oportere scribi. *M. at tu Quinte? Qu. eadem mea sententia est.* Prima verba contractè scripta fuisse videntur. *Atuque*, ex quo sciolus effecit *atque. Qu.* quoque quod notabat personam, adjunctum τῷ *eadem*, verbis illis, & sic factum *quidem*. Mea sanè opinione nihil convenit huic loco magis, istis verbis. Possis propius ad scripturam veterem *idem* legere pro *eadem.* Scheffer.

64. *Aspersione aquæ.*] Huc illud *Persii* pertinet:

Et noctem flumine purgas.

Et Tranquilli in Augusto: *Pauloque post egressum, illam expergefactam quasi à concubitu mariti purificasse se.* Antiqui autem superis sacra facturi, ablutione corporis se purgabant; inferis verò, aspersione. Quin ut castius operarentur, aliquot ante diebus secubabant: & si ante libidine polluti erant, aliquot dierum castimonia corporis labem elui credebant. Etiam tricenarias interdum ceremonias, ut supra dixi, interdum vicenarias observabant, & se cibis quibusdam abstinebant. *Turnebus.*

 65. Sumptu

25 Quòd autem pietatem adhiberi, opes amoveri jubet; significat, probitatem gratam esse deo: sumptum esse removendum. quid est enim, cùm paupertatem divitiis etiam inter homines esse æqualem velimus, cur eam, [65] sumptu ad sacra addito, deorum aditu arceamus? præsertim cùm ipsi deo nihil minùs gratum futurum sit, quàm non omnibus patere ad se placandum & colendum viam. Quòd autem [f] non judex, sed deus ipse vindex constituitur; præsentis pœnæ metu religio confirmari videtur. Suosque deos, aut novos, aut alienigenas coli, confusionem habet religionum, [66] &
26 ignotas cærimonias. Non à sacerdotibus, non à patribus acceptos deos, ita placet coli, si huic legi paruerunt ipsi. [67] Patrum delubra esse in urbibus censeo: nec sequor magos Persarum; quibus auctoribus Xerxes inflammasse templa Græciæ dicitur, quòd parietibus inclu-

f non homo judex MSS.

65. *Sumptu ad sacra adhibito.*] *Addito* pro *adhibito* habet antiquus liber. *Ursin.*

66. *Et ignotas cærimonias non à sacerdotibus, non à patribus acceptos.*] In antiquo scriptum est, *& ignotas cærimonias etiam sacerdotibus.* Sed videndum num *acceptas* legendum sit, pro *acceptos*, ut ad cærimonias referatur. *Ursin.* *Cærimonias non a sacerdotibus, non à patribus acceptos Deos, ita placet coli.*] Secutus sum, quod repererunt in suis Victorius ac Turnebus. solummodò distinctio nostra est, quam tamen, ita me Deus amet, vix intelligo. quare hæreo adhuc; hæreo. vulgata habebat, *cæremonias etiam sacerdotibus. nam à patribus acceptos &c.* neque aliter Aldi vetus, quàm quod ea, *esse sacerdotibus:* propius ad manuscriptos nostros, in quibus, *cæremonias nosse sacerdotibus. nam patribus acceptos &c.* Tu Mercere, tu Guitheri, tu Rigalti, succurrite. *Gruter.* *Et ignotas cerimonias non a sacerdotibus.*] Non est hæc lectio veterum librorum, ita enim illi: *Suosque deos aut novos, aut alienigenas coli, confusionem habet religionum & ignotas cerimonias nosse sacerdotibus. Nam patribus acceptos &c.* Quam quidem lectionem puto esse rectam. Duo ait habere cultum novorum deorum privatum: primum, confusionem religionum, deinde nosse cerimonias ignotas sacerdotibus, id quod prorsus vult esse absurdum. Illud *nosse* Græca consuetudine positum pro *notitia* videtur, ut sit sensus: videri hos, qui sacra celebrant hujusmodi, habere notitiam quarundam ceremoniarum, quas ceremonias ignorent sacerdotes, cum tamen sacerdotes scire omnes ceremonias debeant, cum sui causa, quia sacerdotes sunt, tum publici causa, ne quid fiat, quod civitati sit exitiosum. *Scheffer.*

67. *Patrum delubra.*] Suspicantur *deorum delubra.* Nequicquam. Nam *patrum delubra* hic est idem ac in ipsa formula legis: *constructa a patribus delubra.* Scheffer.

68. Et

cluderent deos, quibus omnia deberent esse patentia ac libera, quorumque hic mundus omnis templum esset & domus.

XI. Meliùs Græci atque nostri: qui, ut augerent pietatem in deos, easdem illos, quas nos, urbes incolere voluerunt. affert enim hæc opinio religionem utilem civitatibus: siquidem & illud benè dictum est à Pythagora, doctissimo viro, tum maximè, & pietatem, & religionem versari in animis, cùm rebus divi- P.CLXXV. nis operam daremus. [68] & quod Thales, qui sapientissimus in septem fuit, homines existimare oportere, omnia quæ cernerentur, deorum esse plena: fore enim omnes castiores, [69] veluti qui in fanis essent maximè religiosis. est enim quadam opinione species deorum in oculis, non solùm in mentibus.

Eamdemque rationem luci habent in agris. Neque 27 ea, quæ à majoribus prodita est cùm dominis, tum famulis, posita in fundi villæque conspectu, religio [g] Larum repudianda est. Jam ritus familiæ patrumque servare, id est (quoniam antiquitas proximè accedit ad deos) à diis quasi traditam religionem tueri. Quòd autem ex hominum genere consecratos, sicut Herculem & ceteros, coli lex jubet, indicat omnium quidem animos immortales esse, sed fortium bonorumque divinos.

g *patrum edd. vett.*

Bene verò, quòd Mens, Pietas, Virtus, Fides, 28 [70] consecratur manu: quarum omnium Romæ dedicata publicè templa sunt, ut illa qui habeant (habent autem omnes

68. *Et quod Thales, qui &c.*] Lambinus, *& quod à Thale*, sed nullo suffragante mss. si quid mutandum, maluissem *& quid Thales &c.* Gruter.

69. *Veluti qui in fanis essent maximè religiosis.*] Retinui Lambinianum, natum è conjectura Turnebi, *velutique in fanis essent, maximè religiosos.* vulgata sine sensu: *veluti quo infans esset maximè religiosus*, quod & in Pal. tert. nam quart. *castiores quo infans esset religiosus*, exclusis ceteris. *Idem.*

70. *Consecratur manu.*] Vel quod in consecratione templorum manu postis tenebatur. Liv. lib. II. *de Dedicatione Capitolini Templi: Postem jam tenenti consuli fœdum inter precationem deûm nuncium incutiunt.* Cicero pro Domo: *Postem tenere oportere in dedicatione templi videor audisse*, vel quod templa manu, i. e. opere manu facto ponebantur, quod verius puto: cujusmodi illud Maronis est:

Tot congesta manu præruptis oppida saxis. Turneb.

omnes boni) deos ipsos in animis suis collocatos putent. *Nam illud vitiosum Athenis, quòd, [71] Cylonio scelere expiato, Epimenide Crete suadente, fecerunt Contumeliæ fanum & Impudentiæ. virtutes enim, non vitia consecrare decet. [72] Araque vetus stat in Palatio, Febris: & altera Esquiliis, [73] Malæ Fortunæ, detestatæque, quæ [74] omnia ejusmodi repudianda sunt. Quòd si fingenda nomina [75] Vicepotæ potiùs vincendi atque potiundi, [76] statassandique cognomina, Statoris, & Invicti

71. *Cylonio scelere.*] Expressit Græca verba κυλώνειον ἄγος. *Ursin.*

72. *Araque vetus stat.*] Hic locus mirè corruptus est. In Palatino uno legitur, *araque vetustissima est Palatio.* Totum locum ita puto formandum; *At ara, qua vetustissima est Palatio, Febris, & altera Esquiliis, Mala Fortuna cedes, istaque omnia ejusmodi repudianda sunt.* Nihil facilius fuisse videtur, quam ut ex *adis istaque*, deleta prima litera propter similitudinem præcedentis facerent *detestatque.* Scheffer.

73. *Mala Fortuna detestataque.*] In antiquioribus libris, *Mala Fortuna detestatur.* ut existimem, verbum *detestatur* esse inducendum, veluti glossam ab aliquo adscriptam ad id, quod sequitur, *Qua omnia ejusmodi repudianda sunt*, ut ostenderet, Ciceronem ejusmodi omnia detestari. *P. Manut.* *Mala fortuna, detestataque, qua omnia ejusmodi.*] Nihil adjuvant heic membranæ nostræ. nam Pal. tert. stat à vulgato. quartus verò legit, *detestataque hujusmodi repudianda sunt.* S. Vict. *detestataque omnia ejusmodi rep.* nec aliter Fabr. nisi quod is, *detestataque.* videatur Turnebus lib. XIV. cap. 6. *Gruter.*

74. *Omnia ejusmodi repudianda sunt.*] Amicus meus putat legendum *omina* pro *omnia.* in vetere autem libro, pro *statassandi* unico verbo, quod stellula in Aldinis editionibus notatum est, duæ inveniuntur voces *standi*, & *salvandi*, ut ad earum alteram *Statoris* cognomen, ad alteram *invicti* referendum sit. *Ursin.*

75. *Vicepota.*] Verbi hujus restitutio debita Errici Memmii libris: qui eam communicavit Nicolao Fabro, à quo primum prodita fuit in Notis ad Senecam de Morte Claudii. exinde & Jacobus Schegkius idem conjecit Premesso Observat. Epistol. 1. Nos de voce ista multa quoque ad eundem Senecam in animadversionibus nostris ante lustra bis duo. *Gruter.*

76. *Statassandi.*] Hic conjectore Oedipo opus fuerit, qui Sphingi interpres fuit. Nam quis unquam fandò hoc verbi audivit? equidem legendum censeam: *casta sunt Diis*, vel *Stata sunt Diis* ut nomina illis decora intelligamus, quæ à potiundo vel vincendo ducuntur. A potiundo, ut *omnipotens, bellipotens, maris potens.* Nam *posse* & *potiri* eandem prope vim habent. *Turneb.* *Statassandi &c.*] Adhuc medicas expectat manus hic locus. Memmius è libro suo exhibuit *stassandi.* sed non satisfacit, non magis quàm Schegkiana conjectura *sistendoque.* in voce enim tam plana non ita hærent

victi Jovis: rerumque expetendarum nomina, Salutis, Honoris, Opis, Victoriæ. [h] quoniamque exspectatione rerum bonarum erigitur animus, rectè etiam à Calatino Spes consecrata est: Fortunaque sit 77 vel Hujusce diei

h *ita Vict. alii* quoniam quidem. P. B.

rent librarii, aut tam longè divertunt. Palat. tert. stat à vulgata, ut & Fabr. nisi quod una littera *statasandi*. quartus habebat *stacassandi*. codex S. Victoris *stharasandi*. ex quo fingebat Gulielmius noster, *& Ara sancti*. sed tali malagmate non sanatur istud vulnus. *Gruterus*. *Statassandi.*] De hoc vocabulo adhuc deliberant eruditi omnes. Mihi verosimillimum videtur, scripsisse Ciceronem totum locum isto modo: *Quod si fingenda nomina, vicepota potius, vincendi atque potiundi, Stata standi, cognominaque Statoris & invicti Jovis. Rerumque expetendarum nomina:* Pro *Statassandi* scribo Statæ standi, levissima immutatione. Statæ deæ meminit Festus. *Stata matris simulacrum in foro colebatur.* Facit ejusdem mentionem Sext. Rufus in regione sexta. Fuit autem hæc a stando dicta, sicut Vicepotæ a vincendo & potiundo. In verbis ipsis illud, *fingenda nomina* ἀπὸ κοινοῦ intelligendum in sequentibus, ita omnia erunt clarissima, quæ hactenus pro desperatis habebantur. Sanè non de una vicepota loqui nostrum, & alius alterius præcedere debere mentionem vel τὸ *cognomina*, ut est in vulgatis, ostenderet. *Schefferus.* Recte judicat Gruterus, vir magnus. Nam ut Vicapota nomen est, tale nunc quoque requiritur; post demum transit ad cognomina. Nec dubito, quin scripserit: *si fingenda nomina, Vicapota potius, vincendi atque potiundi; Stata, standi: cognominaque Statoris.* Statæ mentio multiplex est, & præcipua apud Festum in *Stata Matris Simulacrum.* Gronov.

77. *Vel hujusce diei.*] *Fortuna hujusce diei* colebatur à Romanis, ut scribit Plinius lib. XXXIV. cap. 8. Primus autem Benedictus Ægius Spoletinus ex veteris lapidis Capitolini auctoritate, in quo est *Vico Fortunæ hujusce diei*, Ciceronis locum hunc, qui antea mendosè legebatur, correxit, & Plinii testimonio, quod corruptum & ipsum erat, confirmavit. Cum autem Plutarchus in libro de Fortuna Romanorum scripserit ἰδίας τύχης ἱερὸν in Palatio fuisse, & P. Victor in Palatio item posuerit vicum Hujusque diei, videndum ne ad eandem uterque Fortunam respexerit, quam in Mario, τύχην ἡμέρας ἐκείνης idem Plutarchus appellavit; & Ἐπιστρεφομένην, quam infra, quod Opis templum respiceret, & Forum respicientem Cicero nominavit. *Ursin.* *Vel hujusce diei.*] Valet *hujusque diei*, id est uniuscujusque diei; de quo pulcrè multa lib. I. de Formulis Brissonius, qui consulatur. *Hujusce* autem est in Pal. tert. & Fab. item editis à Victorio & Turnebo. nam priores & posteriores, *hujus diei*. Gruter. *Vel hujusce diei, nam valet in omnes dies.*] Gruterus, *hujusque diei, valet hujusque diei, id est*, uniuscujusque diei. Non assequor, quid velit. Brissonius profecto, ad quem nos relegat, distinguit inter *hujusce* & *hujusque*, imo hoc loco legi vult *hujusque*, quod Marius Victorinus τὸ hujusque, explicet *uniuscujusque*. Sed quidquid sit de Victorini verbis, apud Ciceronem retinendum censeo *hujusce*. Sensus ille est, potest

dici, nam valet in omnes dies; vel Respiciens, ad opem ferendam; vel [i] Fors, in quo incerti casus significantur magis, vel [k] 78 Primigeniam, 79 à gignendo comes. tum.

i fortem add. vet. k Primogenia à gerendo *Lamb.*

Desunt pauca.

29 XII. * FERIARUM festorumque dierum ratio in liberis requietem habet litium & jurgiorum; in servis, operum & laborum; 80 quas compositor anni conferre debet [l] & ad perfectionem operum [m] rusticorum. 81 quod tempus, ut sacrificiorum libamenta serventur, foetusque

l & perf. multæ *edd.* m *Lamb.* conj. rust. & remissionem animorum. Quod.

test Fortuna coli sub cognomento HUJUSCE DIEI, idque propterea, quia hoc cognomentum valet non incertum tantum diem aliquem, sed omnes dies. Unoquovis enim die coli poterit Fortuna ejus diei, sicut qualibet die postquam advenerit, & facta fuerit hodierna, dicatur coli *Fortuna hujusce diei.* Hunc puto loci hujus esse sensum verissimum. *Scheffer.*

78. *Primigenia.*] Romæ in colle Quirinali ædem fuisse Primigeniæ Fortunæ, relatum est. *Plutar. in Capitolio* scribit: Primigeniæ fortunæ à Servio delubrum consecratum. *ἐν καπιτωλίῳ τὸ τῆς Πριμιγενείας λεγομένης ὃ πρωτογόνου τις ἂν ἑρμηνεύσειεν ἱδρύσατο τῆς τύχης ἱερόν. Turneb.*

79. *A gignendo comes. tum.*] Ita duo è mss. nostris, nisi quod in junctim *comestum.* videatur Turnebus. vulgata *cùm est.* quod Aldus Junior annectit sequentibus, hoc modo: *cùm est feriarum &c.* Gruter. *A gignendo comes. tum.*] Ita Gruterus & Turnebus, qui posterior exponit: *quæ nos a primo ortu comitatur.* Ego mallem legere divisim *a gignendo. comes, tum*, ut illud *comes* quoque innuat cognomentum Fortunæ, sicut primigenia & fors & cetera. Neque enim dubito, quin & sub comitis cognomento eam coluerint. *Scheffer.*

80. *Quas compositor anni &c.*] Huic quoque scripturæ accedit Pal. quart. publicati, *compositio anni.* adeantur P. Victorii Variar. lect. lib. XXXVI. cap. 6. *Gruter.* *Quas compositor anni.*] Sic Gruterus & alii. Compositorem anni vocant eum, qui componit annum populumque compositionem, nempe istam ex festis profestisquue diebus docet. Sed quid est *conferre ferias ad perfectionem operum rusticorum?* Puto dare ac tribuere ita, ut nihilominus perfici possint opera rustica, prout ea requirit anni ratio, ut *conferre ferias ad perfectionem* idem sit, ac referre & in relatione ac respectu ad perfectionem istam dare & constituere. *Scheffer.*

81. *Quod tempus ut sacrificiorum.*] Non expedio me ex his verbis. Quid est enim, quò referantur ista: quod tempus? Suspicor omnino, scribendum esse, quo *tempus & sacrificiorum libamenta serventur.* Sensus: diligenter servanda ratio intercalandi. Quare? quo servari possit tempus destinatum sacrificiis, servari quoque possint libamenta in sacrificiis adhibenda, foetusque pecorum in iisdem. Puta enim præceptum fuisse ut sacrificarent fruges

que pecorum, quæ dicta in lege sunt, diligenter habenda ratio intercalandi est. quod institutum peritè à Numa posteriorum pontificum negligentiâ dissolutum est. Jam illud ex institutis pontificum & haruspicum non mutandum est, quibus hostiis immolandum cuique deo, cui majoribus, cui lactentibus, [82] cui maribus, cui fœminis. [83] Plures autem deorum omnium, singuli singulorum sacerdotes, & respondendi juris, & [84] confitendarum religionum facultatem afferunt. [85] Cumque Vesta, quasi focus urbis, ut Græco nomine est appellata (quod nos propè idem [n] Græcum interpretatum nomen tenemus) consepta sit; ei colendæ virgines præsint, ut [o] advigiletur faciliùs ad custodiam ignis, & sentiant mulieres [86] in natura fœminarum omnem castitatem pati.

n Græco *Lamb.*

o advigilent *Lamb.*

Quod

ges novas, ait intercalandi imperitiâ tempus illi rei destinatum incidisse in hyemem aut primum ver. Quî potuit institui id sacrificium ex ejus solemnitate? *Scheffer.*

82. *Cui maribus, cui feminis.*] Mirificè hunc locum illustrant fragmenta quædam inscriptionum, quæ apud me sunt, Fratrum Arvalium, in quibus est: *Sulpicius. Camerinus. magister. collegi. Fratrum. Arvalium. nomine. immolavit. in. capitolio ——— Cos. Neronis. Claudi. Cæsaris. Aug. Germanici. Jovi. B. marem. Junoni. vaccam. Minervæ vaccam. Genio. ipsius. taurum. &c.* Ursin.

83. *Plures autem Deorum omnium, singuli singulorum sacerdotes &c.*] Lipsius lib. II. cap. II. Antiq. lectionum putat locum mancum interponendumque, *omnium pontifices singuli. sed potest* ἀπὸ τοῦ κοινοῦ intelligi, *sacerdotes.* Gruter.

84. *Conferendarum religionum.*] Est ab antiquo codice Paulli Manutii, quippe vulgo recepta lectio, *confitendarum:* quod utcunque explicat Turnebus. Idem noster Lipsius divinat *cum fide tuendarum relig.* ingeniosè. Palat. noster quart. habet *confitiendorum.* Gruter. *Conferendarum.*] Sic Gruterus ex Manutio. Vulgati. *confidendarum.* Nec procul discedit Palatinus qui habet *conficiendarum.* Ex quo postremo suspicor *conficiendarum* rectum esse, ut sit *conficere religiones* dictum, ut *conficere sacra.* Scheffer.

85. *Cumque Vesta quasi focum urbis.*] *Focus* est in libro manuscripto. & paulo infra *conspecta sit*, pro *complexa sit*, ut videatur legendum *conspicuè sit.* Ursin. *Quasi focum urbis complexa sit.*] Ita editio Turnebi, & alludunt aliquot mss. antiquiores tamen, *focus urbis conspexa*, quomodo item exstat in Victoriana. nam lectio communis, *focis urbis conspecta sit.* Gruter. Non potest ferri licentia mutationis ex nominativo in accusativum. Manifestè patet manus Tullii, *Cumque Vesta, quasi focus urbis, consepta sit.* Itaque cur non exhiberem? *Gronov.*

86. *In natura feminarum omnem castitatem pati.*] Longè istud animo

30 Quod sequitur verò, non solùm ad religionem pertinet, sed etiam ad civitatis statum, ut sine iis, qui sacris publicè præsunt, religioni privatæ satisfacere non possint. continet enim, [p] reipublicæ consilio & auctoritate optimatium, semper populum indigere. Descriptioque sacerdotum nullum justæ religionis genus prætermittit. nam sunt ad placandos deos alii constituti, qui sacris præsint sollemnibus: ad interpretanda alii prædicta vatum; neque multorum, ne esset infinitum, [87] neque ut ea ipsa, quæ suscepta publicè essent, quisquam extra collegium nosset.

[p] *ita MSS. alii* rempubl.

Pag. CLXXVI.

31 Maximum autem & præstantissimum in republica jus est augurum, & cum auctoritate conjunctum. neque verò hoc, quia sum ipse augur, ita sentio, sed quia sic existimare nos est necesse. Quid enim majus est, si de jure quærimus, quàm posse à summis imperiis & summis potestatibus [q] comitiatus & [r] concilia, vel instituta dimittere, vel habita rescindere? quid gravius, quàm rem susceptam dirimi, [88] si unus augur Alium dixerit? quid magnificentius, quàm posse decernere, ut magistratu se abdicent consules? quid religiosius, quàm cum populo, cum plebe agendi jus, aut dare, aut non dare? quid? legem, si non jure rogata est, tollere? [89] ut Tetiam decreto collegii; ut Livias,

[q] comitia tollere? *alii.*
[r] consilia *alii.*

mo venustius illo Turnebiano, *pati*; licet probatum Lambino Aldoque Nepoti. quid quod istud exstat in omnibus membranis nostris. olimque cusi, *omnium Deûm cast. pati.* Gruter. *Et sentiant mulieres &c.*] Sic Gruterus ex antiquis. Et probo illud *pati*. Pro *omnem* tamen malo ex vulgatis *omnium*, post quod comma scribo. Sensus: hæc ideo sic institui ut mulieres sentiant, esse in natura fœminarum omnium, habereque hoc omnes ab ipsa natura, ut possint pati castitatem, i. e. castitatem ferre, servare, tueri. *Scheffer.*

87. *Neque ut ea ipsa &c.*] Lambin. tamquam si locus esset defectuosus, adjecit de suo, *neque paucorum librorum, ne ea.* Phuy! *Gruter.*

88. *Si unus* Alium *dixerit.*] Id est, *diem.* sic & Victoris codex, repræsentaruntque Victorius ac Turnebus, qui tamen maluisset, Alio Die; quod ipsum statim contextui intulit Lambinus, contra mss. qui si abeunt ab priore, accedunt vulgato, *aliter.* Idem.

89. *Vel etiam.*] Hic pro *etiam*, nomen alicujus legis, quæ decreto Collegii augurum abrogata fuerit, desiderari videtur. Haud scio an *Sulpitiam* optimè legamus: vel *etiam* conjunctio sit, intelligamusque Collegii decreto etiam leges tolli. Deesse tamen nomen omnino aliquod potius putem, quod in *etiam* depravatum sit,

tias, consilio Philippi, consulis & auguris: [90] nihil domi, nihil foris per magistratus gestum, sine eorum auctoritate posse cuiquam probari?

XIII. ATT. AGE, jam ista video, fateorque [s] esse 32 magna: sed est in collegio vestro inter Marcellum & Appium, optimos augures, magna dissensio. nam eorum ego in libros incidi: cùm [91] alteri placeat, auspicia ista ad utilitatem esse reipublicæ composita: alteri disciplina vestra [92] quasi divinare videatur prorsus posse. hac tu de re, quæro quid sentias. M. Egone? divinationem, quam Græci μαντικὴν appellant, esse censeo, & hujus hanc ipsam partem, quæ est in avibus [93] ceterisque signis disciplinæ nostræ; quòd cùm summos deos

s omnia esse *edd. vett.*

sit. Fortasse non malè *Titiam* hic reponas. Nam Titius trib. pl. seditiosus legem agrariam tulerat, autor Valer. Max. *Turnebus. Vt Tetiam decreto collegii.*] Ita mss. quos citat Franciscus Fabricius anno Ciceronis IIX. inquit Gulielmius, & accedunt antiqui nostri, in quibus, *ut etiam*; quomodo olim vulgati. Critici deinde intulere *Titiam*. Petrus Pithœus lib. II. Adverf. subsec. cap. 2. emendat *Toriam* seu *Turiam*. rationes ejus ibidem videantur. *Gruter.*

90. *Nihil domi, nihil militiæ.*] *Nihil foris* est in manuscripto: ut verbum *militiæ*, glossema sit ad verbum *foris*. Ursin.

91. *Alteri.*] Marcello, qui nullam credebat unquam divinandi scientiam in collegio augurum fuisse: veruntamen magnas eo in collegio utilitates Reip. constitutas esse, objecta religionis opinione popularibus, & obnuntiatione diremtis sæpè comitiis. Eodem modo Cic. *aruspicinam* scribit lib. II. de Divinat. *Reip. causâ & communis Religionis esse colendam*: ac libro eodem assentitur potius Marcello quam Appio: hìc contra. *Turneb.*

92. *Quasi divinare videatur prorsus posse.*] Sic editio Victorii. nam priores *divinari*. Turnebus abjecit *prorsus*, quod nec in codice S. Victoris. habet tamen Pal. tert. nam quart. *quam divinatio videatur prorsus esse posse.* & verò *quasi divinatio*, habet item Fabr. *Gruter.*

93. *Cæterisque signis disciplina nostra, quod cùm summos Deos esse concedamus &c.*] Pall. item S. Vict. & Fabr. mirè abeunt ab hac scriptura. nam tert. & Fabr. servat primum, *signis quos disc.* quart. *signis que disc.* S. Vict. *signis quod disc.* deinde concorditer rejiciunt *quod cum*; denique non agnoscunt *Deos*. mox etiam nullus eorum admittit vocem *benignitatem*. Victor. & Turnebus silent: ideo forsan, quod nihil ex suis scriptis eruerent vulgata lectione melius. *Gruter. Cæterisque signis*] Disciplinæ nostræ; quod summos deos esse concedamus. In libris cunctis melioribus, Gutero teste, legitur longè aliter. Post *signis* habent vel *que*, vel *quos*, vel *quid*, deinde consensu summo tollunt, *quod cum*, item *deos*. Quare suspicor, scripsisse nostrum: *cæterisque signis. Quin discipli-*

deos esse concedamus, eorumque mente mundum regi, & eorundem benignitatem hominum consulere generi, & posse nobis signa rerum futurarum ostendere, non video cur esse divinationem negem.

33 B. B. Sunt autem ea, quæ posui, ex quibus id, quod volumus, efficitur & cogitur. Jam verò permultorum exemplorum & nostra est plena respublica, & omnia regna, omnesque populi, cunctæque gentes, augurum prædictis multa incredibiliter vera cecidisse. 94 neque enim

na nostra. Numina si esse concedamus &c. Nisi malis pro *quin*, *atque.* Sensus est clarissimus. *Scheffer*

94. *Neque Polidæ, neque Melampodis &c.*] Ven. *Poletis.* Ac sunt aliorum nomina, quæ hoc loco referuntur nota. Sed Polletis, nescio cujus, etsi hoc vatis cujusdam reperitur, sine causa repositum, cum verum sit *Polyidi.* Hic Corinthius fuit, de quo & Cic. in primo lib. de Divinat. mentionem fecit ex Homero. Sed Homericus locus est. A. *Camer.* *Neque enim Pol.*] Quidam *Polletis* hîc legunt, qui sequi Suidam videntur, qui Polleta quendam scripsisse ἐνόδιον οἰώνισμα, quasi tu viatorium augurium dicas, prodit. Et rursum quendam ejusdem nominis, qui οἰωνοσκοπικὰ, id est *Auguralia* conscripserit. Ciceronem tamen Polyidi scripsisse contenderim, etiam suffragante veteri libro. Hujus siquidem Homerus, ut optimi vatis, Iliad. v. meminit:

Ἦν δέ τις Εὐχήνωρ Πολυΐδου μάντιος υἱὸς,
Ἀφνειός τ' ἀγαθός τε, Κορινθόθι οἰκία ναίων,
Ὅς ῥ' εὖ εἰδὼς κῆρ ὀλοὴν ἐπὶ νηὸς ἔβαινε.
Πολλάκι γάρ οἱ ἔειπε γέρων ἀγαθὸς Πολυΐδος,
Νούσῳ ὑπ' ἀργαλέῃ φθίσθαι οἷς ἐν μεγάροισιν,
Ἢ μετ' Ἀχαιῶν νηυσὶν ὑπὸ Τρώεσσι δαμῆναι.

Quidam erat Euchenor Polyido vate creatus,
Strenuus ac dives, qui Ephyræ possederat ædes,
Tristifici is gnarus fati conscenderat æquor:
Sæpè sagax nam dixit & senior Polyidus,
Vel fore uti morbis occumbat in ædibus æger,
Vel cadat ad Danaûm Trojano Marte carinas.

Enimvero hujus ut hoc libro, sic in 1 de Divinat. Cicero etiam meminit: *Quid Polyidum Corinthium? nonne Homerus & aliis multa, & filio ad Trojam proficiscenti mortem prædixisse commemorat?* Et Lucian: Ἀλλὰ τὸ μέρος τοῦτο πᾶν λήθῃ παραδέδωκας, οὐδαμοῦ τῆς ποιήσεως ἢ Κάλχαντα, ἢ τὸν Τήλεφον, ἢ τὸν Πολυΐδον, ἢ τὸν Φινέα μιμησάμενος. *Verum hanc quidem totam partem oblivioni tradidisti, in nullo Poëseos loco vel Calchantem, vel Telephum, vel Polyidum, vel Phineum imitatus.* Turnebus. *Neque enim Polyidi neque Melampodis.*] *Poletis* habent pro *Polyidi* non solùm veteres libri manuscripti, sed & antiquæ etiam editiones: nec video cur necesse fuerit mutare, cum de Polete fiat mentio cùm ab aliis, tum à Suida in verbo πόλης. Ejus verba sunt: Πόλευς Ἀργεῖος καὶ Ar-

n Poëtis; neque Melampodis, neque Mopsi, ne- Amphiarai, neque Calchantis, neque Heleni tan- nomen fuisset, neque tot nationes id ad hoc tem- retinuissent, t Arabum, Phrygum, Lycaonum, t Adpati- cum, maximeque Pisidarum, nisi vetustas ea certa gum vel docuisset: nec verò Romulus noster auspicatò ur- Adpan- condidisset, neque v Attii Navii nomen memoriâ gum MSS. v Atii eret tam diu, nisi hi omnes multa ad veritatem ad- Lamb. abilia dixissent. Sed dubium non est, quin hæc iplina & ars augurum evanuerit jam & vetustate negligentiâ. Itaque neque illi assentior, qui hanc ntiam negat umquam in nostro collegio fuisse: ne- illi, qui esse etiam nunc putat. quæ mihi videtur d majores fuisse x dupliciter, ut ad reipublicæ tem- x duplex nonnumquam, ad agendi consilium sæpissimè per- Lamb. ret. Att. Credo, hercle, ita esse, istique rationi 34 issimùm assentior. Sed redde cetera. M. 95 Red- verò, &, si potero, brevi.

XIV. SEQUITUR enim de jure belli: in quo & ipiendo, & gerendo, & deponendo, 96 jus ut plu- um valet, & fides: horumque ut publici interpre- essent, lege sancimus. Jam de haruspicum religio- de expiationibus & procurationibus satis superque ipsa lege dictum puto. Att. Assentior, quoniam omnis

ἐν τῆς Ἀσίας πλησίον Μαγνησίας καὶ Σμύρνης, φιλόσοφ☉ καὶ τις ἔγραψε κατὰ στοιχεῖον συμβολικὰ ἐν βιβλίοις β. οἰωνοσκο- ἐν βιβλίοις η. &c. *Ursin.* *Neque enim Poletis.*] Ita reforma- *Victorius*; cùm prius fuisset, *Polide.* non dubito, quin ex vete- bro. at nostri tamen omnes quatuor & Turnebi habent; *idi.* videturne revocandum? *Gruter.* Serò de eo refert, de jam censuit & quidem sententiam gravissimam dixit Turne- *Gronov.*

. *Reddam verò, si & potero, brevi.*] Pall. & Fabr. amplius, *&* *si pot.* S. Vict. *& ipsi potero.* Gulielmius inde format, *verò, &* *potero br.* Gruter.

. *Jus plurimum valet & fides.*] *Ut vides* est in antiquo manu- to. error autem ut, *& fides*, pro, *ut vides* receptum sit, or, inde fluxit, quod Aeolico digamma. E, antiqui pro V. antur, ut TERMINAEIT ET DIEI, pro, *terminavit & divi*: tumque fortasse erat in exemplaribus *Fides*, pro, *vides*, quod nperito postea librario in *fides* mutatum fuit. Idem error in . de Natura Deorum irrepsit, in quo cum *Eidentes* scriptum , pro *videntes*, ut est in aliquibus codicibus, *fidentes* librarii mat. *Ursin.*

omnis hæc in religione versatur oratio. M. At verò, quod sequitur, quomodo aut tu assentiare, aut ego reprehendam, sanè quæro, Tite.

35 Att. Quid tandem est? M. De nocturnis sacrificiis mulierum. Att. Ego verò assentior; excepto præsertim in ipsa lege sollemni sacrificio ac publico. M. Quid ergo aget Jacchus 97 Eumolpidæque y nostri, & augusta illa mysteria, siquidem sacra nocturna tollimus? non enim populo Romano, sed omnibus bonis firmisque populis leges damus.

Pag. CLXXVII.

y vestri *Lamb.*

36 Att. Excipis, credo, illa, quibus ipsi initiati sumus. M. Ego verò excipiam. Nam mihi cùm multa eximia divinaque videntur Athenæ tuæ peperisse, atque in z vita hominum attulisse, tum nihil melius illis mysteriis, quibus ex agresti immanique vita exculti ad humanitatem, & mitigati sumus: Initiaque ut appellantur, ita re vera principia vitæ cognovimus: neque solùm cum lætitiâ vivendi rationem accepimus, sed etiam 98 cum

z vitam *Lamb.*

97. *Eumolpidæque nostri.*] Aut corrigendum, *Eumolpidæque vestri*, aut in nominibus personarum error est: nam Eumolpidæ sacerdotes erant Athenis. repetam igitur quod supra est, idque, ut est in Maffæi libro, perscribam: *Versatur oratio. at verò, quod sequitur, quomodo aut tu assentiare, aut ego reprehendam? M. sanè quærò, Tite, quid tandem id est? Att. De nocturnis sacrificiis mulierum. M. ego verò assentior, excepto præsertim in ipsa lege solemni sacrificio ac publico. Att. Quid ergo aget Jacchus Eumolpidæque vestri, & augusta illa mysteria, siquidem sacra nocturna tollimus? non enim populo R. sed omnibus bonis firmisque populis leges damus. excipis, credo, illa, quibus ipsi initiati sumus. M. Ego verò &c.* Hoc totum vacare mendo existimamus. nam illud, *sanè quæro, Tite*, refertur ad memoriam. quæro, inquit, quid sit quod in lege sequitur. deinde, quasi reminisci non posset, infert: *quid tandem id est?* P Manut. *Eumolpidæque*] Eumolpus Eleusinius Musæi Poëtæ filius, Orphei discipulus, versificator fuit. Hic initiandi ritum invenit & de sacris Cereris & mysteriis conscripsit. Ab eo Eumolpidæ, mysteriorum illorum sacerdotes, vocantur. Per Iacchum verò *Initia* intelligit, in quibus etiam Iacchus, id est Liber colebatur, Cic lib. II. de Natura Deorum: *Hunc dico Liberum Semele natum, non eum, quem nostri majores auguste sancteque Liberum cum Cerere & Libera consecraverunt:* quod quale sit ex mysteriis intelligi potest. Atque erat initiatorum vox, *ἴακχ᾽ ὦ ἴακχε*, ut est apud Aristophanem in Ranis: Alii interpretantur Ἴακχον hymnum in Liberum Patrem & Canticum. Ac sanè illud canticum illamque vocem initiatorum Cicero intelligere videtur. Interpres Aristophanis εἰκάς, inquit, dies mysteriorum erat in quo *ἴακχον* canebant. *Turneb.*

98. Cum

98 cum spe meliore moriendi. Quid autem mihi displiceat, 99 innocentes poëtæ indicant comici. Quâ licentiâ Romæ datâ, quidnam egisset ille, qui in sacrificium cogitatam libidinem intulit, quò ne imprudentiam quidem oculorum adjici fas fuit? Att. Tu verò istam Romæ legem [a] rogato. nobis nostras ne ademeris.

a rogato deest in MS.

XXV. M. AD NOSTRA igitur revertor: quibus profectò diligentissimè sanciendum est, ut mulierum famam multorum oculis lux clara custodiat, initienturque eo ritu Cereri, quo Romæ initiantur. Quo in genere severitatem majorum senatûs vetus auctoritas de Bacchanalibus, & consulum, exercitu adhibito, quæstio animadversioque declarat. Atque omnia nocturna, ne nos duriores fortè videamur, in media Græcia [1] Diagondas Thebanus lege perpetua sustulit. Novos verò deos, & in his colendis nocturnas pervigilationes sic Aristophanes, facetissimus poëta veteris comœdiæ, vexat, ut apud eum [2] Sabazius, & quidam alii dii pere- 37

98. *Cum spe meliore.*] Credebant enim Athenienses melius esse initiatis apud inferos, eosque larga & perenni luce frui, & choros ducere: reliquos autem in cœno volutari, ut ex Aristophanis Ranis intelligi potest, & ex Diog. Laër. sic scribente: Ἀξιούντων Ἀθηναίων μυηθῆναι αὐτὸν καὶ λεγόντων, ὡς ἐν ᾅδου προεδρίας οἱ μεμυημένοι τυγχάνουσι· Γελοῖον, ἔφη, εἰ Ἀγησίλαος μὲν καὶ Ἐπαμεινώνδας ἐν τῷ βορβόρῳ διάξουσιν, εὐτελεῖς δέ τινες μεμυημένοι ἐν ταῖς μακάρων νήσοις ἔσονται. Id est, *cum postularent Athenienses ut initiaretur, dicerentque apud inferos initiatis loci prærogativam esse: ridiculum, inquit, dictu, Agesilaum & Epaminondam in cœno versaturos esse, homines autem tenues, nescio quos, initiatos in beatorum insulis futuros.* Turnebus.

99. *Innocentes poëtæ indicant comici.*] Nihil variant mss. nostri, nisi quod quarto absit *comici.* maluissem exulasset, *poëta.* Turnebus impressit, *in nocentes.* Victorius *in nocturnis.* mihi satisfacit vulgata, quidquid oggannìat Lambinus. ita enim vocat, illud genus comicum, quod nemini infert fabulis suis injuriam; tantum memorias veterum repræsentant. videatur item Turnebus lib. XIV. Advers. cap. 6. *Gruter.*

1. *Diagondas Thebanus.*] Verissimè ostendit Cl. Meursius inter Bœotos obtinuisse nomen *Pagondas*, & id restituendum hîc etiam esse Ciceroni, satis probabiliter judicat lib. III. Attic. lect. cap. 23. *Gronov.*

2. *Sabazius.*] Comœdia, in qua Aristophanes Sabazium ejicit, nunc non extat. Cæterum Sabazius à Phrygibus Liber Pater dicitur, à σαβάζειν, quod est bacchari. Ad hæc σάβοι, loca ei dicata, fanaticique ejus sacerdotes nuncupabantur. De Sabazio sic Cicer. lib. III. de Natur. Deor. scribit: *Tertium Dionysium Caprio* Pa-

regrini judicati, è civitate ejiciantur. Public
P. B. sacerdos imprudentiam consilio expiatam metu
audaciam in admittendis religionibus fœdis dam
que impiam judicet.

38 Jam ludi publici, quoniam [b] sunt cavei c
divisi, [c] sint corporum certationes, cursu &
tione, luctatione curriculisque equorum us
certam victoriam circo [d] constitutis: cavea, can
ce ac fidibus, & tibiis; dummodò ea modera
ut lege præscribitur. assentior enim Platoni, nih
facilè in animos teneros atque molles influere,
varios canendi sonos. quorum dici vix potest
sit vis in utramque partem. Namque & inc
guentes, & 3 languefacit excitatos, & tum
animos, tum contrahit: civitatumque hoc
in Græcia interfuit, antiquum vocum servar
quarum mores lapsi ad mollitiem, pariter sunt
ti cum cantibus: aut hac dulcedine corrupte
pravati, ut quidam putant; aut, cùm severita
ob alia vitia cecidisset, tum fuit in auribus a
mutatis etiam huic mutationi locus.

39 Quamobrem ille quidem sapientissimus G
longeque doctissimus valde hanc labem vere
gat enim mutari posse musicas leges sine mut
gum publicarum. Ego nec tam valde id ti

b sint *alii*.
c fuerint *MS.*
d constituta *Lamb.*

Patre, eumque Regem Asiæ præfuisse dicunt, cui Sab
stituta. Estque & Arabibus suus Sabus, cui decim
cant. Non deerat Sabinis suus quoque Deus Sabus.

——— pars sanctum voce canebant
Auctorem generis, pars laudes ore canebant
Sabe tuas, &c.

Ejecerunt etiam Romani sacra Sabazii. Valerius: *I*
bazii Jovis cultu mores Romanos inficere conati sunt, d
tere coëgit. Erant, ne id omittam, Romanis etiam
na, sed non mulierum *Turnebus.*

3. *Languefacit*] *Languere facit* habet vetus codex. (
di figura, qua usus est Plato in Cratylo, ποιήσειν
γεῖν, καὶ λέγειν. *Ursin.*

4. *Negat enim mutari posse musicas leges sine muta*
blicarum.] Videtur hoc convenire cum iis quæ à
sunt in lib. IV. de Rep. Εἶδος γὰρ καινὸν μουσικῆ
εὐλαβητέον· οὐδαμοῦ γὰρ κινοῦνται μουσικῆς τρόποι
νόμων τῶν μεγίστων, ὥς φησί τε Δάμων, καὶ
Idem.

nec planè contemnendum puto. Illa quidem, quæ solebant quondam [e] compleri [f] severitate jucunda Livianis & Nævianis modis; nunc, [g] ut eadem exsultent, cervices oculosque pariter cum modorum flexionibus torqueant. Graviter olim ista vindicabat vetus illa Græcia, longè providens, quàm sensim pernicies illapsa [h] civium animos, malis studiis, malisque doctrinis repentè totas civitates everteret: si quidem illa severa Lacedæmon nervos jussit, quòd plures quàm septem haberet, [5] in Timothei fidibus demi.

e complecti *alii.*
f severitatem jucundam *Lamb.*
g videtis ut exsult. *Idem.*
h in civ. *Idem.*
Pag. CLXXVIII.

XVI. DEINCEPS in lege est, ut de ritibus patriis colantur optimi: de quo cùm consulerent Athenienses Apollinem Pythium, quas potissimùm religiones tenerent, oraculum editum est, eas, quæ essent in more majorum. Quò cùm iterum venissent, majorumque morem dixissent sæpe esse mutatum, quæsivissentque, quem morem potissimùm sequerentur è variis: respondit, optimum. & profectò ita est, ut id habendum sit antiquissimum & deo proximum, quod sit optimum. [6] Stipem sustulimus, nisi eam, quam ad paucos dies propriam Idææ Matris excepimus. implet enim superstitione animos, & exhaurit domos. Sacrilego pœna est,

5. *In Timothei.*] *Timotheus* Milesius fidicen decimam & undecimam chordam lyræ adjecit, & priscam Musicam mollitiâ effœminavit. vixit Euripidis & Philippi Macedonis ætate. Athenæus libro Dipnosoph. decimo quarto, paulo aliter hanc historiam refert: nimirum Timotheum Milesium pleris que organum magadem nervorum constructione, quàm deceret, numerosius habere visum: cumque idcirco apud Lacedæmonios in judicium vocatum, quod priscam Musicam labefactaret: cumque quidam supervacaneas ejus chordas abscindere pararet, ostendisse quendam illic Appollonis cum, cui eâdem constructione, parique nervorum numero lyra esset: ipsumque ita dimissum. Produnt etiam Ephoros Terpandrum multasse, quòd in Cithara præter necessitatem, unam chordam intendisset: sed & ejus citharam ad rei memoriam, in paxillo suspensam fuisse. Idem etiam Phryni factum ab Ephoris esse, Plutarchus auctor est in libello περὶ προκοπῆς. *Turnebus.* *In Timothei fidibus demi.*] Hoc quidem modo Turnebus. sed vulgata voce auctior, *inde demi*, quod & in Palat. tert. quartus nihil habet sinceri. S. Victoris non agnoscit *demi*, contentus solo *inde*, quod & in editione Victorii cum asterisco. Lambinus suo arbitratu finxit, *fidibus incidi.* hoc est scilicet solvere nodum Gordium. *Gruter.*

6. *Stipem sustulimus.*] Πτωχεύειν, id Græci dicunt: & μητραγύρτας, qui stipem cogunt. *Ursin.*

evadere. M. Non enim, Quinte, rectè existi
quæ pœna divina sit: [13] & opinionibus vulgi ra
errorem, nec vera cernimus: morte, aut dolo
poris, aut luctu animi, aut offensione judicii,
num miserias ponderamus: quæ fateor humana
multis bonis viris accidisse: sceleris est pœna, tr
præter eos eventus, qui sequuntur, per se ipsa
ma est. Vidimus eos, qui nisi odissent patriam
quam inimici nobis fuissent, [14] ardentes cùm cu
tum metu, tum conscientia: quid agerent, m
mentes; vicissim contemnentes religiones; [15]
perrupta ab iisdem; corrupta hominum, non d
44 [16] Reprimam jam, & non insequar longiùs, eoq
P. CLXXIX. mus, quo plus pœnarum habeo, quàm petivi.
tùm ponam, erui duplicem pœnam esse di

13. *Et opinionibus vulgi*] Ista recepta est lectio, magis
cet, quam Victorii ac Turnebi, quæ, *nos opin.* veteres au
ferunt, *nec opinion. &c.* quæ diversitas facit, ut opiner, om
ciendam syllabam primam, rescribendumque: *quæ pœna d
opinionibus vulgi rapimur in errorem &c.* Gruter.

14. *Ardentes.*] Ardere cupiditate rectissimè dicitur, no
de ardere metu: sed interdum sic auctores loquuntur, ut
quod pluribus accommodandum est, apposite proximo
niat, non item reliquis. In libro scripto est *tum cupiditat
tum conscientiâ*, fortasse legendum, *tum cupiditatum
conscientiâ*. mox enim de metu scribet, quid agerent
modò timentes: ut hic de metu frustra scribatur. *Turneb
dentes cùm cupiditate, tum metu, &c.*] Sic Victor. & Turne
nam vulgata *tum cup.* quod & in Palat. tert. quippe quart
dentes verò cupiditate, metu, cum conscientia quid gerent. S.
codex, *cùm cupiditatum metu*; quod fuit item in mss. Turne
gebatque *ardentes tum cupiditatum æstu, tum conscientiâ.* quo
statim in contextum recepit Lambinus; nec improbabat
Stephanus lib. IV. Schediasmatum; nisi quod putaret adhu
ri genitivum *conscientia peccatorum, scelerum, facinorumve.*
rectè. *conscientia* enim verbum est ambiguum, & tam bona
tat, quàm malam. *Gruter.*

15. *Judicia.*] *Judicium* de violata Religione Bonæ Dea
ficat, quo corruptis judicibus Clodius absolutus fuerat. H
tasse non malè legeretur, *Corruptela hominum, non Deorum.*
rupit enim homines Clodius, non Deos, cùm angore consc
fraudis cruciatu, cupiditatis & metus perturbatione, quæ
divina est, semper vexatus sit. *Corrupta* tamen eundem
efficeret. *Turnebus.*

16. *Reprimam jam, & non insequar &c.*] Conjicit Turneb
me; quod illico admisit Lambinus. maluissem *Reprimam anim
non*, ut id verbi natum sit à compendiaria scribendi forma.

17. *Tantum pœnam erui duplicem pœnam esse &c.*] Obscuru

quòd constaret & ex vexandis vivorum animis; & [m] ea m ex fama mortuorum, ut eorum exitium & judicio vivorum & gaudio comprobetur.

[m] ea m ex fama Lamb.

XVIII. AGRI autem ne consecrentur, Platoni prorsus assentior: qui, si modò interpretari potuero, his ferè verbis utitur. [18] Terra igitur, [19] ut focus domiciliorum, sacra deorum omnium est. 45 Quocirca ne-quis iterum idem consecrato. Aurum autem & argentum in urbibus & privatim, & in fanis invidiosa res est. Tum [20] ebur ex inani corpore extractum, haud satis castum donum deo. Jam æs atque ferrum, duelli instru-

fuissem duobus mss. quos laudat Paullus Manutius: quibus abesset illud *erui*. sed enim cum servet vulgata; *tantum pœnam merui, duplicem &c.* restetque & in mss. nostris, nisi quod Pal. quart. *metui*; habeantque item membranæ Turnebi; neque recedant Victorianæ quam unâ litterâ, *pœna merui*; quomodo & liber S. Victoris, malui acquiescere conjectaneo Turnebi. *Gruter. Tantum ponam erui.*] Hæc conjectura est Turnebi, veteres habent; *pœnam merui*, vel *pœna merui*. Est ex Palatinis, qui exhibet, *metui*, quod vix dubito, quin sit rectum. Totum porro locum ita censeo scribendum: *tantum ponam, metui duplicem pœnam esse divinam; quod constat & ex vexandis vivorum animis, & ex fama mortuorum, ut eorum &c. Metui esse* dicitur, quod metum incutit, quomodo *quod* dicitur *esse gaudio, esse voluptati.* Illud *quod* non est causale, ut vulgo arbitrantur, sed pronomen generis neutrius, & refertur ad *metui esse*. Hoc, hæc res, timeri scilicet duplicem pœnam, constat & ex eo, quoniam sceleratorum animi, quamdiu vivunt, vexantur, estque hæc una pœna divina, malæ scilicet conscientiæ; deinde & ex eo, quoniam post mortem dicuntur apud inferos cruciari, estque hæc altera pœna divina, supplicii scilicet infernalis. *Scheffer.* Quid magis perspicuum vera hac lectione *tantum ponam meriti duplicem p.?* Meritum, εἰς κακὸν· Ut Ovid. *Alterius meritis cur ego damna tuli?* Gronov.

18. *Terra igitur, ut focus domiciliorum, sacra Deorum &c.*] Est à Turnebi mss. quibus adstipulantur item nostri, excepto quod in iis, *sacro.* vulgata, *ut focus, domicilium sacrum omnium Deorum est.* Gruter.

19. *Ut focus domiciliorum.*] *Domicilii* habet liber antiquus, & ita videtur ab aliquo emendatum ex Platone. Γῆ μὲν (inquit) ἑστία τῆς οἰκήσεως ἱερά. *Ursin.*

20. *Ebur ex inani corpore extractum.*] Ita edd. olim & mss. nostri omnes. cusi recentius *inanimo.* quod tamen eodem redit. Lipsius lib. II. Antiq. lect. cap. 2. item ad librum II. Historiarum Taciti, asseverat manifestè legendum *ex immani corpore.* Gruter. Hoc ipsum sic in Lipsio arguendo repetit Dionysius Salvagnius Boessius in Ovidianam Ibin, *corpus inane* sic Romanis sæpe dictum ostendens, & hujus loci vulgatam lectionem fulciens ex ipso Platone, unde hæc

n quod qui *Turneb.* quod quis *Lamb.*
o cavato *MS.*
p *alii* sunt.

ſtrumenta, non fani. Ligneum autem [n] quodque voluerit, uno è ligno [o] dedicato, itemque lapideum, in delubris communibus. Textile ne operoſius, quàm mulieris opus menſtruum. color autem albus, præcipuè decorus deo eſt tum in ceteris, tum maximè in textili. tincta verò abſint, niſi à bellicis inſignibus. [21] Diviniſſima autem dona, aves & formæ ab uno pictore uno abſolutæ die: itemque cetera hujus exempli dona [p] ſunto. Hæc illi placent. ſed ego cetera non tam reſtrictè præfinio, vel hominum vitiis, vel ſubſidiis temporum victus. Terræ cultum ſegniorem ſuſpicor fore, ſi ad eam tuendam, [22] ferroque ſubjiciendam, ſuperſtitionis aliquid acceſſerit. Att. Habeo iſta. Nunc de ſacris perpetuis, & de manium jure reſtat. M. O miram

hæc ipſa petiit Tullius: Ἐλέφας δὲ ἀπολελοιπότος ψυχὴν σώματος οὐκ εὐαγὲς ἀνάθημα. *Gronov.*

21. *Diviniſſima autem dona habes, & forma, &c.*] Sic non pauci impreſſorum codicum habent. in aliis autem (qui meliores putantur) ad huc depravatius eſt, *dona habent & forma.* Legendum eſt ex Platone, unde totus hic locus ſumptus eſt, *aves & forma.* Quare prior lectio veræ propinquior, abundante ferè tantum in ea aſpiratione, nam *b* pro *v* frequenter capiebatur. Hæc ſunt verba Platonis in libro XII. de Legibus, quæ Cicero elegantiſſimè interpretatur: Γῆ μὲν οὖν ἑστία τε οἰκήσεως ἱερὰ πᾶσι πάντων θεῶν· μηδεὶς οὖν δευτέρως ἱερὰ καθιερούτω θεοῖς. χρυσὸς δὲ καὶ ἄργυρος ἐν ἄλλαις πόλεσιν ἰδίᾳ τε καὶ ἐν ἱεροῖς ἐστιν ἐπίφθονον κτῆμα, ἐλέφας δὲ ἀπολελοιπότος ψυχὴν σώματος οὐκ εὐχερὲς ἀνάθημα. σίδηρος δὲ καὶ χαλκὸς πολέμων ὄργανα, ξύλου δὲ μονόξυλον ὅτι ἂν ἐθέλῃ τις ἀνατιθέτω καὶ λίθου ὡσαύτως πρὸς τὰ κοινὰ ἱερά, ὑφὴν δὲ μὴ πλέον ἔργον γυναικὸς μιᾶς ἔμμηνον· χρώματα δὲ λευκὰ πρέπον ἂν θεοῖς εἴη καὶ ἄλλοθι καὶ ἐν ὑφῇ βάμματα δὲ μὴ προσφέρειν ἀλλ᾽ ἢ πρὸς τὰ πολέμου κοσμήματα. Θειότατα δὲ δῶρα ὄρνιθές τε καὶ ἀγάλματα ὅσαπερ ἂν ἐν μιᾷ ζωγράφος ἡμέρᾳ εἷς ἀποτελῇ. καὶ τἆλλα ἔστω κατὰ τὰ τοιαῦτα ἀναθήματα μεμιμημένα. *Victor.*

22. *Ferroque ſubjiciendam.*] Vomere arandam & ligone paſtinandam. Nam ſi receptum ſit, terram ſacram eſſe, eam ferro violare non audebunt, niſi ſuſceptis ſacris piacularibus. Sic Athenienſes in ſepulturis ſolùm frugibus expiatum vivis reddebant. Jam agri ſacri non colebantur, & Amphictyones graviſſimè Locros mulctarunt, quòd agrum ſacrum coluiſſent. *Turneb.* *Ferroque ſubjiciendam.*] Ita noſtri, niſi quod antiquo ſcribendi modo *ſubiciendam.* P. Manutius & Lambinus malebant, *ſubigendam.* at Gulielmius potius illud *tuendam* reformabat in *ruendam*, benè. *Gruter.*

23. Ut

miram memoriam, Pomponi, tuam! at mihi ista exciderant.

Att. Ita credo: sed tamen hoc magis eas res & memini & exspecto, quòd & ad pontificium jus & ad civile pertinent. M. [q] Verò; & apertissima sunt istis de rebus & responsa & scripta multa: & ego in hoc omni sermone nostro, quod ad cumque legis genus me disputatio nostra deduxerit, tractabo, quoad potero, ejus ipsius generis jus civile nostrum: sed ita, locus ipse ut notus sit, ex quo ducatur quæque [r] pars juris, [23] ut non difficile sit, qui paullum modò ingenio possit moveri, quæcumque nova causa consultatiove [s] acciderit, ejus tenere jus; cùm scias, à quo sit capite repetendum. 46

XIX. Sed jureconsulti sive erroris objiciendi caussa, quo plura & difficiliora scire videantur: sive, quod similius veri est, ignoratione docendi (nam non solùm scire aliquid, artis est, sed quædam ars [t] etiam docendi) sæpe, quod positum est in una cognitione, id in infinita [v] dispartiuntur: velut in hoc ipso genere, quàm magnum illud Scævolæ faciunt, pontifices ambo, & iidem juris peritissimi? [x] Sæpe, inquit Publii filius, ex patre audivi, pontificem neminem bonum esse, nisi qui jus civile cognosset. totumne? quid ita? quid enim ad pontificem, de jure parietum, aut aquarum, [24] aut ullo omninò? [y] ergo, quod cum religione conjunctum est. id autem quantulum est? de sacris, credo, de votis, de feriis, de sepulcris, & si quid ejusmodi est. Cur igitur hæc tanta facimus, cùm cetera perparva sint? De sacris autem, qui locus patet latiùs, hæc sit una sententia, ut conserventur semper, & deinceps familiis prodantur, &, ut in lege posui, perpetua sint [z] sacra. 47

Hoc uno posito, hæc jura pontificum auctoritate consecuta sunt, ut ne morte patrisfamiliâs sacrorum memoria occideret; iis essent ea adjuncta, ad quos ejus- 48

q Vera & apert. *Lamb.* P. E.
r res & ars *edd. vett.*
s inciderit *conj. Lamb.*
t est et. *Lamb.*
v dispertiuntur *Lamb.*
x At, inquit *alii.*
y si ergo *alii.*
z sacra hic posita. Hæc jura *alii.* sacra *Lamb. delet.*

23. *Ut non difficile sit, qui paullum modò ingenio possit moveri, quacunque &c.*] Est à mss. libris, nisi quod *domo* mutarit in *modò* Turnebus. ediderat Victorius, *ut non diff. sit qui domo ingenii possit moveri, quacunque &c.* quod item exstat in exemplari S. Victoris. *Gruter.*

24. *Aut ullo.*] Puto legendum *aut luminum.* Jura enim parietum, aquarum, stillicidiorum, luminum, conjuncta sunt. Illud verò *ullo omnino* non satis assequor, præsertim cum sequatur, *ergo quod cum Religione conjunctum est.* Turneb.

25. Tri-

ejusdem morte pecunia venerit. Hoc uno posito, quod est ad cognitionem disciplinæ satis, innumerabilia nascuntur, quibus implentur jurisconsultorum libri.

P.CLXXX.

quæruntur enim, qui adstringantur sacris. Heredum causa justissima est. nulla est enim persona, quæ ad vicem ejus, qui è vita [a] emigraverit, propiùs accedat. Deinde qui morte testamentove ejus tantundem capiat, quantum omnes heredes. id quoque ordine. est enim ad id, quod propositum est, accommodatum. Tertio loco, si nemo sit heres, is, qui de bonis, quæ ejus fuerint, cùm [b] moritur, usu ceperit plurimum possidendo. Quarto, si nemo sit, qui ullam rem cepe-
49 rit, de creditoribus ejus, qui plurimum servet. Extrema illa persona est; ut is, qui ei, qui mortuus sit, pecuniam debuerit, neminique eam solverit, [c] perinde habeatur, quasi eam pecuniam ceperit.

a emigrarit *Vict. Turneb.*

b moriturus acceperit *alii.*

c proinde *Lamb.*

XX. HAEC NOS à Scævola didicimus; non ita descripta ab antiquis. Nam illi quidem his verbis docebant, [25] tribus modis sacris adstringi: hereditate: aut si majorem partem pecuniæ capiat: aut si major pars pecuniæ legata est, si inde quippiam ceperit. Sed pontificem sequamur.

50 Videtis igitur omnia pendere ex uno illo, quod pontifices pecuniam sacris conjungi volunt: iisdemque ferias & cæremonias adscribendas putant. Atque etiam dant hoc Scævolæ, [26] quod est partitio: [27] ut, si in testa-

25. *Tribus modis adstringi: hereditate &c.*] Secuti sumus editionem Victorii, quam & Turnebus repræsentavit; cui Turnebo per omnia ferè libris his tribus secundas agit Aldus Manutius Nepos. equidem in re tam obscura, neminem invenire poterat, cui se tutius honestiusque committeret. *Gruter.*

26. *Quod est partitio &c.*] Lambinus heic mirè omnia confundit, ut sententia sua sibi constet Tullio, si Diis placet: recepitque præterea in contextum Ranconeti divinationem, *partitionis caput*; eumque secutus, quod miror, Aldus Nepos. *Gruterus.* Versat hunc difficilem locum quoque pater lib. IV. de Pecunia Vetere cap. 7. *Gronov.*

27. *Ut si in testamento deducta scripta non.*] Hæc veterum librorum est scriptura, quam sequor: quid enim aliud facere possum? & deductam hic deductionem interpretor sic, *remissam pro remissione* dicit divus Cyprianus, & *missam* eodem modo in re divina, *pro missione* usurpamus. Nam quod, *Ite missa est*, pronuntiamus, quo olim catechumeni dimittebantur, id est, quod à Græcis dicebatur *ἄφεσις λαοῖς*: sic intritam etiam dicebant. Jurisconsulti au-

testamento deducta, scripta non sit, ipsique minus ceperint, quàm omnibus heredibus relinquatur, sacrisne alligentur. In donatione hoc iidem secus interpretantur: [d] & quod paterfamiliâs in ejus donatione, qui in ipsius potestate esset, approbavit, ratum est: quod eo insciente factum est, si id is non [e] approbat, ratum non est. d & deest in multis. e approbant Lamb.

His propositis, quæstiunculæ multæ nascuntur: [28] quas qui intelligat, non si ad caput referat, per se ipse facilè perspiciat: [29] veluti, si minus quis cepisset, ne sacris alligaretur: [f] ac post de ejus heredibus aliquis exegisset pro sua parte id, quod ab eo, cujus ipse heres esset, prætermissum fuisset: eaque pecunia non minor esset 51 P. B. f si post alii.

autem veteres non solùm calumnia quadam & calliditate rationem liberandæ sacræ pecuniæ excogitarant, verùm etiam interimendorum sacrorum. Cic. pro Muræna: *sacra interire illi noluerunt: horum ingenio senes ad coëmptiones faciendas interimendorum sacrorum causa reperti sunt.* Quidam etiam hîc non malè emendant *deducta centum scripta non sint.* Nam hic quiddam deesse videtur, cum, ut apparet ex sequentibus, sensus sit, ut centum nummos deducant, si in testamento scripta sit ea deductio (quando, ut opinor, ex ingenio Jurisconsultorum jam id solebat addi testamentis, cùm aliquem sacris nolebat astrictum esse testator) alterum etiam subsidium erat, si deductio in testamento non esset scripta, ut minus caperet, qui liberari vellet, quàm relictum esset omnibus hæredibus. hæc Jurisconsulti callidè & acutè excogitarant. *Turneb.* *Ut si in testamento deducta scripta non sit.*] Victorii editio *ut si in test. ut deducantur scriptum non sit.* Pal. tert. item Turnebi codd. stant à vulgato. quartus habet, *ut si in testo se ducta scripta non sit.* Gruter.

28. *Quas, qui intelligat, non si ad caput referat.*] Exhibendum putavi iterum lectionem exoletam. Victorius enim, Lambinus, Aldus Nepos maluerunt, *quas qui non intelligant, si ad caput referat*, contra auctoris mentem, ut bene ostendit Turnebus. *Idem.*

29. *Veluti siquis.*] Ut si Paterfamilias hæredibus quincuncem, legatario septuncem reliquisset: legatarius autem non totum legatum, ne sacris alligaretur, cepisset: sed uncias, verbi gratia, tres prætermisisset, quatuor exegisset: ac deinde is è vitâ, institutis duobus hæredibus, migrasset, quorum unus rei à testatore prætermissæ, ratam portionem exegisset, id est, sescunciam: hic utique solus absque cohærede sacro alligaretur, quoniam additâ quatuor unciis, quæ antè exactæ fuerant, unciâ & semunciâ, pecunia non minor esset facta, quàm omnibus hæredibus esset relicta. relictæ enim iis fuerant tantum V. unciæ à testatore: at legatarii hæres quatuor unciis sescunciam addidit, quam pro sua parte exigit, ut major pecunia sit, quàm relicta est omnibus hæredibus. *Turneb.*

30. *Testa-*

esset facta cum superiore exactione; quàm heredibus omnibus esset relicta: qui eam pecuniam exegisset, solum [g] sine coheredibus, sacris alligari. Quin etiam cavent, ut, cui plus legatum sit, quàm sine religione capere liceat, per æs & libram [h] heredem [30] testamenti solvat, propterea quòd eo loco res est, ita soluta hereditate, quasi ea pecunia legata non esset.

g nisi coh. *MSS. & add. vett.*
h heredes *MSS.*

52 XXI. Hoc ego loco multisque aliis quæro à vobis, Scævolæ pontifices maximi, & homines, meo quidem judicio, acutissimi, quid sit, quod ad jus pontificium civile appetatis. civilis enim juris scientiâ pontificium quodam modo tollitis. nam sacra cum pecunia, pontificum auctoritate, nulla lege, conjuncta sunt. [31] Itaque si vos tantummodò pontifices essetis, pontificalis maneret auctoritas: sed [32] quòd iidem juris civilis estis peritissimi, hâc scientiâ illa eluditis. Placuit P. Scævolæ & Coruncanio, pontificibus maximis, itemque ceteris, qui tantumdem caperet, quantum omnes heredes, sacris alligari. Habeo jus pontificium.

53 Quid huc accessit ex jure civili? partitionis caput, scriptum cautè, ut centum nummi deducerentur. Inventa est ratio, cur pecunia sacrorum molestiâ liberaretur. Quòd si hoc, qui testamentum faciebat, cavere noluisset, admonet jurisconsultus hic quidem ipse Mucius, pontifex idem, ut minus capiat, quàm omnibus heredibus relinquatur. [33] Super dicebant, qui quid cepisset,

30. *Testamenti solvat.*] Mirare Gruterum à se potuisse impetrare, ut Lambinum non agitaret, hoc loco legentem, *solvat, tantumque stipuletur, quantum legatum est, propterea &c.*

31. *Itaque si vos tantummodò Pontifices essetis, pontificalis maneret &c.*] Elegans hæc emendatio manavit à libris Petri Victorii prius cusi, *itaque usibus tantummodò pontificis esset, si pontificalis &c.* Gruter.

32. *Quod iidem juris civilis estis peritissimi, hac &c.*] Debemus & istud Victorio. antea enim erat, *quod idem jur. civ. est aspernitis, ac &c.* Gruter.

33. *Super dicebant.*] Palat. tert. ita scribit tanquam si una esset dictio. Turnebus legendum censebat *superiores dicebant:* quod illico Lambinus textui intulit. *Gruter. Super dicebant, quicquid cepisset.*] Dubitant de hoc loco, Turnebus judicat, scribendum *superiores.* Ego censeo connectendum cum sequenti *cepisset*, hoc ordine & sensu: quicquid cepisset super, sc. quam omnibus heredi-[...]linquatur. *Super capere* sic dictum, ut *super habere*, in illo ne-

pisset, adstringi. Rursùs sacris liberantur. Hoc verò nihil ad pontificium jus, & è medio est jure civili, ut per æs & libram heredem testamenti solvant, & eodem loco res sit, quasi ea pecunia legata non esset, si is, Pag. CLXXXI. cui legatum est, stipulatus est idipsum, quod legatum est, ut ea pecunia ex stipulatione debeatur; 34 sitque ea [*non alligata sacris.*

Venio nunc ad manium jura, quæ majores nostri & sapientissimè instituerunt, & religiosissimè coluerunt. Februario autem mense, qui tunc extremus anni mensis erat, mortuis parentari voluerunt: quod tamen D. Brutus, ut scriptum à Sisenna est, Decembri facere solebat. Cujus ego rei causam cùm mecum quærerem, Brutum reperiebam idcirco à more majorum discessisse, (nam Sisennam video causam, cur is vetus institutum non servarit, ignorare. Brutum autem majorum institutum temere neglexisse, non sit mihi verisimile] 35 doctum hominem sanè: cujus fuit Accius perfamiliaris:) sed mensem, credo, extremum anni, ut veteres Februarium, sic hic Decembrem sequebatur. Hostiâ autem maximâ parentare, pietatis esse adjunctum putabat. 54

XXII. JAM TANTA religio est sepulcrorum, ut ex- 55
trà

notissimo, *satis superque habere*, pro habere plus, quàm satis. Ita planè hoc loco. *Scheffer.*

34. *Sitque ea (non alligata &c.)*] Uncis inclusa, adfirmat Lambinus inventa sibi in codice perantiquo ad otam: ideoque heic retineri posse censebat Gulielmius; quamvis eorum nullum exstaret vestigium in Fabr. aut S. Vict. & verò nihilo magis comparent in Pal. tertio aut quarto: respuuntque omnes ad unum editiones. *Gruter.*

35. *Doctum hominem.*] *Decimum Brutum* intelligit, qui Accii poëtæ perfamiliaris fuit. Cic. pro Archia: *Decimus quidem Brutus summus vir & Imperator, Accii amicissimi sui carminibus templorum ac monumentorum aditus exornavit suorum.* Veteres autem extremo anni mense Diis Manibus parentare solebant, qui Februarius erat: verùm, posteaquàm Februarius secundus anni mensis factus est, obtinuit, ut eodem tamen mense res divina eis fieret. Veruntamen Brutus instituti veteris memor, non Februarium, sed Decembrem ultimum mensem sequebatur, in Deorum Manium parentationibus. Hunc Ciceronis locum sic in Problem. attingit Plutarchus: *Διὰ τί τῶν ἄλλων Ῥωμαίων ἐν τῷ Φεβρουαρίῳ μηνὶ ποιουμένων χοὰς καὶ ἐναγισμοὺς τοῖς τεθνηκόσι, Δέκιμος Βροῦτος, ὡς Κικέρων ἱστόρηκεν, ἐν τῷ Δεκεμβρίῳ τοῦτο ἔπραττεν.* id est, *Cur cùm cæteri Romani Februario mortuis parentarent, Decimus Brutus, ut Cicero scribit, id Decembri faciebat?* Turneb.

 36. *Jus*

tra sacra & gentem inferri fas negent esse: idque apud majores nostros A. Torquatus in gente Popilia judicavit. Nec verò tam denicales, quæ à nece appellatæ sunt, quia [i] residentur mortui, quàm ceterorum cœlestium quieti dies, feriæ nominarentur, nisi majores eos, qui ex hac vita migrassent, in deorum numero esse voluissent: eas in eos dies conferre [36] jus, quibus neque ipsius, neque publicæ feriæ sint. totaque hujus juris compositio pontificalis magnam religionem cærimoniamque declarat. Neque necesse est edisseri à nobis, quæ finis funestæ familiæ, [37] quod genus sacrificii Lare vervecibus fiat; quemadmodum os [k] rejectum terræ obtegatur; [38] quæque in porca [l] contracta jura sint;

i residunt *alii.*

k resectum terrâ *Lamb.*

l confracta *alii.*

36. *Jus, quibus neque ipsius, &c.*] Ita Turnebus aliique eum secuti. verùm priores, *jus, ut neque ipsius.* Victorii editio, *jus, ut ne ipsius &c.* quomodo & scripti ferè nostri, alioquin mendosissimi. *Gruter.*

37. *Quod genus sacrificii Lare vervecibus.*] Vetus liber, *sacrificare verberibus*, vitiosa planè scriptura, ut & recepta. legendum aliquando censui, *Farre & verbenis.* Nam *Farra torrida* in febribus fuisse scribit Ovidius: & Verbenis, ut Plinius ait, Jovis mensa verrebatur, domusque purgabantur & lustrabantur. *Exverras* autem significare mihi videtur. Sic vocabatur purgatio domus, ex quâ efferebatur mortuus, quæ fiebat per Everriatorem, certo genere scoparum adhibito. Videtur tamen scriptum fuisse, *Sacrificii Ara verberibus fiat.* Nam ut Lupercei obvios verberabant ad urbem purgandam, ita quoque ad familiæ purgationem hâc Ceremoniâ sacrum fortasse fiebat. Asconius scribit: *Licinium quendam fuisse de plebe sacrificulum, qui solitus esset familias purgare;* quem etiam Cicero popam, id est, sacrificulum appellat. *Turneb.* *Quod genus sacrificii Lare vervecibus fiat.*] Laribus vervece sacrum fiebat, ut ex inscriptione Fratrum Arvalium intelligere possumus, in qua est, LARIB. VERB. N. II. MATRI. LAR. OV. IV. II. *Ursin.* *Quod genus sacrificii Lare vervecibus fiat.*] Hæc est lectio communis ab Aldo usque Manutio; licet aliam proferat Lambinus Turnebi msf. ut & noster S. Victoris, *quod genus sacrificare verberibus fiat.* ac Pal. tert. nihil abit à vulgato, nisi addita litterâ, *à lare.* quartus exhibet, *sacrificii verberibus fiat.* Turnebo videbatur scriptum fuisse *sacrificii ara vervecibus fiat.* Gruter.

38. *Quæque in porca contracta.*] Sic legendum ex veteribus libris, id est, quibus suscipienda porca sit, quibus non. *Porca* autem *Præsa*, purgandæ familiæ causâ Cereri immolabatur. sed & *præcidanea* interdum, cùm præsertim dicat Festus: ita Porcam vocari, quæ Cereri mactabatur ab eo, qui mortuo justa non fecisset, id est, glebam non injecisset. quia mos erat eis id facere, priusquàm novas fruges gustarent. Hæc quoque Varronis verba sunt: *Quod hu-*

sint; quo tempore incipiat sepulcrum esse, & religione teneatur.

[m] At mihi quidem antiquissimum sepulturæ genus id 56
fuisse videtur, quo apud Xenophontem Cyrus utitur. [39] redditur enim terræ corpus, & ita locatum ac situm, quasi operimento matris obducitur. eodemque ritu in eo sepulcro, [40] quod procul [41] ad Fontis aras, regem nostrum Numam conditum accepimus: gentemque Corneliam usque ad memoriam nostram hac sepultura scimus esse [n] usam. C. Marii sitas reliquias apud Anienem, dissipari jussit Sulla victor, [o] acerbiore odio incitatus, quàm si tam sapiens fuisset, quàm fuit [p] vehemens.

m Ac *alii.*
n humatam *edd. vett.*
o acerbo odio incitatus, cui paruisset nunquam sitam *Lamb.*
p felix *P. Manut. P. B.*

Quod haud scio an timens [q] suo corpori posse accidere, primus è patriciis Corneliis igni voluit cremari. 57
[42] declarat etenim Ennius de Africano, *Hic est ille situs.* Verè.

q ne suo *Lamb.*

humatus non sit, heredi porca præcidanea suscipienda Telluri & Cereri: aliter pura non est. *Turneb.*

39. *Redditur enim terræ corpus.*] Locus ex Xenophontis Pædiæ Cyri: Τὸ δ' ἐμὸν σῶμα, κῦρος φησὶν, ὦ παῖδες, ὅταν τελευτήσω, μήτ' ἐν χρυσῷ θῆτε, μήτ' ἐν ἀργυρῷ μήδ' ἐν ἄλλῳ μηδενὶ, ἀλλὰ τῇ γῇ ὡς τάχιστα ἀπόδοτε· τί γὰρ τούτου μακαριώτερον τοῦ γῇ μιχθῆναι, ἣ πάντα μὲν καλὰ, πάντα δὲ ἀγαθὰ φύει, καὶ τρέφει· ἐγὼ δὲ καὶ ἄλλως φιλάνθρωπος ἐγενόμην, καὶ νῦν ἡδέως ἂν μοι δοκῶ κοινωνῆσαι τοῦ εὐεργετοῦντος ἀνθρώπους. *Ursin.*

40. *Quod procul ad Fontis aras.*] Hæc est vulgata; item mss. Turnebus abjecit *procul.* quod tamen in omnium mss. quippe & ipsius liber habebat; *quod procul à Fontis ara.* unde Lambinus fecit, *non procul à Fontis ara*; sed præter meliores membranaceos, in quibus exstat recepta lectio. *Gruter.*

41. *Ad Fontis aras.*] *Fontis aræ* extra portam Capenam erant in via Appia, ut ex inscriptione ibi eruta conjicere licet, quæ basi incisa fuit, cui Fontis statua superposita erat. in ejus autem aversa parte hœdus sculptus est, qui Fonti (ut Horatius in quodam carmine cecinit) sacrificatur. *Ursin.*

42. *Declarat etenim Ennius.*] Probat Ennii versu: gentem Corneliam solitam esse humari, ex Africano, quem humo conditum & situm dixit. Unde *siticines* dicebantur, *qui apud sitos*, id est; *vita functos & sepultos canebant*, ut Gellius ait. Itaque quod Cicero subjicit, *Nec tamen eorum antè sepulchrum est, quàm justa facta & corpus incensum est*, suspectum habeo, quando nec incenso corpore adhuc sepulchrum est, & de iis, qui non cremabantur, differit. vetus scriptura est, *Et corpus cesus est*, altera, *orsus est.* Fortasse legendum est, *Corpus cessum est*, id est, cessione quadam sepulchri factum & sepulchro relictum. tum enim sepulchrum incipit, locusque religiosus efficitur: aut ætate Ciceronis etiam *siti* dicebantur quomodocumque sepulti. *Turneb.*

Verè. nam siti dicuntur ii, qui conditi sunt. nec tamen eorum antè sepulcrum est, quàm justa facta [43] & corpus incensum est. & quòd nunc communiter in omnibus [44] sepultis penitus, humati dicuntur: id erat proprium tum in iis, quos humus injecta contegeret: eumque morem jus pontificale confirmat. Nam priusquàm in [r] eos injecta gleba est, locus ille, ubi crematum est corpus, nihil habet religionis. Injectâ glebâ [45] tum & illic humatus est, [46] & gleba vocatur: ac tum denique multa religiosa jura complectitur. Itaque in eo, qui in navi necatus, deinde in mare projectus esset, decrevit P. Mucius, familiam puram, [47] quòd os

r os *Lamb.*

43. *Et corpus incensum est.*] Palat. quart. *intessum est.* liber. S. Vict. *& corpus orsus est*, quomodo & Turnebi mſ. unus. nam alius *cesus.* P. Manutius putat Tullium heic loqui de eis, qui cremabantur. Turnebus verò contra. unde lib. XIV. Adverſ. cap. 6. cupidè ac perlibenter legerit, *& corpus ejus est*, id est corpus sepulcri factum est. *Gruter.*

44. *Sepultis penitus, humati dicuntur.*] Hæc est consentiens omnium vett. librorum lectio. Turnebus primùm de suo fecit *sepultis ponitur, ut humati d.* quod Lambinus, Aldus Nepos, alii sequuntur, quo jure ipsi viderint. Turnebus sanè apertè fatetur, illud *ponitur ut*, non esse à libris, sed à conjectura sua. *Idem.*

45. *Tum & illic humatus est, & gleba vocatur.*] Expressi quod erat in Pal. quarto, neque abit S. Victoris, quàm quod is *illis.* sed & *tum illis* erat in Fabr. nihilque ab hac scriptura recedit Turnebus, quàm quod edat *tum & ille.* Victorius lib XXIII. cap. 8. emendabat *tum is hum.* recepta lectio, *tumulis humatus est &c.* Idem.

46. *Et gleba vocatur.*] Sic Pall. duo, sic S. Victoris, sic Fabricianus; neque aliter legit in veterrimo suo Turnebus, adprobatque. Lambinus eo rejecto oggerit ex Memmiano, *& tumulus voc.* quod quis non videt esse glossema, æque ac Victorii, *& sepulcrum vocatur.* Idem.

47. *Quod os supra terram non extare porcam.*] Veteris libri excusa scriptura est. Legendum censeo, *Familiam puram, quod os supra terram, non extra porcam hæredi esset. Os supra terram* necessitatem affert immolandæ porcæ ad purgationem familiæ: at tum *os non est supra terram*, cùm totum cadaver in mare projectum sit; ut proinde pura hæredi familia sit sine porca. ita ratio erit ex contrario. Aut legendum est, *quod os supra terram non est, extra porcam hæredi esse*, id est, sine immolatione porcæ familiam puram esse. Cùm multis locis miserum in modum lacer & deformis est his in libris Cicero, tum hoc vel maximè loco, cui medicinam adhibere perdifficile est. Si *extra portam* legas, ut in veteri, intelliges id ex consuetudine veterum, qui nec sepeliebant, nec urebant in urbe. *Turneb. Quod os supra terram non extaret: porcam he-*

os supra terram non exstaret: porcam heredi esse [48] contractam, & habendas triduum ferias, & porco fœmina piaculum [s] pati. si in mari mortuus esset, eadem, præter piaculum & ferias.

[s] dandum *Lamb.*

XXIII. Att. Video, quæ sint in pontificio jure. 58
Sed quæro, quidnam sit in legibus. M. Pauca sanè, Tite, &, uti arbitror, non ignota vobis. Sed ea non tam ad religionem spectant, quàm ad jus sepulcrorum. [49] *Hominem mortuum*, inquit lex in XII. [t] tabulis, [50] *in urbe*

[t] tabulis *abest à multis edd.*

heredi esset.] In manuscripto codice legitur, *quoad os supra terram non extaret porcaque heredi esset.* alius liber habet, *porcam heredi esse.* Sed post *porca* in alio libro, & in alia manu additum est, *præcidanea*, ex Nonio, ut opinor, qui in verbo præcidanea citat locum ad hanc rem facientem. *Ursin.* *Quod os supra terram non extaret: porcam heredi esse contractam, & habendas triduum ferias, & porco femina piaculum pati. si in mari mortuus esset, eadem, præter piaculum & ferias.*] Locus desperatus est. itaque, cum viderem, aliter ei medicinam facere Victorium, aliter Turnebum, aliter Lambinum, repræsentavi eam omnino scripturam, quam expresserat pro vera, in Nonio suo, Josias Mercerus: tanto quidem proclivius, quod conspiraret ferè omnino cum Pal. nostro quart. quint. habebat: *quotos supra terram non extare porcam heredi esse contractet habendas &c.* Aldus senior publicarat, *quotos supra terram non extare porcam heredi esset. contrà censet hab. trid. ferias, & porco fem. piac. pati. si in mari mortuus esset: eadem præter piaculum & ferias:* quomodo, apice nullo minus Pal. tert. nisi quod is, *portam.* Gruter.

48. *Contra censet.*] Si os supra terram sit: ut si os ex mortuo servatum sit, aut pars aliqua. Hîc autem pro *Contra censet*, quidam *Cotta censet* legunt, quibus nullo modo assentior. Sed & quidam legunt, *quod os supra terram non exstaret, porcam heredi esse*; quam scripturam probarem, si sensum absolveret, aut voluntati Scævolæ consentanea esset, qui, ut opinor, existimavit, non suscipiendam ei porcam, cujus familia pura esset, cùm porca ad purgationem familiæ immolari soleret. *Turneb.*

49. *Hominem mortuum.*] Veterum sepulchra in agris erant, &, Ulpiano teste, D. Adrianus aureorum quadraginta pœnam statuit in eum, qui in civitate sepulchrum fecisset; eámque fisco inferri jussit. Julius quoque Paulus lib. Sentent. I. ita scribit: *Corpus in civitatem inferri non licet, ne funestentur sacra civitatis: & qui contra ea fecerit, extra ordinem punitur.* Hæc autem XII. Tab. lex à Solone sumpta est. *Idem.*

50. *In urbe Sepulti.*] Initio quisque in suis ædibus sepeliebatur: hanc ob causam Lares coluerunt. Id deinde lege XII. Tabul. prohibitum fuit, quæ vetuit, ne quis in urbe sepeliretur. Cineres tamen virorum triumphalium, Imperatorum, summorum Ducum, virginum Vestalium in foro condi licebat. Plutarchus in Quæstionibus Romanis, etiam jus fuisse hominis triumphalis ossa in ur-

urbe ne sepelito, neve urito. 51 Credo, vel propter ignis periculum: Quod autem addit, *neve urito*, indicat, non qui uratur, sepeliri, sed qui humetur. Att. Quid, qui post XII. in urbe sepulti sunt, clari viri? M. Credo, Tite, fuisse; aut eos, quibus hoc ante hanc legem virtutis causâ tributum est, ut v Publicolæ, ut Tuberto, quod eorum posteri jure tenuerunt: aut eos, si qui hoc, ut C. Fabricius, virtutis causâ, soluti legibus, consecuti sunt. Sed in urbe sepeliri lex vetat. Sic decretum à pontificum collegio, non esse jus, in loco publico fieri sepulcrum. nostis extra portam Collinam ædem Honoris: & aram in eo loco fuisse, memoriæ proditum est. ad eam cùm lamina esset inventa, & in ea scriptum, 52 DOMINA HONORIS: ea causa fuit ædis hujus dedicandæ. Sed cùm multa in eo loco sepulcra fuissent, exarata sunt. statuit enim collegium, locum publicum non potuisse privata religione obligari.

v Poplicolæ *Lamb.*

Pag. CLXXXII.

59 Jam cetera in XII. x minuendi sumptus lamentationesque funeris, translata y de Solonis ferè legibus. z *hoc plus*, inquit, *ne facito.* 53 *rogum asciâ ne polito.* Nostis, quæ sequuntur. Discebamus enim pueri XII, ut carmen necessarium: quas jam nemo discit. Extenuato igitur sumptu, 54 tribus riciniis, 55 & vinculis purpuræ, &

x minuendo sumptu lamentatione que *Lamb.*

y sunt de Sol. *alii.*

z *opus*, inquit *P. Manut.*

bem inferri; & sepeliri ait; quod idem Imperatoribus eximiis, & viris præstantissimis concessum fuisse scribit; eorumque etiam posteros jus idem usurpâsse, ut in foro sepelirentur. Ita sepultum Valerium, & solutum legibus fuisse Fabricium, eorumque posteros id ita tenuisse, ut illato in forum cadaveri facem supponerent, deindè extra urbem efferrent, satis habentes sine invidia in speciem id sibi vindicare. *Turnebus.*

51. *Credo vel propter ignis periculum.*] Turnebus lib. XXIV. Advers. cap. 3. mallet, *credo videlicet.* at vulgatum mihi efficacius. alterum tamen pro legitimo auctoris recepit Lambinus. *Gruter.*

52. DOMINA HONORIS.] Est ab Aldi antiqua, reperique in Palatin. tert. nam quart. *numa honoris.* Victorius * MINA HONORIS. conjecit Turnebus LAMINA HONORIS, quod illico recepit in contextum Lambinus. accipit rem qui vocaverit, verum ei dederit cognomen. *Idem.*

53. *Rogum asciâ ne polito.*] Facit ad hunc locum vetus inscriptio, in qua sunt hæc,

SUB. ASCIA. DEDICAVIT.

De Ascia Plin. lib. XVI. cap. 4. eam D. Hieronymus dolatoriam appellat, inde verbum Ascio, & Exascio: & exasciatum opus, pro expolito dixit Plautus in Asinaria. *Ursin.*

54. *Tribus riciniis.*] *Ricinium*, inquit Festus, omne vestimentum

& decem tibicinibus, tollit etiam lamentationem. *Mulieres* [56] *genas ne radunto, neve lessum funeris ergo habento.* Hoc veteres interpretes, Sex. Ælius, L. Acillius non satis se intelligere dixerunt, [57] sed suspicari vestimenti aliquod genus funebris: [a] L. Ælius, lessum, quasi lugubrem ejulationem, ut vox ipsa significat. quod eo magis judico verum esse, quia lex Solonis id ipsum vetat. Hæc laudabilia & locupletibus ferè cum plebe com-

[a] Lælius *edd. vett.*

tum quadratum. Hi qui *Duodecim* interpretati sunt, dixere, Togam, qua mulieres utebantur, prætextam clavo purpureo. *Ricinium* autem dictum putat, quod eo uterentur duplici, ab eo, quòd dimidiam partem retrorsum jaciebant, à rejiciendo. Solon quoque, ut Plutarchus scribit, mulieres cum tribus duntaxat vestibus ad pompam funebrem exire voluit: nimirum ut lamentatio & sumtus tolleretur. Plutarchi verba sunt: Οὐδὲ συντιθέναι πλέον ἱματίων τριῶν. proinde locum hunc de vestimentis muliebribus intelligo: cui interpretationi suffragatur Varro apud Nonium his verbis: *ut dum supra terram essent, riciniis lugerent, funere ipso, pullis pallis amicta.* Rursus Varro: *Et cum mulieres in adversis rebus ac luctibus omnem vestitum delicatiorem & luxuriosum, postea, institutum ponunt, ricinia sumunt.* Sunt igitur *Ricinia* vestimenta mulierum lugubria. *Recinium*, multi scribunt, quibus astipulatur Etymologia Festi. *Turnebus. Tribus riciniis.*] Explicat hæc contra Rævardum Lipsius lib. I. Epist. Quæst. cap. 8. *Gruter.*

55. *Et vinculis purpura.*] Pall. & S. Vict. item Turnebi *vincla*. unde idem conjicit, *& clavis purpura*, quod & textui intulit Lambinus. *Gruter.* Etiam Alb. Rubenius lib. I. de Re Vestiar. cap. 7. modò accedit ad hanc Turnebi sententiam, modò mavult *cum clavis purpura*. Gronov.

56. *Genas ne radunto.*] Id est, ne lanianto, ne laceranto. Solon, inquit Plutarchus; ἀμυχὰς κοπτομένων ἀφεῖλεν, i. *lacerationes plangentium sustulit.* Plin. lib. II. *infra oculos mala homini tantùm, quas prisci genas vocabant, XII. Tab. interdicto radi à fœminis eas vetante.* Olim autem ante rogum humanus sanguis effundebatur, vel captivorum, ut apud Homerum in rogo Patrocli: vel gladiatorum, unde Bustuarii gladiatores à Romanis vocati, quorum si copia deesset, fœminæ genas laniantes cruorem effundebant: quod lex vetat, quæ ait: *Mulier faciem ne carpito.* Nam sic à quibusdam verba legis concipiuntur, malè tamen, ut reor. *Turnebus. Genas ne radunto.*] Lambinus reposuit è Servio CARPUNTO, sed contra edd. omnes, & mss. nostros, item auctoritatem Plinii lib. XI. cap. 37. quæ mihi Servianâ potior. *Gruter.*

57. *Sed suspicari vestim. aliq. genus funebris: Lælius &c.*] Lipsius noster libro I. Epist. Quæst. cap. 7. immittit, *sed Acilius suspicari &c.* decepit eum quod sequitur *L. Ælius*, quem eundem putavit cum Sexto; cùm tamen sit ille cui cognomen *Praeconini*. Idem.

60 communia. Quod quidem maximè è natura est, tolli fortunæ discrimen in morte.

XXIV. Cetera item funebria, quibus luctus augetur, duodecim sustulerunt. *Homini*, inquit, *mortuo ne ossa legito, quò post funus faciat.* Excipit bellicam peregrinamque mortem. Hæc præterea sunt in legibus de unctura; quibus *servilis unctura* tollitur. omnisque [58] *circumpotatio.* quæ & rectè tolluntur, neque tollerentur, nisi fuissent; [59] *ne sumptuosa respersio; ne* [60] *longa*
P. B. *corona*, [61] *nec acerra* prætereantur. Illa jam significatio est,

58. *Circumpotatio.*] Convivium funebre interpretantur, quod Græci περίδειπνον καὶ τάφον vocant, & Latini, ut quidam censent, *Silicernium.* In eo, ut opinor, invitatio quædam in orbem fiebat *obba.* Tertullianus: *Quo differt ab epulo Jovis silicernium? à simpulo obba? ab aruspice pollinctor?* *Cœnam funeris* vocat Persius:

sed Cœnam funeris hæres
Negliget iratus.

Quem tamen locum etiam exponunt de epulis, quæ rogo inferebantur, de quibus Plinius ita scribit: *Notatam in iis rapacissimam & semper famelicam alitem nihil unquam rapere è funerum ferculis.* Sed & nono die *sacrificium* fiebat *novendiale*, *conviviumque dabatur*, eoque die *parentalia* concludebantur. Sed *circumpotatio* dicebatur fortasse, quòd antequam cadaver efferretur, ut ordo verborum Ciceronis indicat, in orbem biberetur, quod Græci περισοβεῖν τὴν κύλικα dicebant. Sed & feralibus ad sepulchra epulæ ferebantur, quæ erant publicæ feriæ, ut diximus. *Turneb.*

59. *Ne sumptuosa respersio.*] Unguentis rogum aspergebant aliisque liquoribus, ut vino. *Vinum* olim quoque *respersum* dicebatur, quo sepulchrum respergebatur. Lex etiam XII. Tab. inquit Plinius, erat: *vino rogum ne respergito.* quæ hìc à Cicerone significatur. Festus quoque ait, XII. Tab. cautum fuisse: *ne murrhata potio mortuo injiceretur.* Idem.

60. *Longa corona.*] Quæ sepulchris imponebantur, ut docet Plinius, & in funere ferebantur, ejus verba sunt: *Et jam tunc Coronæ Deorum honos erant, & larium publicorum privatorumque, ac sepulchrorum ac manium.* *Longas lemniscatas & tænias habentes* interpretantur. Ego autem *longas*, *magnas & grandes.* Majores enim fiebant, quàm quibus uti in consuetudine solebant. Sic *magna* erant *donatica*, quibus victores in ludis donabantur, quæ magnificentiæ causa institutæ erant supra modum aptum capitibus, qua amplitudine fiebant, cùm lares ornabantur. Sed & Æsculapio magnas coronas fieri solitas scribit Aristides, ejus verba sunt: ἐδόκουν στέφανον πέμπειν τῷ Θεῷ τῶν μακρῶν, οἷοί εἰσιν ὡς ἴδια τῷ Ἀσκληπίῳ κομίζουσι. id est, videbar coronam mittere Deo longam, quales Æsculapio offerunt. *Idem.*

61. *Nec acerra prætereantur.*] Palatin. quart. *prætereant.* P. Manutius

est, laudis ornamenta ad mortuos pertinere, quòd *coronam virtute* [b] *partam*, & ei, qui peperisset, & ejus parenti, sine fraude esse lex impositam jubet: credoque, quòd erat factitatum, ut uni plura [c] fierent, lectique plures sternerentur, id quoque ne fieret, lege sanctum est. Qua in lege cùm esset, *neve aurum addito*, quàm [62] humanè excipit. altera lex *Quoi auro dentes vincti escunt*, [63] *ast im cum illo* [d] *sepelire urereve*, *se fraude esto.* & simul illud videtote, aliud habitum esse, [e] sepelire, & urere.

b *paratam* aliæ edd.

c ferretra inferrentur, lectique *Lamb.*

d *sepelire-tur are* edd. vett.

e sepelitatur ære. *edd. vett.*

Duæ sunt præterea leges de sepulcris. quarum altera privatorum ædificiis, altera ipsis sepulcris cavet. Namque *rogum bustumve novum* vetat *propiùs sexaginta pedes adjici ædes alienas*, *invito domino*: incendium [f] veretur acerbum. [64] Quòd autem *forum*, id est, vestibulum sepulcri, *bustumve*, *usucapi* vetat, tuetur jus sepulcrorum. Hæc habemus in Duodecim, sanè secundùm naturam: quæ norma legis est. Reliqua sunt in more: [65] fu-

61

f videtur arcere *Lamb.*

nutius divinabat, *præferantur.* Gruter. *Acerra prætereantur.*] Non displicet, quod habet Palatin. IV. *prætereant.* Et quid si scribamus, *acerra prætereant.* *At illa &c.* Potuit illud *at* conjungi præcedenti vocabulo, indeque formari syllaba *ur.* Ceterum *præterire acerræ* intelliguntur, cùm feruntur præter eos, qui sunt in funere, odoris grati caussâ. *Scheffer.*

62. *Humanè excipit altera lex: Quoi auro dentes &c.*] Secutus sum vestigia Victorii & Turnebi. Victorius tamen adhuc abjecerat, *altera lex.* nam vulgo recepta lectio habebat, *humanè excipiat: Altera lex præcipit*, *altera lex vetat*, *ut* CUI AURO &c. quomodo & Pall. nostri. De illo ESCUNT, videatur Columna ad Ennium, Gifanius ad Lucretium. Imò de emendatione atque interpretatione harum legum consulatur Rævardus, Hotomannus, aliique qui scripserunt in XII. tabulas. neque enim vacat occupari ipsorum conjecturis, cùm quot eorum capita, tot etiam sint sententiæ. *Gruter.*

63. *Ast im.*] *Im* pro *eum*, dixisse veteres tradit Macrobius lib. I. Sat. adducto testimonio ex XII. Tab. *Si nox furtum factum siet*, *si im aliquis occisit*, *jure cæsus esto.* paullo post, *ne sibe*, est in antiquo, pro *ne sibi.* Ursin. *Astim cum illo*] Ex Maffæi libro legendum est, *ne in Astico sepeliretur.* Asticus autem locus erat Athenis, ubi liberi homines sepeliebantur, cùm alibi mercedem pro sepulcro penderent. *P. Manut.*

64. *Quod autem forum.*] *Eorum*, vetus liber, *forum* tamen legendum est ex Festo Pompejo: *Forum enim*, inquit, *antiqui appellabant*, *quod nunc vestibulum dici solet.* Lex igitur vetat, ne vel sepulchrum, vel sepulchri forum, id est, vestibulum, usucapiatur. *Turneb.*

65. Fu-

[65] funus ut indicatur, si quid ludorum; [66] dominusque
62 funeris utatur accenso atque lictoribus. *Honoratorum virorum laudes in concione memorentur, easque etiam cantu* [g] *ad tibicinem prosequatur:* cui nomen neniæ: quo vocabulo [67] etiam Græcis cantus lugubres nominantur.

g tibicines Lamb.

XXV. Q. GAUDEO nostra jura ad naturam accommodari: majorumque sapientiâ admodum delector. M. Sed credo, Quinte, ut ceteros sumptus, sic etiam sepulcrorum modum rectè requiri. quos enim ad sumptus progressa jam ista res sit, in C. Figuli sepulcro vides. Sed credo minimam olim istius rei fuisse cupiditatem. Alioquin multa exstarent [h] exempla majorum. Nostræ quidem legis interpretes, quo capite jubentur sumptus

h ampla majorum add. vett.

65. *Funus ut.*] *Indictivum funus* est, quod per præconem indicitur. Erant siquidem *simpludearia funera*, quibus neutrum genus interesset ludorum: *& indictiva*, quibus adhibebantur non solùm ludi, sed etiam desultores, quæ maxima erant. Varro: *Itaque ex ædibus efferri indictivo funere præco eos dicit, qui è tabernis efferuntur.* Ad *indictivum funus* respexit Cicero, cum ita pro Domo scripsit: *Qui etiam de me ipso, cum tua rogatione elatam Remp. esse dicerent, tamen id funus, etsi miserum atque acerbum fuisset, jure indictum esse dicebant: quod de me cive ac de Rep. benè merito tulisses, funestum funus te indixisse Reip. quod salvis auspiciis tulisses, jure egisse dicebant.* Turneb.

66. *Domusque funeris.*] *Dominusque funeris* opinor emendandum, quemadmodum etiam in or. in Vatinium dixit, *Dominus epuli.* P. Manut. *Domusque funeris.*] *Dominusque funeris* Manutius legit, cui assentior. Cicero in Vatinium sic dominum epuli dixit: *Cùm tot hominum millia accumberent, cum ipse epuli Dominus Q. Arrius albatus esset.* Nonius etiam Marcellus *dominum* dicit *interdum esse convivatorem, &*, ut dicit, *convivii exhibitorem:* quo sensu & *dominium* usurpari ex Lucilio ostendit:

Primùm dominia atque sodalitia omnia tolluntur. Turneb.

67. *Etiam Graccho cantus lugubres nominantur.*] Vulgati *Græci*; sed falsò. Meliores mss. habent *Gracchos.* unde fecit *Graccho* Turnebus. Pal. quart. non agnoscit illa *etiam Græci.* neque quidpiam habet eorum loco. & potuit glossa esse ad vocem *nænia.* Gruterus. Non certius in hoc loco ex MSta lectione Turnebus formavit *Graccho*, quam lib. 1. cap. 2. potuit ex simili reficere *Gracchorum:* nedum ut Gruterus id sequeretur, aut adseveraret falsò cantus lugubres Græcis dici nenias. Est hæc vulgatissima literarum confusio. Itaque non parcit ei Thom. Reinesius lib. 1. Variar. Lect. cap. 20. cujus etiam justissimo admonitu priscam lectionem restitui, &, non ut Gruterus, τὸ *nænia*, sed ut is erudite monet, atque idem patet ex Vossio in Etymologico, *neniae, nenia*, scripsi. *Gronov.*

68. *Quas*

sumptus & luctum removere à deorum manium jure, hoc intelligunt, in primis sepulcrorum magnificentiam esse minuendam. Pag. CLXXXIII.

Nec hæc à sapientissimis legum scriptoribus neglecta 63 sunt. nam & Athenis jam ille mos à Cecrope, ut ajunt, permansit, [i] hoc jus terra humandi: quam cùm proximi [k] injecerant, obductaque terra erat, frugibus obserebatur, ut sinus & gremium quasi matris mortuo tribueretur, solum autem frugibus expiatum ut vivis redderetur. Sequebantur epulæ, [68] quas inibant [l] parentes coronati: apud quas de mortui laude, [69] cùm quid veri erat, prædicatum. nam mentiri nefas habebatur. [70] at justa conjecta erant. Posteaquam, ut scribit 64 Phalereus, sumptuosa fieri funera & lamentabilia cœpissent, Solonis lege sublata sunt. quam legem eisdem propè verbis [71] nostri decemviri in undecimam tabulam conjecerunt. Nam de tribus riciniis, & pleraque illa Solonis sunt. de lamentis verò expressa verbis sunt. *mulieres genas ne* [m] *radunto, neve lessum, funeris ergo, habento.*

i corporis terra *Lamb.* k fecerant *alii.* jecerant *Turneb.* l parentes *Lamb. delet.* m *carpunto* Lamb.

XXVI. DE SEPULCRIS autem nihil est apud Solonem ampliùs, quàm, *ne quis ea deleat, neve alienum inferat:* pœnaque est, *si quis bustum* (nam id puto appel-

68. *Quas inibant propinqui coronati.*] Sic Pal. quartus. vetus editio *quas inibant parentes.* tert. *quas inirent prop.* quod & in Vict. & Turn. S. Vict. exhibet *quas intrant propinqui cor.* Gruter.

69. *Cum quid.*] Vetus hæc scriptura est. Puto legendum, *Cum quid veri erat, prædicabatur.* Nam mentiri nefas habebatur. At *justa conjecta* erant, id est, justa exequiarum & funeris minimi sumptus erant & Ceremoniæ. Nam *conjici* dicuntur, quæ utcunque tumultuariâ fiunt operâ, sine ordine. Cicero pro Roscio: *Hæc sunt conjecta, illa in ordinem confecta.* inde *Conjectanea.* Tum igitur non erat magna pompa funebris, sed ut Phalereus scribit, à quo ista sumit, postea funera sumptuosa & lamentabilia esse cœperunt. *Turneb.*

70. *At justa, conjecta erant.*] Ita ferè mss. nostri. neque aliter Victorii aut Turnebi editio. nam vulgata, *ad justa &c.* Paullus Manutius conjiciebat, *confecta:* quod non improbem. Pal. quart. servat, *ac justa conjectaverant.* Gruter. *At justa conjectura.*] Sic plerique veteres. Sed suspicor scribendum *ac*, hoc est, & ita, atque hoc modo conjecta erant justa. Ubi tamen simul in eorum venio sententiam, qui pro *conjecta* scribunt confecta. *Scheffer.*

71. *Nostri Decemviri in undecimam tabulam.*] Est à mss. Turnebi; cui consentit codex S, Victoris. qui tamen non habet illud *x* sed *nostris viri.* vulgata, *nostri viri in decimam tabul.* Gruter.

72. *Ha-*

pellari τύμβον) *aut monumentum*, inquit, *aut colu*
violarit, dejecerit, fregerit. Sed pòst aliquanto p
has amplitudines ſepulcrorum, quas in Ceramico
mus, lege [n] ſanctum eſt, *ne quis ſepulcrum faceret*
65 *ſius, quàm quod decem homines effecerint triduo.* N
id opere tectorio exornari, nec Hermas hos, qu
cant, licebat imponi; nec de mortui laude, niſi
blicis ſepulturis; nec ab alio, niſi qui publicè ad
rem conſtitutus eſſet, dici licebat. Sublata etian
celebritas virorum ac mulierum, quò lamentati
nueretur. [72] habet enim luctum concurſus homin
66 Quocirca Pittacus omninò accedere quemquam
in funus aliorum. Sed ait rurſus idem Demetrius,
[o] crebruiſſe eam funerum ſepulcrorumque magni
tiam, quæ nunc ferè Romæ eſt. quam conſuetu
lege minuit ipſe. fuit enim hic vir, ut ſcitis, n
lùm eruditiſſimus, ſed etiam civis [p] è republica ma
tuendæque civitatis [q] peritiſſimus. iſte igitur ſum
minuit non ſolùm pœnâ, ſed etiam tempore. an
cem enim juſſit efferri. Sepulcris autem novis
modum. nam ſuper terræ tumulum noluit quid
niſi [73] columellam tribus cubitis ne altiorem, aut
ſam, aut labellum: & huic procurationi certum
ſtratum præfecerat.

n ſanctum *alii.*
P. B.
o increbuiſſe *alii.*
p reip. max. *edd. vett.*
q paratiſſimus *MSS.*

67 XXVII. HÆC IGITUR Athenienſes tui. Se
deamus Platonem, qui juſta funerum rejicit ad
pretes religionum. quem nos morem tenemus.
pulcris autem dicit hæc: Vetat ex agro culto, e
qui coli poſſit, ullam partem ſumi ſepulcro: ſed,
natura agri tantummodò efficere poſſit, ut mortu
corpora ſine detrimento vivorum recipiat, ea p
mùm ut compleatur: quæ autem terra fruges ferre
ut mater, cibos ſuppeditare poſſit, eam ne quis

72. *Habet enim luctum concurſus hominum.*] *Auget* eſt in libro pro *habet*: ſed nihilo meliore ſententia. *Urſin.*

73. *Columellam.*] *Columellæ* in ſepulchris excitabantur. Græci & στηλίδας vocant. *Menſa*, lapides quadrati ſunt in [...]æ formam. Sic Plutarchus ait in Iſocratis ſepulchro: Τρ
γενέσθαι ἔχουσαν ποιητάς τε καὶ τοὺς διδασκάλους αὐτοῦ. i
Menſam fuiſſe, in qua Poëtæ eſſent & ejus magiſtri. Labellun
quod Græci πύελον vocant, lapidem in parvi labri forman
cavum. *Turneb.*

minuat, neve vivus, neve mortuus.

Exſtrui autem vetat ſepulcrum altius, [74] quàm quod 68
quinque diebus homines quinque abſolverint, nec è lapide excitari plus, nec imponi, quàm quod capiat [75] laudem mortui, inciſam quattuor herois verſibus; quos longos appellat Ennius. Habemus igitur hujus quoque auctoritatem de ſepulcris ſummi viri: à quo iterum funerum ſumptus præfinitur ex cenſibus à minis quinque uſque ad minam. Deinceps dicit eadem illa de immortalitate animorum, & reliqua poſt mortem tranquillitate bonorum, pœnis impiorum.

Habetis igitur explicatum omnem, ut arbitror, reli- 69
gionis locum. Q. Nos verò, frater, & copioſè quidem: ſed perge [r] cetera. M. Pergam quidem: & quoniam libitum eſt vobis me ad hæc impellere, hodierno ſermone conficiam, [s] ſpero; hoc præſertim die. video enim Platonem idem feciſſe, omnemque orationem ejus de legibus peroratam eſſe uno æſtivo die. Sic igitur faciam, & dicam de magiſtratibus. idem enim eſt profectò, quòd conſtituta religione rempublicam contineat maximè. Att. Tu verò dic, & iſtam rationem, quam [t] cœpiſti, tene.

Pag. CLXXXIV.

r ad cetera *alia edd.*

s ut ſpero *Lamb.*

t accepiſti *MSS.* occepiſti *Gul.*

74. *Quam quod quinque diebus homines quinque.*] Voces illæ *homines quinque* ortum habent à Turnebo, qui eas adjecit è Platone. non viſuntur in anterioribus edd. aut mſſ. noſtris. *Gruter.* *Quam quod quinque diebus abſolverint.*] Turnebus ſcribit ex Platone, *quod quinque homines quinque diebus.* Sed quia alterum *quinque* imperito librario nimium viſum, maleque bis poſitum, ideo omiſſum eſt. *Scheffer.*

75. *Laudem mortui inciſam quatuor.*] Pall. & Gulielmiani, *inciſam ne plus*, quod & in editis à Victorio & Turnebo. Poteratque revocari. monendum tamen Pall. ſupra habere *excitare prius*, non *exc. plus*, ut eſt in publicatis omnibus. *Gruter.*

M. TUL-

M. TULLII CICERONIS DE LEGIBUS, LIBER TERTIUS.

MARCUS.

1 I. SEQUAR igitur, ut institui, divinum illum virum: quem quadam admiratione commotus, sæpius fortasse laudo, quàm necesse est. Att. [1] Platonem videlicet dicis. M. Istum ipsum, Attice. Att. Tu verò eum nec nimis valde umquam, nec nimis sæpe laudaveris. nam hoc mihi etiam nostri illi, qui neminem, nisi suum, laudari volunt, concedunt, ut eum arbitratu meo diligam. M. Bene hercule faciunt. quid enim est elegantia tua dignius? cujus & vita, & oratio consecuta mihi videtur difficillimam illam societatem gravitatis cum humanitate. Att. Sanè gaudeo, quòd te interpellavi, quandoquidem tam præclarum mihi dedisti judicii tui testimonium.

2 Sed perge, ut cœperas. M. Laudemus igitur priùs

P. B. legem ipsam veris & propriis generis sui laudibus. Att. Sanè quidem, sicut de religionum lege fecisti. M. Videtis igitur, magistratûs hanc esse vim, ut præsit præ-

1. *Platonem videlicet dicis.*] Pall. Fabr. S. Victoris *diligis.* nec temeraria videtur talis concordia. *Gebhard.* *Platonem videlicet dicis.*] Tres optimi codices habent, *diligis*, quod Gruterus non putat contemnendum. Requirit tamen sensus illud *dicis*, & sequitur, istum ipsum, quod ad diligis non satis commode referri potest. Suspicor tamen Tullium fortassis scripsisse: *Platonem videlicet dicis*, quem diligis. *Scheffer.*

2. *Le-*

præscribatque recta, & utilia, & conjuncta cum legibus. Ut enim magistratibus leges; ita populo præsunt magistratus: vereque dici potest, magistratum legem esse loquentem; legem autem, mutum magistratum.

Nihil porrò tam aptum est ad jus conditionemque 3 naturæ: (quod cùm dico, [2] legem à me dici, nihilque aliud intelligi volo,) quàm imperium, sine quo nec domus ulla, nec civitas, nec gens, nec hominum universum genus stare, nec rerum natura omnis, nec ipse mundus potest. nam & hic deo paret, & huic obediunt maria terræque, & hominum vita jussis supremæ legis obtemperat.

II. ATQUE, UT ad hæc [a] citeriora veniam, & notiora nobis: [3] omnes antiquæ gentes regibus quondam 4 paruerunt. quod genus imperii primùm [4] ad homines justissimos & sapientissimos deferebatur: idque in republica nostra maximè valuit, quoad ei regalis potestas præfuit. [5] deinde etiam deinceps posteris prodebatur: quod & in his etiam, qui nunc regnant, manet. Quibus autem regia potestas non placuit, non ii nemini, sed non semper uni parere voluerunt. Nos autem, quoniam leges damus liberis populis; quæque de optima republica sentiremus, [b] in sex libris antè diximus: ac-

a centiora MS. & Vict.

b in sex lib. deest in MS.

2. *Legem à me dici, nihilque aliud intelligi volo.*] Ita Palat. quartus. reliqui, *nihil aliud.* quod & in editionibus omnibus antequam operi huic manum admovisset Victorius. is enim delevit par illud vocum, secutusque eum Turnebus & Aldus Nepos, & alii. an rectè nescio. nam quod Lambinus asseveret duas illas dictiones deletas in Memmiano, nihil eum juvat; cùm non constet, à quo sint deletæ; certè non quo jure. *Gebhard.*

3. *Omnes antiquæ gentes regibus quondam paruerunt.*] Aristoteles lib. I. Pol. *Διὸ καὶ τὸ πρῶτον ἐβασιλεύοντο αἱ πόλεις, καὶ νῦν ἔτι τὰ ἔθνη.* *Ursin.*

4. *Ad homines justissimos & sapientissimos.*] Palatin. quart. non admisit, *& sapientissimos.* videtique queat minus necessarium. nam & Justinus libro I. cap. I. *Reges ad fastigium hujus majestatis, non ambitio popularis, sed spectata inter bonos moderatio.* verùm nihil pertendo. *Gebhard.*

5. *Deinde etiam deinceps posteris prodebatur.*] Illud *deinde, deinceps* non habet gratiam hoc loco. Nec τὸ *prodebatur* potest intelligi, quid enim *prodebatur?* Mallem: deinceps posteris tradebatur, nota, genus illud imperii, quod ex superioribus huc trahendum. Nam eodem modo etiam lib. II. de Off. Deinceps regna posteris per manus à patribus tradita sunt. Illud *deinde* glossa est alterius *deinceps.* Postea conjunctio etiam interposita. *Scheffer.*

6. *Ma-*

accommodabimus hoc tempore leges ad illum, q probamus, civitatis statum.

5 [6] Magistratibus igitur opus est: sine quorum pru tia ac diligentia esse civitas non potest: quorum scriptione omnis reipublicæ moderatio continetur. que solùm iis præscribendus est imperandi, [7] sed e civibus obtemperandi modus. [8] nam & qui bene perat, paruerit aliquando necesse est: & qui mo paret; videtur, qui aliquando imperet, dignus Itaque oportet & eum, qui paret, sperare se al tempore imperaturum: & illum, qui imperat, cogi brevi tempore sibi esse parendum. Nec verò solum obtemperent obediantque magistratibus, sed etiam eos colant diligantque, præscribimus, ut Charo in suis facit legibus. Noster verò Plato [9] Titanum genere statuit eos, qui ut illi cœlestibus, sic [c] hi [d] versentur magistratibus. Quæ cùm ita sint, ad i jam leges veniamus, si placet. Att. Mihi verò & ist & ordo iste rerum placet.

Pag. CLXXXV.

c hi *delendum censet* *Lamb.*

d adversantur *Idem.*

6 III. M. JUSTA *imperia sunto; iisque cives mode*

6. *Magistratibus igitur opus est, sine quorum prudentia ac dilige esse civitas non potest.*] Locus sumptus ex lib. VIII. Pol. Arist. μὲν γὰρ ἀναγκαίων ἀρχῶν χωρὶς ἀδύνατον εἶναι πόλιν. *Ursin.*

7. *Sed etiam civibus obtemperandi modus.*] Hotomanus lib. cap. 7. Observationum habet pro adulterino *civibus.* mihi non detur. *Gebhard.*

8. *Nam & qui bene imperat, paruerit aliquando necesse est.*] Ari teles lib. VII. Pol. Τόν τε γὰρ μέλλοντα καλῶς ἄρχειν, ἀρχθ φασὶ δεῖν πρῶτον. & paullo post: ἐπεὶ δὲ πολίτου καὶ ἄρχον τὴν αὐτὴν ἀρετὴν εἶναί φαμεν, καὶ τοῦ ἀρίστου ἀνδρὸς, τὸν δ' αὐ ἀρχόμενόν τε δεῖ γίνεσθαι πρότερον, καὶ ἄρχοντα ὕστερον· τοῦτ' ἂν τῷ νομοθέτῃ πραγματευτέον, ὅπως ἄνδρες ἀγαθοὶ γίγνων ad hunc locum, quin respexerit Cicero, dubitandum non *Ursin.*

9. *Titanum è genere.*] Titanum è genere Plato eos censet, adversentur magistratibus, uti Titanes olim cœlestibus & imm talibus diis adversati sunt; quo significat eos, qui magistrati adversantur, impios esse & θεομάχους. Locus est apud Platon lib. III. de Legibus: Τὴν λεγομένην παλαιὰν Τιτανικὴν φύσιν ἐ δεικνῦσι καὶ μιμουμένοις. id est, *priscam illam Titanicam natu præ se ferentibus & imitantibus.* id de perfidis Plato dicit & piis, qui fidem & jusjurandum, & Deos negligunt, qui quid ad eam impietatem & scelus viam sibi munierunt magistratu contemptione, legum despicientiâ, parentum negligentiâ. *Tur Titanum è genere statuit eos, qui ut illi cœlestibus.*] Gulielmius co

ac sine recusatione parento. [10] *Magistratus* [11] *nec obedientem & noxium civem multâ, vinculis verberibusve coerceto: ne par majorve potestas* [e] *populusve prohibessit: ad quos provocatio esto. Cùm magistratus judicassit* [f] *inrogassitve; per populum multa pœna certatio esto. Militia ab eo, qui imperabit, provocatio ne esto: quodque is, qui bellum gerat, imperassit, jus ratumque esto. Minores magistratus,* [12] *partiti juris, plures in plera sunto. Militiæ, quibus jussi erunt, imperanto, eorumque tribuni sunto. Domi pecuniam publicam custodiunto: vincula sontium servanto:* [13] *capitalia vindicanto: as, argentum aurumve publicè signanto:* [14] *lites contractas judi-*

e populisque alii.

f interrogassitve MS. & Gul.

erat defectus notam post *eos*, & legit, *quia, ut &c.* videtur sanè aliquid deesse. *Gebhard.*

10. *Magistratus nec.*] Magistratus aut *vocationem* habent, ut Coss. cæterique qui imperium habent: aut *prehensionem*, ut Quæstor ac cæteri, quibus nec est lictor nec viator. hæc lex de Magistratibus iis intelligenda, quibus jus est coërcendi. Quod ait, verberibusve coërceto, id abrogatum lege Porciâ fuit, qua exilium damnatis permittebatur, ac verberasse aut necasse civem, impium censebatur. Salustius: *Sed per Deos immortales, cur non in sententiam addidisti, uti prius verberibus in eos animadverteretur? an quia Lex Porcia vetat? aut aliæ leges item condemnatis civibus non animam eripi, sed exilium permitti jubent?* Pro *& noxium* in libro veteri *& innoxium* legitur; malè, ut arbitror. *Turneb.*

11. *Nec obedientem & noxium civem.*] Membranæ nostræ quatuor, *& innoxium.* reperitque item in suis Turnebus: adeo ut ita restituendum videatur; vel certè, *& in noxia civem.* Gebhard. *Et noxium.*] Libri plures habent, *innoxium*, quod Gruterus putat retinendum. Id si concedimus, *innoxius* de valde noxio erit explicandum. Et solet in quibusdam illud *in* non minuere sensum aut contrarium significare, sed augere, quomodo inanus valde anum denotat. *Scheffer.*

12. *Partiti juris plures in plera sunto.*] Est à Victorio & Turnebo; alluduntque ferè mss. nostri, ut prius publicati, *periti juris, plures in pralia sunto.* Gebhard.

13. *Capitalia vindicanto.*] *Triumviros capitales* significat, qui & vincula servabant, & in sontes animadvertebant: ut servos, fures, peregrinos, infimæ sortis homines, de quibus sic Salustius scribit: *In eum locum postquam demissus est Lentulus, vindices rerum capitalium, quibus præceptum erat, laqueo gulam fregere.* Et Plautus: *Quid faciam, nunc si treviri me in carcerem compegerint?* Turnebus.

14. *Lites contractas.*] Ut *decemviri*, qui hastam centumviralem cogebant, & judiciis centumviralibus præerant. Pomponius: *Deinde cùm esset necessarius magistratus, qui hastæ præesset, decemviri litibus judicandis constituti sunt.* quos equidem miror à quibus-

dicanto: quodcumque senatus creverit, agunto.

7 *Suntoque ædiles* g *curatores urbis, annonæ ludor[um] sollemnium: ollisque ad honoris amplioris gradum i[...] mus adscensus esto:* 15 *Censores populi ævitates, so[boles] familias pecuniasque censento: urbis templa, aquas, ærarium, vectigalia* h *tuento: populique par[tes] tribus distribuunto: exin pecunias, ævitates, o[rdines]* i *partiunto. equitum peditumque prolem describ[unto:]* 16 *cælibes esse prohibento: mores populi regunto: pr[obrum] in senatu ne relinquunto: bini sunto: magist[ratum] quinquennium habento: reliqui magistratus annui s[unto:] eaque potestas semper esto.*

8 *Juris disceptator,* 17 *qui privata judicet, judi[cari] jubeat, prætor esto. is juris civilis custos esto. hunc* [...]

g *curatores* Lamb.

h *tuentor* alii.

P. B.

i *partiuntor* alii.

k *potestati parento.* *Quot* alii.

dam non numerari in magistratibus; qui Dionis & Pon[...] auctoritate refelluntur. *Turneb.*

15. *Censores populi, civitatis soboles, familias pecuniasque cen[sento.]* Veteres libri, *populi ævitates, soboles, &c.* Sed neque hic ta[...] sed aliis etiam locis in hac lege hoc nomen restituimus[...] semper in eundem errorem incidisset librarius: ut paulò [...] *Exin pecunias, ævitates, ordines partiunto:* cum antea *ci[...]* esset. *Ævitas* autem pro *ævo* in usu fuit apud antiquos, [...] Non. Marcello de Proprietate Verborum, qui etiam adduci[t ex Ci]ronis Tithon. vel περὶ γήρως, hunc locum: *Qua voluntatem [...]tatis extima attigit metam ævitas.* Studiosè autem in ha[c] describenda Cicero prisca verba sectatur. *Victor. Censores ævitates.*] *Ævitates*, id est, ætates juniorum & seniorum [...] vocabulo. Nam censores ætatem, quæ militaris esset, qu[æ ma]gistratibus gerendis apta foret, vel suffragiis ferendis, vel [...]cis muneribus & civilibus obeundis censebant: certi enim h[...]bus anni præfiniebantur. Sed & cives in juniores & senior[es] centurias dividebant. *Turneb.*

16. *Cælibes esse.*] Plato à tricesimo anno ad tricesimum [...]tum uxorem ducendam ait: quod si quis neglexerit, eum pe[...] mulctandum & ignominiâ notandum censet. Lycurgus q[...] probro notat eum, qui uxorem ducere noluerit. Quin apu[d Ro]manos pœna in cœlibatum constituta erat. Nam *uxoriu[m]* pendisse dicebatur, qui, quòd uxorem non habuisset, æs p[...] dederat. Sed & Augustus legem de maritandis ordinibus tul[...] orationem Metellus habuerat. Lex, quam nunc sancit Ci[...] Romæque observabatur, antiquata est, ut Sozomenus scribi[t] abrogata à Constantino Imperatore. *Idem.*

17. *Qui privata judicet.*] Veteres quidam habent *privato*, puto esse rectius, si refertur ad præcedens vocabulum *juris.* privato judicare, est judicare ex eo jure, vel secundum illud eratque hoc proprium Prætoris. *Scheffer.*

12. *Di*

state pari quocumque senatus creverit populusve jusserit, tot sunto. Regio imperio duo sunto: iique praeundo, judicando, consulendo pratores, judices, consules appellantor. militiae summum jus habento, nemini parento. ollis salus populi suprema lex esto. Eundem magistratum, ni interfuerint decem anni, nequis capito. Ævitatem annali lege servanto.

Ast quando duellum gravius [18] *discordiave civium escunt, œnus, ne amplius sex menses, si senatus creverit, idem juris, quod* [l] *duo consules, teneto: isque ave sinistra dictus, populi magister esto.* [m] *Equitem cumque qui regat habeto pari jure cum eo, quicumque erit juris disceptator.* [19] *Ast quando consul is est magisterve populi; reliqui magistratus ne sunto. Auspicia patrum sunto: ollique ex se produnto, qui comitiatu creare consules ritè possint. Imperia, potestates, legationes, cùm senatus creverit populusve jusserit, ex urbe exeunto: duella justa justè gerunto: sociis parcunto: se & servos continento: populi sui gloriam augento: domum cum laude redeunto: rei sua ergo ne quis legatus esto. Plebes quos pro se contra vim, auxilii ergo, decem creassit, tribuni ejus sunto: quodque ii prohibessint, quodque plebem rogassint, ratum esto:*

l Grut. *duos* malè.
m *Equitatum quicunque regat, habeto par jus* Lamb.

18. *Discordia civium escunt, unus, ne amplius.*] Nescio à quo primùm eruta sit isthæc lectio, Gifanione an Lambino. accedit certè ei planè vetus scriptura codicis Turneb. in quo *civium escuntones ne amplius.* sed & in Victoris libro erat, *civium escuntones.* Pall. *civium escunto ne ampl.* publicati prius *civium estunto ne amplius.* Cl. Puteanus tentabat, *discordiave civium esset, unus ne a. s. m. nei. sen.* Gebhard.

19. *Ast quando Consulis.*] Significari puto, nec consulari unquam imperio, nec dictatoris potestate tolli reliquos debere magistratus, ne fortè id sibi juris sumant, contra quam Romæ fieri solebat, ubi Dictatore creato, reliqui cessabant præter trib. pleb. magistratus. Polybius de dictatore: Οὗ κατασταθέντος παραχρῆμα διαλύεσθαι συμβαίνει πάσας τὰς ἀρχὰς ἐν τῇ Ῥώμῃ, πλὴν τῶν δημάρχων. id est, *quo creato statim Romæ omnes magistratus abeunt, præter trib. plebis.* Sententia est, cùm vel Consules, vel Dictatores civitati præsunt, aliorum magistratuum imperia ne tollant neu abrogent, ut soli rerum potiantur. *Turneb. Ast quando consul is est magisterve populi; reliqui magistratus ne sunto.*] Non recessi ab editione Victorii, præterquam quod *consulis* divisi in duas dictiones. videturque Cicero idem jus tribuere Dictatori, quod habebat olim. Aliter hæc Turnebus, aliter P. Manutius. sed nostra scriptura sensum habet manifestissimum. Puteanus annotarat, *Is quando est, consules mag.* Gebhard.

esto: sanctique sunto: neve plebem orbam tribunis relinquunto. [20] *Omnes magistratus auspicium judiciumque habento: ex* [n] *quois senatus esto: ejus decreta rata sunto. ast ni potestas par majorve prohibessit, senatûs consulta perscripta servanto. Is ordo vitio vacato: ceteris specimen esto. creatio magistratuum, judicia, populi jussa, vetita, cùm suffragio* [21] *consciscentur, optimatibus nota, plebi libera sunto.*

n *quo is* MSS. *ex quis* Turnebus *èque his* alii.

Pag. CLXXXVI.

IV. [22] AT SI QUID *erit, quod extra* [23] *magistratus* cu-

20. *Omnes magistratus.*] Tribuit hæc Lex omnibus magistratibus auspicium, id est, ut auspicari possint, servareque de cælo ad vitranda aliorum comitia, legesque & conciones turbulentas impediendas, populique judicia. Hoc auspicium sustulerat Lex Clodia, quâ cavebatur, *ne quis per eos dies, quibus cum populo quis ageret, de calo servaret.* Quid autem sit *servare de calo*, quod in orationibus Ciceronis frequens est, nec intelligitur satis, ex Dione hîc explicabo, is enim dicit: *auspicium illud, quo de calo servabatur, omnium maximum fuisse, semelque uno die usurpari tantùm solitum esse, cùm aliis auspiciis eodem die sæpius opera daretur.* Cumque alia auspicia vel addicerent, vel abdicerent, istud tale fuisse, ut semper comitia po. impediret, sive secunda signa darentur, sive dira. Itaque qui impedire Comitia volebant proscribere solebant: *Se eo die, quo haberi debebant, de calo servaturus esse.* Hanc divinationem vocat Dio: τὴν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ μαντείαν, Cicero *servare de calo* dicere solet. Hujus autem legis hanc esse sententiam, apparet ex Ciceronis interpretatione, cujus verba sunt: *Auspicia, ut multos inutiles comitiatus probabiles impediant mora.* Turneb.

21. *Cum sciscentur.*] Vetus liber, *quum sciscetur:* ex quo malè alii *consciscentur.* Ursin.

22. *Ast quid erit quod.*] *Coerarius* quid hîc significet, ut planè fatear, ignoro: sed ex vestigiis veteris scripturæ legendum existimo, *Ast quid erit, quod extra Magistratus cœratore usus sit, qui cœret populus creato, eique jus cœrandi dato. Cœratorem* autem prisci *Curatorem*, & *cœrare curare dicebant.* Itaque in veteribus inscriptionibus reperitur: *De suo cœraverunt*, pro *curaverunt.* Sententia legis est: si extra magistratus aliqua curatione opus sit, Curatorem populus creato. Sic, ut appellat Varro, *viocuri*, id est, *curatores viarum creabantur.* Sic 1. ad Attic. epist. *Thermus est curator via Flaminia.* Id adeò cavet, quia sæpè senatus istas curationes mandare solitus erat, ut curam rei frumentariæ mandavit Pompejo. *Ast* hîc valet. At si, quod si: est & interdum, ut Pompejus ait, At, interdum, aut. *Turneb.*

23. *Magistratus cœratore œsus sit, qui cœretus.*] Est à conjectura Turnebi. nam libri Victorii, *mag. coharario æsussit, qui cobaret populus creato, eique jus coharendi.* scilicet antiquis œ usurpatum pro u. itaque *cœrator* & *œsus* est *curator* & *usus.* Videatur Turnebus. *Gebhard.*

24. Iidem

cœratore cæsus sit, qui cœret populus creato, eique jus o *cœrandi dato. Cum populo patribusque agendi jus esto consuli, pratori, magistro populi equitumque, eique, quem produnt patres consulum regandorum ergo: tribunisque, quos sibi* p *plebes rogassit, jus esto cum patribus agendi:* 24 *iidem, ad plebem, quod cæsus erit, ferunto. Quæ cum populo, quæque in patribus agentur, modica sunto.* o *coërcendi* alii. p *plebs* alii.

25 *Senatori, qui nec aderit; aut causa, aut culpa esto. Loco senator, & modo orato: causas populi teneto. Vis in populo abesto. Par majorve potestas plus valeto.* 26 *Ast* q *qui turbassitur in agendo, fraus actoris esto. Intercessor rei malæ, salutaris civis esto. Qui agent, auspi-* II q *quoi turbassit in* Putean.

24. *Iidem ad plebem quod cæsus erit.*] Est à libro S. Victoris, item à divinatione Turnebi; cum exstaret in veteri editione, *census erit*; in recentiore *quod censuerint*, protraxissetque è suis Victorius *quod cesus erit.* quomodo & Palatin. tert. Lipsius lib. II. Antiq. Lect. cap. 2. idem conjicit quod Turnebus. *Gebhard.*

25. *Senatori, qui nec aderit, aut causa, aut culpa esto.*] Apparet, quidpiam desiderari. non enim adesse solùm jubebatur senator, sed etiam loco & modo dicere. quod Cicero lib. I. de Div. ubi hunc locum exponit, planius ostendit his verbis: *Huic jussa tria sunt; ut adsit: nam gravitatem res habet, cùm frequens ordo est: ut loco dicat, id est rogatus, ut modo, ne sit infinitus.* videtur igitur ita esse corrigendum, *senatori, qui nec aderit, nec loco, nec modo dixerit, aut causa, aut culpa esto.* Quod cùm in antiquis libris, ut conjicio, scriptum esset, glossam duobus illis verbis, *loco* & *modo*, quidam superimposuit & scripsit: *Loco senator, modo orator*; quod deinde irrepsit in alienum locum, & tanquam à Cicerone dictum accipi cœptum est. itaque etiam video nonnullis in suo libro imprimi placuisse. qui etiam id, quod sequitur, *causas populi teneto*, cum præcedentibus conjunctum depravarunt, ut legeretur, *loco senatòr, & modo orator causas populi tenento*, cum *teneto* legendum fit, & ad *senatorem* tantummodo referatur, non, ut ipsi crediderunt, ad *senatorem* & *cœratorem.* hoc autem ita esse probatur ex Ciceronis verbis, libro supra citato, sic enim inquit: *Quodque addit, causas populi teneto, est senatori necessarium nosse Rempublicam.* P. Manut.

26. *Ast qui turbassitur.*] Id est, si quid, dum cùm populo agetur, magistratu intercedente, turbatum fuerit, fraus actoris esto. Nam *turbassitur* præteritum antiquum est *à turbassit*, prisco præterito activo, formatum, ut *à jussit*, quod est, *jusserit*, *jussitur* apud Catonem, ejus hæc verba sunt: *Parietes omnes, uti jussitur, calce & cementis*, id est, *ut jussum fuerit.* Turneb. *Ast qui turbassit in agendo.*] In antiquo est, *at si quid turbatum sit in agendo.* Ursin.

spicia servanto: auguri parento: promulgata, proposita, in ærario [r] *cognita, agunto: nec plus, quàm de singulis rebus* [s] *semel consulunto: rem populum docento: doceri à magistratibus privatisque patiunto. Privilegia ne irroganto. de capite civis, nisi per maximum comitiatum, ollosque, quos censores in partibus populi locassint,* [27] *ne ferunto: donum ne capiunto, nec danto, neve petenda, neve gerenda, neve gesta potestate. Quod* [t] *quis earum rerum migrassit, noxia pœna par esto.* [28] *Censoris fide legem custodiunto. Privati ad eos acta referunto: nec eo magis lege liberi sunto.* [29] Lex recitata est.

r *condita* Gebh.
s *semel* Vict. non habet.
t *quiquam* Lamb.

12 V. [30] DISCEREM, & tabellam jubebo dari. Q. Quàm brevi, frater, in conspectu posita est à te omnium magistratuum descriptio: sed ea pænè nostræ civitatis: etsi à te paullum allatum est novi. M. Rectissimè, Quinte, animadvertis. hæc est enim, quam Scipio laudat in libris, [31] & quam maximè probat temperationem reipublicæ; quæ effici non potuisset, nisi tali

F. B.

27. *Ne ferunto: donum ne cap.*] Inserit præterea Victorius *ne ferunto. vim ne faciunto. domum &c.* sed neque id in mss. neque in edd. nostris apparet. *Gebhard.*

28. *Censoris fide legem custodiunto.*] Ita editio Aldi; sic quoque vult Turnebus ex scriptis libb. aut levi mutatione *censorum*. Fabr. S. Vict. Palat. tert. *censoris fidem legem cust.* unicâ tantum litterâ abit quart. *censores.* in vulgatis *censores fide legem.* Idem.

29. *Lex recitata est.*] Ut in concione primùm à Præcone solebat lex, scribâ subjiciente, recitari, mox docendo suaderi, postremò tabellâ populo dari, cùm in suffragium mittebatur ab eo, qui legem ferebat, populumque discedere jubebat. *quod verbum*, inquit Asconius, *significabat, ut in suam quisque tribum discederet, in qua suffragium erat laturus.* Ita hîc legum rogationes imitatur. Cæterùm lege recitatâ privati dicebant, qui legem suadebant, deinde *sitella* deferebatur ad tribuum sortitionem, quo in suffragium ordine mitterentur: Sitellâ delatâ æquabantur sortes, quæ ducendæ erant in sortitione tribuum, mox sortitio fiebat, postremò populus in suffragium ibat. *Turnebus.*

30. *Discere rem.*] Vetus liber *dicere*, pro quo alii *discedere* reposuerunt: mihi placeret *sciscere*, quod paullum à vetere scriptura discedit, & sententiæ mirificè congruit. *Ursin.* *Disce rem, & tabellam jubebo dari.*] Sic editio Victorii ceteræque. accedit Pal. quartus, exhibens *discerem*. Ceterum Turnebus pro *jubebo* in antiquis libris *videbo* reperisse testatur, ut allusum sit ad suffragiorum diribitores, quorum, videre & prospicere de dandis populo tabellis. sed sæpè sic *vi* pro *ju* alterant mss. *Gebhard.*

31. *Et quam maximè probat temperationem Reip.*] Delentur hæc in Fabr. S. Vict. at retinent ad hunc modum editiones Aldi, Victorii,

tali descriptione magistratuum. nam sic habetote, magistratibus, iisque, qui præsint, contineri rempublicam, & ex eorum compositione, quod cujusque [v] Reipublicæ genus sit, intelligi. Quæ res cùm sapientissimè moderatissiméque constituta esset à majoribus nostris, nihil habui, sanè non multum, quod putarem novandum in legibus.

[v] in republ. *alii.*

Att. Reddes igitur nobis, ut in religionis lege fecisti 13
admonitu & rogatu meo, sic de magistratibus, ut disputes, quibus de caussis maximè placeat ista descriptio. M. Faciam, Attice, ut vis: & locum istum totum, ut à doctissimis Græciæ quæsitum & disputatum est, explicabo: &, ut institui, nostra jura attingam. Att. Istud maximè exspecto disserendi genus. M. [32] Atqui pleraque sunt dicta in illis libris, cùm de optima republica quæreretur. Sed hujus loci de magistratibus 14
sunt propria quædam, à Theophrasto primùm, deinde à Dione Stoico quæsita subtiliùs.

VI. ATT. AIN tandem? etiam à Stoicis ista tractata sunt? M. Non sanè, nisi ab eo, quem modò nominavi, & postea à magno homine, & in primis erudito, Panætio. Nam veteres verbo tenus, acutè illi quidem; sed non ad hunc usum popularem atque civilem, de republica disserebant. [33] Ab hac familia magis ista manarunt, Platone principe: pòst Aristoteles illustravit omnem hunc civilem in disputando locum, Heraclidesque Ponticus, profectus ab eodem Platone. Theophra-

ctorii, Turnebi, reliquæque; prætereà mss. quartus. nam secundus, *Temperatione.* Gebh.

32. *Atqui pleraque sunt dicta, cùm de optimâ Republ. quæreretur.*] Ausus sum ejicere verborum illam trigam, quâ abundant editiones *quod faciundum fuit:* quia nihil hîc agunt, & quoniam abjiciunt duo optimi libri mss. S. Victor. quartus Palatin. *Idem.*

33. *Ab hac familia magis ista &c.*] Argutè admodum corculum illud Galliæ suæ, *ab Academia magis ista &c.* Gebhard. *Ab hac familia.*] Hoc admodùm suspectum mihi est, quia de nulla familia præcessit. suspicor autem corruptum hunc locum propter compendium scripturæ. Fuisse nimirum olim ita scriptum, *Ab ac familia*, id posteà mutatum esse in *ab hac familia*, idque eo confidentius, quia libri veteres aspirationem sæpissime omittunt. Cum tamen scribi debuisset. *Ab Academica familia*, vel *Academicorum familia.* Sanè non est infrequens in libris, ut nomina ejusmodi propria literis initialibus indigitentur. *Scheffer.*

 34. *In-*

phrastus verò 34 institutus ab Aristotele, habitavit, ut scitis, in eo genere rerum, ab eodemque Aristotele doctus Dicæarchus, huic rationi studioque non defuit. Post à Theophrasto Phalereus ille Demetrius, de quo feci suprà mentionem, 35 mirabiliter doctrinam ex umbra-

Pag. CLXXXVII.

34. *Institutus ab Aristotele habitavit, ut scitis, in &c.*] Nemo ausus est sequi magnum Turnebum, hanc lectionem primò producentem: sed cùm eam quoque asserant S. Vict. Pal. tert. Fabr. nihil relinquitur amplius dubii, eam verissimam esse. Est igitur *habitavit* ἐνεϑιλοχώνησε, ut idem explicat, plurimùm se dedidit. simile quid Tusculanis restituimus in Crepundiis. vulgatum *abundavit* putidum planè est glossema. *Gebhard.*

35. *Mirabiliter doctrinam ex umbraculis eruditorum otioque, non modò in solem atque pulverem, sed in ipsum discrimen aciemque produxit.*] Antiqua exemplaria quadam parte horum verborum valde deformata sunt & corrupta; ibi scilicet, *otioque:* sic enim habent, *ex umbraculis eruditorum, quæ hodieque non modo, &c.* quibus verbis nihil inquinatius dici aut cogitari potest: & tamen, cùm tantopere recepta lectio à vetere dissentiat, dubitandum est, an in nova insit vitium, & an supposita sit ab aliquo, ne locus hic tam turpiter fœdatus appareret, cùm antiquam se posse corrigere ille desperasset: quod mihi etiam accidit. nihil enim umquam sinceri elicere potui ex tam perversa lectione: nec tamen committendum fuit, ut hæc quamvis perturbata vestigia delerentur: si forte ab aliquo illis ducibus posset quandoque genuina lectio indagari: & ob hanc causam ipsa testata hîc esse volui. nam receptam lectionem non variavi, quamvis aliquantulùm ob hoc mihi suspecta esset. Locus est in Bruto, ubi eadem ferè de Phalereo pronuntiat, & parum omnino mutatis verbis: nec tamen hoc quoque auxilio potui veram & legitimam lectionem excogitare, ita enim de illo loquitur: *Phalereus enim successit eis senibus adolescens, eruditissimus ille quidem horum omnium, sed non tam armis institutus quàm palæstra: itaque delectabat magis Athenienses quàm inflammabat. processerat enim in solem & pulverem, non ut è militari tabernaculo, sed ut è Theophrasti doctissimi hominis umbraculis.* Alter autem (non tamen huic tam similis) locus est in epistola ad Brutum, quæ ante παράδοξα legitur, qui videtur communem lectionem adjuvare, Ego verò illa ipsa, quæ vix in gymnasiis & in otio Stoici probant, ludens conjeci in communes locos: quare in ea fortasse acquiescendum. *Victor.* *Ab umbraculis.*] Budæus ductum a σκιαμαχία, i. *umbratili pugnâ* existimat. Sententia est: Civilem doctrinam & disputationes de Repub. non solùm sub tecto scholisque philosophorum exercuit, verùm & ad justum prælium descendit, ac disciplinam civilem è scholâ & otio philosophico in concertationes forenses & Reip. gerendæ contentiones, Demetrius Phalereus produxit. Nam Remp. Atheniensem non solùm diu administravit, verùm etiam emendavit & ordinavit. Qua de re commentarios etiam, ut Strabo refert, reliquerat, in quibus fortasse

&

braculis eruditorum, otioque, non modò in solem atque pulverem, sed in ipsum discrimen aciemque x produxit. Nam & mediocriter doctos magnos in republica viros, & doctissimos homines non nimis in republica versatos, multos commemorare possumus. Qui verò utraque re excelleret, ut & doctrinæ studiis & regenda civitate princeps esset, quis facilè, præter hunc, inveniri potest?

x perduxit alii,

15 VII. ATT. PUTO posse, & quidem aliquem de tribus nobis. Sed perge, ut cœperas. M. Quæsitum igitur ab illis est, placeretne unum in civitate esse magistratum, cui reliqui parerent: quod exactis regibus intelligo placuisse nostris majoribus. Sed quoniam regale civitatis genus, probatum quondam, postea non tam regni, quàm regis vitiis, repudiatum est, nomen tantùm videbitur regis repudiatum, res manebit, si unus omnibus reliquis magistratibus imperabit.

16 Quare nec Ephori Lacedæmone sine causa à Theopompo oppositi regibus, nec apud nos consulibus tribuni. Nam illud quidem ipsum, quod in jure positum est, habet consul, ut ei reliqui magistratus omnes pareant, excepto tribuno, qui pòst y exstitit, ne id, quod fuerit, esset: hoc enim primùm minuit consulare jus, quòd exstitit ipse, qui in eo non teneretur: deinde quòd attulit auxilium reliquis non modò magistratibus, sed etiam privatis, consuli non parentibus.

y exstitit ipse *Lamb.*

17 Q. Magnum dicis malum. nam, ista potestate nata, gravitas optimatium cecidit, convaluitque jus multitudinis. M. Non est ita, Quinte. non enim jus illud solùm superbius populo, sed violentius videri necesse erat: quò posteaquàm modica & sapiens temperatio accessit, 36 conversa lex in omnes est. P. B.

Deest

& hoc quod hic Cicero scribit, disputabat, & illud, quod lib. II. de Sepulturis commemoravit, scripserat. Ductum potius censeam à gymnasiorum ambulationibus, quæ arborum umbraculis erant opacæ, ut in Academiâ & Lyceo. Nam lib. v. de Legibus ita *umbraculum* Cicero usurparat, cujus, auctore Macrobio, hæc verba sunt: *Eaque, quæ restant in illis alnorum umbraculis, persequamur.* Turnebus.

36. *Conversa lex in omnes*] Ante tribunitiam potestatem optimates, ut, qui soli consules fierent, & consulem sui ordinis fautorem haberent, legibus superiores regnabant, plebs illis obnoxia agitabat: creatis verò tribunis nimia illorum potentia im-

[illegible]

[illegible]

& magistratu [illegible] Finances [illegible] A.
Spondet [illegible]

· placet: sed iis, qui in provinciis sunt, minimè

At verò, Tite, si pareant his legibus, [b]nihil erit 19
:, nihil domo sua dulcius: nec laboriosius mo- ue provinciâ. Sed sequitur lex, quæ sancit eam ›rum plebis potestatem, quæ in republica [c]nostra: . differi nihil necesse est. Q. At mehercule ego, quæro, de ista potestate quid sentias. nam mihi a pestifera videtur, quippe quæ in seditione, & itionem nata sit: cujus primum ortum, si recor- olumus, inter arma civium, & occupatis, & ob- .rbis locis procreatum videmus. 40 Deinde cùm esset

b nihil his *alii*.

c nostra est *Lamb.*

Pag. CLXXXVIII.

Deinde cùm esset.] Non tam de *secunda Tribunorum pleb. con-*
u fortasse loquitur, quæ ob scelus Appii decemviri, occu- plebe primùm Aventino, deinde monte sacro, facta fuit, iis legatis, & interpositâ fide publicâ, datisque decem is, plebs in gratiam cum patribus rediit: quam de *primâ*, citò legatum creatum fuisse dicit, alludens, nisi me fallit ›, ad legatos, qui temporibus Reip. flagitantibus plerum- ›ito aliquo decreto mittebantur, ut tum subitò creati sunt i. Quis tamen istam veram scripturam præstare ausit? cum to manuscripto codice (duos enim habui,) repererim, *octo* Si locus est in depravatis conjecturæ, neque aliquid ten- fas est, mihi ista sedulò rimanti, animumque variè ver- venit in mentem, legi posse ex vestigiis scripturæ & hi- fide, *deinde cum esset Stolo Gajus.* Nam Cajus Licinius Sto- ›unus plebis auctor fuit, ut consulum utique alter ex plebe quod hîc conqueritur Quintus. *Turneb.* *Deinde cum esset atus, tanquam.*] Sic habent Pall. edd. Aldi, Victorii. mss. bi *octo leg.* ex quo ille, *Stolo Gajus* facit. Gulielmius verò, *gatus.* noti sunt *Orcini* ex jure civili. Auratus ex conjectura, *us.* Canterus, *ablegatus.* Puteanus *necatus.* denique Gruterus *us.* cetera ferè cum edd. & mss. consentiunt; nisi quod ab- *τὸ nescio quo pacto.* locus igitur depositus, quem conjecturâ velle, est rete jaculo piscari in aëre; quanquam mihi neque m. neque Gruteri conjectura displiceat. *Gebh.* *Deinde cum esset atus.*] Locum pro desperato habent. Neque ego medicinam to, dicam tantum, quid in mentem venerit, si forte ansam r aliis meliora excogitandi. Puto autem, legendum esse; *cum esset torto ligatus,* quia in libris optimis pro *cito* legitur Nam hoc facile formari potuit ex *orto* & *t* litera initialis ob similitudinem finalis in voce præcedente. Sensus porro uisse funibus & fasciis ligatum recens editum, quod mem- er distortis, quam rem putamus præceptam legibus XII ta- n, ut si quis distortis membris esset natus puer, is ligare- iis, quo corrigerentur ea membra, fieretque forma emen- oque allusum a Cicerone. *Scheffer.* Aliorum conjecturas sim-

esset citò legatus, tamquam ex XII. tabulis, insignis ad deformitatem puer, [41] brevi tempore creatus, multoque tætrior & fœdior natus est.

IX. [42] Quem enim ille non edidit? qui primùm, ut impio dignum fuit, patribus omnem honorem eripuit, omnia infima summis paria fecit, turbavit, miscuit: cùm afflixisset principum gravitatem, numquam tamen conquievit. Atque ut C. Flaminium atque ea, quæ jam prisca sunt, relinquam: quid juris bonis viris Ti. Gracchi tribunatus reliquit? etsi quinquennio antè, D. Brutum & P. Scipionem consules, quos & quantos viros! homo omnium infimus & sordidissimus, tribunus plebis C. Curiatius in vincula conjecit: quod antè factum non erat. C. verò Gracchus [43] ruinis & iis

simplicitate superat Puteaneum. Itaque eo delectatus pater reponebat *cito necatus*, *t. ex* XII. *tabb. ins. ad def. puer*, *brevi tempore recreatus*, *multoque concretior & fœdior natus est*; In observat. ad scriptores Ecclesiast. cap. 19. *Gronov.*

41. *Brevi tempore creatus.*] Mallem, *brevi tempore ei creatus multo quoque tetrior & fœdior natus est.* Intelligo autem *natum*, qui alias est *filius*, ut sit sententia; distortum illum tribunum, licet membra ejus emendare quæsivissent, paulo post tamen edidisse ipsum quoque prolem adhuc deteriorem, sicut nempe fit, ut parentes vitio corporis insigniti, adhuc vitiosiorem de se gignant prolem. *Scheffer.*

42. *Quem enim ille non edidit?*] Sic Turnebus aliæque. verùm Victorius asterisco notat *quem enim * non edidit.* Palat. tertius cum Lambino facit asserens, *qua enim ille non edit.* ceterùm quart. pro *edidit*, *addidit*. Gebhard. *Quem ille non edidit.*] Quidam veteres habent *qua enim*, quod placet præ altero. Quia tamen pro *edidit*, in quodam bonæ notæ reperitur *addidit*, possit videri scripsisse, *quem enim ille allisit*. Sic sanè *τὸ allidere* usurparunt Columella & scriptores alii optimæ notæ. *Scheffer.*

43. *Ruinis & emissitiis.*] Cùm *genera telorum* significare videatur, quibus homines digladiarentur, pro *Ruinis*, *Runis* esse legendum aliquandò putavi. Est enim *Runa* genus teli. Unde Ennius, *Runata recedit*, dixit. *Ruinis* tamen retineo, pro exitiis & eversione, præsertim cùm ruinarum etiam ruderibus homines inter se dimicare possint. Mox legitur, *& iissisiis* in veteribus libris, ex quo factum *emissitiis*: fortasse legendum, *ruinis & iis sicis.* Intelligit autem leges Agrarias & frumentarias C. Gracchi, ex quibus contentiones & pugnæ inter plebem & optimates natæ sunt. *Turneb.* *Ruinis & iis sicis.*] Ita Turneb. quem sequuti Lambin. atque Aldus N. edd. vulgatæ, *ruinis & emisitiis*, quod exstat in tert. quoque Pal. at quart. pro *emisitiis exitiis.* Locus intimè corruptus allubuit Turnebi tamen præ vulgatâ lectio. nam statim post *mucronem* meminit: requiritque tale quid adsitum verbum *digladiarentur* Gebhard.

iis ficis, quas ipse se projecisse in forum dixit, quibus digladiarentur inter se cives, nonne omnem reipublicæ statum permutavit? Quid jam de Saturnini supplicio reliquisque dicam? quos ne [d] depellere quidem à se sine ferro potuit respublica? [d] repellere alii.

Cur autem aut vetera, aut aliena proferamus potiùs, 21
quàm & nostra, & recentia? quis umquam tam audax, tam inimicus nobis fuisset, ut cogitaret umquam de statu nostro labefactando, nisi mucronem aliquem tribunicium exacuisset in nos? quem cùm homines scelerati ac perditi, non modò [e] ulla in domo, sed nulla in gente reperirent, gentes sibi in tenebris reipublicæ 44 perturbandas putaverunt. Quod nobis quidem egregium, & ad immortalitatem memoriæ gloriosum, neminem in nos mercede ulla tribunum potuisse reperiri, nisi cui [f] ne esse quidem licuisset tribuno. [e] nulla Lamb. P. B. [f] nec alii.

Sed ille quas strages edidit? eas videlicet, quas sine 22
ratione, ac sine ulla spe bona furor edere potuit impuræ beluæ, multorum inflammatus furoribus. Quamobrem in ista quidem re vehementer Sullam probo, qui tribunis plebis sua lege injuriæ faciendæ potestatem ademerit, [g] auxilii ferendi reliquerit: Pompejumque nostrum ceteris rebus omnibus, semper amplissimis summisque effero laudibus; de tribunicia potestate taceo. nec enim reprehendere libet, nec laudare possum. [g] auxilium alia edd.

X. M. VITIA quidem tribunatûs præclarè, Quinte, 23
perspicis. Sed est iniqua in omni re accusanda, prætermissis bonis, malorum enumeratio, vitiorumque selectio. Nam isto quidem modo 45 vel consulatus vituperio est, si consulum, quos enumerare nolo, peccata collegeris. Ego enim fateor in ista ipsa potestate inesse quiddam mali. Sed bonum, quod est quæsitum in ea, sine isto malo non haberemus. Nimia potestas est tribunorum plebis. quis negat? sed vis populi multo sævior

Gebhard. Cujacius ad Novellam LXXXV. producebat *ruinis & semificis*. Gronov.

44. *Perturbandas.*] Tollenda asterisci nota sine causa apposita. *P. Manut.*

45. *Vel consulatus vituperio est.*] Recepi contra omnes edd. hanc lectionem repositam à concordi Palat. consensu. nam sic loquitur Cicero frequentissimè, aliique. Vulgo *vituperabilis est*, quod liquet mihi pro glossa. *Gebhard.*

46. Quin

vior multoque vehementior, quæ ducem quòd habet, interdum lenior est, quàm si nullum haberet. dux enim suo periculo progredi cogitat: populi impetus periculi rationem sui non habet.

24 At aliquando incenditur; & quidem sæpe sedatur. quod enim est tam desperatum collegium, in quo nemo è decem sana mente sit? [46] quin per ipsum Ti. Gracchum non solùm nectus, sed etiam sublatus intercessor fuerat. Quid enim illum aliud [47] perculit, nisi quòd potestatem intercedendi collegæ abrogavit: sed tu [48] sapientia majori in illo vide. Concessa plebi à patribus

Pag. CLXXXIX.

bus

46. *Quin per ipsum Ti. Gracchum non solùm vetitus, verùm etiam sublatus intercessor fuerat.*] Ita legitur hic locus in manuscripto: Lambinus autem pro *nectus*, verbo corrupto, reposuit *nexus*. Minutius *neglectus*. Ursin. *Quin per ipsum Tib. Gracchum non solùm nectus, sed.*] Variè agitatus locus. Turnebus ita edidit, ut scripsi. Victorii verò editio, *quin * per ipsum &c.* Pal. tert. omittit τὸ *per*, in reliquis cum vulgatis concinens. quartus tale quid muginatur: *quin ipsum Tiberium Gracchum non solùm vectus, sed etiam sublatus intercesso servaverat.* de quo miraculo ad ingeniosiores referendum censeo. Porro ex nostra lectione concinnarat Gulielm. *rejectus*, aut, quod verissimum putat, *neglectus*. Puteanus conabatur, *quis perdidit ipsum Tib. Gracchum, non solùm vetitus, sed etiam sublatus intercessor*; ejecta voce *fuerat*, quæ sequebatur in vulgatis. Ego, quod Victorius, Turnebus, Ald. Nepos, præterea cum quarto S. Vict. Fabr. codd. retinent, exhibendum duxi. *Gebhard.* *Non solùm nectus.*] Locus desperatus, in quo propterea licebit impune divinare. Primo autem notandum, quod voculam *per* ab initio libri multi non agnoscant. Deinde quod pro *nectus* habeant *vectus*. Accedit, quod in aliquo pro *fuerat*, reperiatur *servaverat*. His positis, suspicor scripsisse Ciceronem: *Quin ipsum Tiberium Gracchum non solùm invectus, verùm etiam sublatus intercessor fuderat.* Illud *invectus* accipio passivo sensu, pro *reprehensus*, *culpatus*, sicut hujus generis à deponentibus formata passim reperiuntur plurima. *Fuderat* autem intelligitur ex sequenti *perculit*. Et videtur aliquis ejus explicandi gratia adscripsisse glossam *straverat*, ex qua deinde factum *servaverat*, quod dixi in antiquo libro reperiri. *Scheffer.*

47. *Perculit.*] Evertit, subvertit. sic apud Plautum Epidico:

Perii, austrum perculi.

vel cum aspiratione, *haustrum perculi*, id est, everti vas haustorium aqua plenum. Hæc lectio librorum est vetustissimorum, quam lex Carminis confirmat, & interpretatio ea, quam adscripsi, quam homini hujus memoriæ doctissimo Domino Gulielmo Pelisserio Monspessuli Episcopo acceptam fero *Austrum* autem veteres & *haustrum* dicebant, aspiratè & tenuiter. *Turneb.*

48. *Sapientia majore nihilo vide.*] Alii, *Nihilo videris*, sensu mi-

hil

bus ista potestate arma ceciderunt: restincta seditio est: inventum est temperamentum, quo tenuiores cum principibus æquari se putarint: in quo uno fuit civitatis salus. At duo Gracchi fuerunt. Et præter eos quamvis enumeres multos licet; 49 cùm deni creantur, nullos in omni memoria reperies perniciosos tribunos? leves, etiam non bonos fortasse plures. invidia quidem summus ordo caret: plebes de suo jure periculosas contentiones nullas facit. Quamobrem aut exigendi reges non 25 fuerunt: aut plebi re, non verbo danda libertas: quæ tamen sic data est, ut multis [h] præclarissimis [i] addiceretur, ut auctoritati principum cederet.

h præclariss. legibus Lamb.
i adduceretur Gul.

XI. Nostra autem causa, quæ, optime & dulcissime frater, incidit in tribuniciam potestatem, nihil habuit contentionis cum tribunatu. Non enim plebs incitata nostris rebus invidit: sed vincula soluta sunt, & servitia incitata, adjuncto terrore etiam militari. Neque nobis cum illa tum peste certamen fuit, sed cum gravissimo reipublicæ tempore: cui si non cessissem, non diuturnum beneficii mei patria fructum tulisset. Atque hoc rei exitus indicavit. Quis enim non modò liber, sed etiam servus libertate dignus fuit, cui nostra salus cara non esset?

50 Quòd si is casus fuisset rerum, quas pro salute reipublicæ gessimus, ut non omnibus gratus esset: &, 51 si 26 nos

hi quidem parum probata. Maffæi liber habet; *sapientia inde majorum nonne vides, quòd*; ut putem esse legendum, *sapientiam majorum nonne vides, quòd concessa &c.* P. Manut.

49. *Cum deni creantur, nullos in omni memoria reperies perniciosos Tribunos? leves etiam non bonos fortasse plureis.*] Sic è mss. Pall. Fabr. Interrogationis notam immisi, judicium secutus Gulielmii. nam quod alii *non* inferciunt, contra mss. est: sicque leviculâ distinctione sensus juvatur. *Gebhard.* *Nullas in omni memoria.*] Interrogationis nota quam post *tribunos* vel plures collocant, mihi equidem non placet, cum videatur otiosa. Mallem pro *nullos*, *multos* scribere, videturque postulare, quod sequitur *fortasse plures.* Certe alias non habet quò possit commodè referri. *Scheff.*

50. *Quòd si is casus &c.*] Hic locus ex Maffæi libro ita videtur esse corrigendus: *Quòd si is casus fuisset rerum, quas pro salute Reip. gessimus, ut non omnibus gratus esset, & si nos multitudinis vis furentis inflammatâ invidiâ pepulisset, Tribunusque aliquis in me populum, sicut Gracchus in Lænatem, Saturninus in Metellum, incitasset: ferremus, o Quinte frater, &c.* P. Manut.

51. *Si nos multitudinis vis furentis inflammatâ invidiâ pepulisset;* si

nos multitudinis vis furentis inflammatâ invidiâ pepulisset; si tribunus aliquis in me populum, sicut Gracchus in Lænatem, Saturninus in Metellum, incitasset: ferremus, ô Quinte frater: consolarenturque nos non tam philosophi, qui Athenis fuerunt, qui hoc facere

†. B. debent, quàm clarissimi viri; qui illa urbe pulsi carere ingrata civitate, quàm manere in improba maluerunt. Pompejum verò quòd una ista in re non ita valde probas, vix satis mihi illud videris attendere, non solùm ei, quid esset optimum, videndum fuisse, sed etiam

k deleri MSS. quid necessarium. sensit enim k deberi non posse huic civitati illam potestatem. quippe quam tantopere populus noster ignotam expetisset; quî posset carere cognita? sapientis autem civis fuit, causam nec perniciosam, & ita popularem, ut non posset obsisti, perniciosè populari civi non relinquere. Scis solere, frater, in hujusmodi sermone, ut transiri aliò possit, ADMODUM, dici.

27 XII. Att. Prorsus ita l est. Q. Haud equidem assentior, tu tamen ad reliqua pergas velim. M. Perseveras tu quidem, & in tua vetere sententia permanes. Q. m Nunc mehercule. Att. Ego sanè à Quinto nostro dissentio. Sed ea, quæ restant, audiamus. M. Deinceps igitur omnibus magistratibus auspicia & judicia dantur: judicia, ut esset populi potestas, ad quam provocaretur: auspicia, ut multos inutiles n comitiatus, probabiles impedirent moræ: sæpè enim populi impetum injustum auspiciis dii immortales represserunt. 52 Ex his autem, qui magistratum ceperunt, quòd senatus

l esse haud equid. Lamb.

m Non meherc. Lamb.

n comitatus alii.

si tribunus aliquis in me populum.] Malumus Turnebum & Manutium Nep. sequi, quam vulgatum: *si in os m. f. v. f. inf. invidia pepulisset tribunitia: quis in me popul. &c.* Locus in mss. etiam eximiè corruptus. Lambinus, ne non aliquid novi post Turnebum & Manutium reperisse videretur, contra omnes mss. *perculisset* legit. Puteanus adquiescit nostræ lectioni, sed mallet rescribi, *perculisset, si quis sic in me*, recisis intermediis. *Gebhard.*

52. *Ex his autem, qui magistratum ceperunt, quod senatus efficitur, popularem sanè.*] Non sustinui sequi conjecturam Turnebi, refingentis, *populare est*, cùm vulgatam lectionem tueantur mss. S. Victor. Fabr. Pal. tert. (nam quart. hîc deficit) atque adeo visitur in edd. Ald. Victor. ceterùm pro *sublata cooptatione censoriâ* Palat. tert. Fabr. *sublata est cooptatio censoria.* Lambino quod libet, licet. *Idem.*

53. Pr-

natus efficitur, 53 popularem ſanè neminem in ſummum locum, niſi per populum, venire, ſublata cooptatione cenſoria. Sed præſtò eſt hujus vitii temperatio, quòd ſenatûs lege noſtra confirmatur auctoritas.

Sequitur enim: *ejus decreta ſunto.* Nam ita ſe res 28
habet, ut, ſi ſenatus dominus ſit publici conſilii, quodque is creverit, defendant omnes: &, ſi ordines reliqui, principis ordinis conſilio rempublicam gubernari velint, poſſit, ex temperatione juris, cùm poteſtas in P. CXC.
populo, auctoritas in ſenatu ſit, teneri ille moderatus & concors civitatis ſtatus, præſertim ſi proximæ legi parebitur. Nam proximum eſt. *Is ordo vitio careto, ceteris ſpecimen eſto.* Q. 54 Præclara verò, frater, iſta lex eſt, & latè patet, ut vitio careat ordo, & 55 cenſorem quærat interpretem. Att. Ille verò, etſi eſt totus 29
tuus ordo, gratiſſimamque memoriam retinet conſulatus tui, pace tua dixerim, non modò cenſores, ſed etiam judices omnes poteſt defatigare.

XIII. M. OMITTE iſta, Attice. non enim de hoc ſenatu, nec his de hominibus, qui nunc ſunt, ſed de futuris, ſi qui fortè his legibus parere voluerint, hæc habetur oratio. Nam cùm omni vitio carere lex jubeat,

ne

53. *Popularem ſanè.*] Ita libri omnes. Verum explicari mihi vellim iſta. Quò enim ſpectat iſtud *popularem?* Suſpicor illud eſſe notam nominis proprii, locumque totum, valde obſcurum aliàs, ſic eſſe legendum atque diſtinguendum: *Ex his autem, qui magiſtratum cœperunt, quod ſenatus efficitur. Populare, Marce, ſanè, neminem in ſummum locum, niſi per populum venire &c.* Sententia, efficitur id, quod ſenatus ſolet nominari, ex his, qui magiſtratum cœperunt. Quales nulli cùm non cœperint judicio populi, populare hoc eſt, quod ad locum ſummum, qualis eſt ſenatorum, nemo perveniat, niſi per populum. *Scheffer.*

54. *Præclara verò, frater, iſta lex eſt, & latè patet; ut vitio careat ordo, & cenſorem quær.*] Ita Turnebus, quem ſequitur nobiſcum Ald. Nep. Mich. Brutus. vulgò, *iſta lex, ſed & altera, ut & vitio careat ordo, & ut cenſ.* Gebhard.

55. *Cenſorem quærat.*] Iſtam legem oſtendit nihil egere Quintus interpretatione Ciceronis, ſed Cenſoris animadverſione & notatione, ut probroſi ordine moveantur, honeſti retineantur. Iſta enim eſt Cenſoris interpretatio, quid ſit eſſe ſenatum aliis ſpecimen? quos enim ordine removerit Cenſor, oſtendet, aliis ſpecimen non fuiſſe: quos retinuerit in ſenatu, oſtendet, fuiſſe. *Quærit* etiam legi poteſt. Emendavi, *lex eſt & latè patet*, ex veteribus libris, cum in aliis codicibus legatur, *ſed & altera*, Turneb.

 56. Qui

ne veniet quidem in eum ordinem umquam ... ceps. Id autem difficile factu est, nisi educ... dam & disciplina: de qua dicimus aliquid ... quid fuerit loci, aut temporis.

30 Att. Locus certè non deerit, quoniam ... nem legum: tempus verò largitur longitudo ... autem, etiamsi præterieris, repetam à te ... catione & de disciplina locum. M. Tu verò ... Attice. [o] & si quem alium præterii. Ceteris ... quod si est, tenemus omnia. Ut enim c... principum & vitiis infici solet tota civitas: ... dari & corrigi continentiâ. Vir magnus ... omnibus amicus, L. Lucullus, [p] efferebatur, ... modissimè [q] respondisset, cùm [r] esset obj... centia villæ Tusculanæ, [s] duo se habere vic... riorem, equitem Romanum; inferiorem, ... quorum cùm essent magnificæ villæ, conced... tere, quod iis, qui tenuioris ordinis essent, ... Non vides, Luculle, à te id ipsum natum, ... perent? quibus id, si tu non faceres, non ...

31 Quis enim ferret istos, cùm videret eorum vil... & tabulis refertas, partim publicis, partim etiam ... & religiosis? quis non frangeret eorum libidines, ... illi ipsi, [56] qui eas frangere deberent, cupiditatis ... dem tenerentur?

XIV. [57] NEC ENIM tantum mali est peccare prin... (quamquam est magnum hoc per se ipsum ma... quantum illud, quòd permulti imitatores principum ... stunt. Nam licet videre, si velis replicare mem... temporum, qualescumque summi civitatis viri fu...

o quinque seqq. voces in aliis desunt.
p ferebatur MSS. & alii.
q respondisse alii.
r esset ei Lamb.
s duos alii. malè. P. B.

56. *Qui eas frangere deberent, cupiditatis ejusdem tenerent...* *teneor* cum genitivo legitur apud Plautum; tamen & a... tiam, & ad usum loquendi magis placeret hæc lectio ... *frangere deberent, eisdem tenerentur.* P. Manut. *Cupiditat... tenerentur.*] Non malè Victorius, *Eisdem tenerentur.* Se... quidem Palat. Fabr. S. Victoris consentiunt cum Turn... visum mutare: Lambinus ex conjecturâ Manutii *cupidi... dem t.* contra omnes libros. *Gebhardus.*

57. *Nec enim tantum malum est peccare principes.*] Loc... ex lib. II. Pol. Aristotelis: Ὅτι δ' ἂν ὑπολάβῃ τίμιον ε... ριον, ἀνάγκη καὶ τὴν τῶν ἄλλων πολιτῶν δόξαν ἀκολουθ... *Ursin.*

talem civitatem fuisse: [58] quæcumque mutatio morum in principes [t] exstiterit, eandem in populo secuturam. *t exstiterat; alii.*

Idque haud paullo est verius, quàm quod Platoni nostro placet, qui musicorum cantibus ait mutatis, mutari civitatum status. Ego autem nobilium vitâ victuque mutato, mores mutari civitatum puto. Quo perniciosiùs de republica merentur vitiosi principes, quòd non solùm vitia concipiunt ipsi, sed ea infundunt in civitatem: neque solùm obsunt, quòd ipsi corrumpuntur, sed etiam quòd corrumpunt, plusque exemplo, quàm peccato nocent. Atque hæc lex dilatata in ordinem cunctum, coangustari etiam potest. pauci enim, atque admodum pauci, honore & gloria amplificati, vel corrumpere mores civitatis, vel corrigere possunt. Sed hæc & nunc satis, & in illis libris tractata sunt diligentiùs. Quare ad reliqua veniamus. Proximum autem est de suffragiis: quæ jubeo nota esse optimatibus, populo libera. Att. Ita mehercule attendi, nec satis intellexi, quid sibi lex, aut quid verba ista vellent. 32 33

XV. M. DICAM, Tite, & versabor in re difficili, ac multùm & sæpe quæsita: suffragia in magistratu mandando, aut reo [59] judicando, aut lege, aut rogatione sciscenda, clam, an palam ferre, melius esset. Att. An etiam id dubium est? Q. Vereor, ne à te rursus dissentiam. M. Non facies, Quinte. nam ego in ista sum sententia, [v] quâ te fuisse semper scio, nihil ut fuerit in suffragiis voce melius, sed, obtineri an possit, videndum est. *P. XCXI.* *v in qua Lamb.*

Q. Frater, bonâ tuâ veniâ dixerim, ista sententia maximè & fallit imperitos, & obest sæpissimè reipublicæ, cùm aliquid verum & rectum esse dicitur, sed obtineri, id est, obsisti posse populo, negatur. Primùm enim obsistitur, cùm agitur severè: deinde vi opprimi in bona causa, est melius, quàm malæ cedere. 34

Qui

58. *Quæcunque mutatio morum exstiterit, eandem in populo secuturam.*] Cùm de præteritis oratio sit, apparet legendum esse, *in populo secutam.* P. Manut.

59. *Judicando, quin in lege.*] In verbo *quin* mendum esse constat; neque vetusti libri discrepant. fortè *itemque* legendum sit. *P. Manut.* *Aut reo judicando, aut lege aut rogatione sciscendâ clam an palam ferè melius esset.*] Sic Victorius, absque dubio ex mss. vulgò. *Aut de reo judicando, quin in lege aut rogatione clam an palam ferre.* Et ferè nulla est editio, quæ non variet in hoc loco. *Gebh.*

Qui autem non sentit, auctoritatem omnem optimatium tabellariam legem abstulisse? quam populus liber numquam desideravit: idem oppressus dominatu ac potentiâ principum, flagitavit. Itaque graviora judicia de potentissimis hominibus [60] exstant voces, quàm tabellæ. Quamobrem suffragandi nimia libido in non bonis caussis eripienda fuit potentibus, non latebra danda populo, in qua, bonis ignorantibus, quid quisque sentiret, tabella vitiosum occultaret suffragium.

35 XVI. ITAQUE isti [x] rationi neque lator quisquam est inventus, nec auctor umquam bonus. Sunt enim quattuor leges tabellariæ: quarum prima de magistratibus mandandis: ea [61] est Gabinia, lata ab homine ignoto & sordido. Secuta biennio post Cassia est, de populi judicio, ea à nobili homine lata est, L. Cassio, sed, pace familiæ dixerim, dissidente à bonis, atque omni rumusculos [y] populares ratione aucupante. Carbonis est tertia de jubendis legibus ac vetandis, seditiosi atque improbi civis: cui ne reditus quidem ad bonos, salutem à bonis potuit [z] afferre.

36 Uno in genere relinqui videbatur vocis suffragium, quod ipse Cassius exceperat, perduellionis. Dedit huic quoque judicio Cœlius tabellam, [62] docuitque quoad vixit,

x rogationi *Lamb.*

y popularis *alii.*

z auferre *Lamb.*

P. B.

60. *Exstant voces, quàm tabellæ.*] Contra alias editiones amplexi sumus Victorii lectionem, quam stabilit Palatin. item Aldi vetus: ac si quis introspiciat, præferet nostrum vulgatæ *vocis.* Gebhard. *Exstant voces, quam tabellæ.*] Sic Gruterus. Vulgati, *vocis*, quod mihi quidem rectius videtur. Ita supra, *nihil ut fuerit in suffragiis voce melius.* Et repetitur hic locus infra cap. 17. Eoque nunc fit illud, quod à te modò, Quinte, dictum est, ut minus multos tabella condemnet. quàm solebat vox. *Scheff.*

61. *Est Gabinia.*] Lex *Gabinia* tabellam duntaxat in magistratibus creandis dabat. *Cassiâ* verò cautum erat, ut populus, cùm judicaret, nisi in perduellionis crimine, in quo vocem reliquit, tabellâ sententiam ferret. *Carboniana* legum lationi & abrogationi tabellam dedit. *Cæliana*, perduellionis judicio, quod à Cassio exceptum fuerat. Cicero de Amicitiâ: *Videtis in tabellâ jam antè quanta sit facta labes, primò Gabinianâ lege, biennio autem post Cassiâ. Videre jam videor populum a Senatu disjunctum, & multitudinis arbitrio res maximas agi.* Turneb.

62. *Docuitque quoad vixit, se, ut opprimeret C. Popilium, nocuisse & reipub.*] Merus dies hic est a Turnebo, quem sequitur Lambinus. Vulgatis nihil intricatius, *doluitque quoad vixit, sed ut opprimeret Cælius populum, nocuit & reipub.* Pighius emendationem hanc quoque probat, nisi quod putat, retineri posse, *doluit*, videatur ad

annum

vixit, se, ut opprimeret C. Popilium, nocuisse & reipublicæ. Et avus quidem noster singulari virtute in hoc municipio, quoad vixit, restitit M. Gratidio, cujus in matrimonio sororem, aviam nostram, habebat, ferenti legem tabellariam. [63] excitabat enim fluctus in simpulo, ut dicitur, Gratidius, quos pòst filius ejus Marius [64] in Ægæo excitavit mari, [65] ac nostro quidem. Quoi cùm res esset ad se delata, Scaurus consul, Utinam,

annum urbis conditæ DCXLVI. *Gebhard.*

63. *Excitabat enim.*] Hoc speciem ænigmatis & proverbii habet, significat autem Patrem Gratidium turbellas in parvâ & municipali rep. excitâsse, filium verò in maxima Rep. Romanâ maximos tumultus. *Simpulum*, auctore Festo, vas parvum est, non dissimile Cyatho, quo vinum in sacrificiis libabatur: unde & mulieres rebus divinis deditæ *simpulatrices* vocantur. Sic vocatur tanquam simplum, ut quod nunc *templum* dicimus, veteribus *tempulum* erat, unde apud Plautum Aulularia scribitur:

Nam si ignis vivet, tu extinguere ex tempulo, pro *ex templo.*

Itaque fortasse *Simpularia funera* dici debent, quæ *simpludearia* apud Festum scribuntur. Varro à *sumendo* deducit *simpulum*. Perottus idem poculi genus putat *sympinium*, & mulieres rebus divinis deditas *sympinatrices* appellat, ita, ut opinor, in Festo legens, ac etymon Græcum sequens. Apud Nonium *simpuvium* scribitur. Cicero de Repub. *Oratio extat Lælii, quam omnes habemus in manibus, quam simpuvia pontificum Diis immortalibus grata sint, samiaque*, ut is scribit, *capedines.* Nam sic locum hunc legit V. C. Æmarus Ranconetus: *simpuvium* quoque à Plinio & Juvenale vocatur. Varro autem *simpulum*, ait, vas esse minutatim fundens, in cujus locum successerit ἐπίχυσις. Unde inquit: *Veteres res minutas nulliusque pretii simpularias appellabant.* Turneb. *Fletus.*] *Fluctus* rectè putat esse legendum Hier. Ferrarius, juvenis pereruditus. est autem sensus: *Faciebat Gratidius Arpini, quod pòst Romæ filius ejus Marius fecit*, hoc autem translatis verbis eleganter expressit. *P. Manut.*

64. *In Ægæo excitavit mari, ac nostro quidem. Quoi cùm res esset.*] Sic elegantissimus Victorius. vulgo, *mari. ac nostro quidem, qui cùm res esset ad se del.* Lambinus, ut captus istius viri erat, ad placitum interpolat; nescirem an ex libris an de conjectura; nisi Claudii Puteani filius communicasset Grutero patris sui hariolationes, inter quas & hæc, *ac nostro quidem avo cùm &c.* Gebhard.

65. *Ac nostro quidem, qui cùm.*] Si relativum *qui* tollatur, mendi nihil superarit. non enim assentior iis, qui illud, *ac nostro quidem*, cum præcedenti membro connectunt; ex quo inepta planè atque insulsa fieret sententia. *Noster* autem sine substantivo quandoque veteres usurpabant, ut Terent. in Phorm. *Noster, quid ageret, nescire*; & Cic. in Epist. Fam. *Quòd nostra tibi gratias agit.* P. Manut.

nam, inquit, M. Cicero, isto animo atque virtute in summa republica nobiscum versari, quàm in municipali maluisses!

37 Quamobrem, quoniam non recognoscimus nunc leges populi Romani, sed aut repetimus ereptas, aut novas scribimus: non quid hoc populo obtineri possit, sed quid optimum sit, tibi dicendum puto. Nam Cassiæ legis culpam Scipio tuus sustinet, quo auctore lata esse dicitur. Tu, si tabellariam tuleris, ipse præstabis. nec enim mihi placet, nec Attico nostro, quantum è vultu ejus intelligo.

XVII. ATT. MIHI verò nihil umquam populare placuit: eamque optimam, rempublicam esse duco, quam hic consul constituerat, quæ sit in potestatem
38 optimorum. M. Vos demum, ut video, legem antiquastis sine tabella. Sed ego, etsi satis dixit pro se in illis libris Scipio, tamen libertatem istam largior populo, ut & auctoritate [a] valeant, & utantur bonis. Sic enim à me recitata lex est de suffragiis. *Optimatibus nota, plebi libera sunto.* Quæ lex hanc sententiam continet, ut omnes leges tolleret, quæ postea latæ sunt, quæ tegunt omni ratione suffragium, ne quis inspiciat tabellam, ne roget, ne appellet. [66] Pontes etiam lex Maria fecit angustos.

[a] valeat & utatur *Lamb.*

39 Quæ si opposita sunt ambitiosis, ut sunt ferè, non
P. CXCII. reprehendo. Sin valuerint [b] tantum leges, ut ne [c] sint ambitus: habeat sanè populus tabellam, quasi vindicem libertatis, dummodò hæc optimo cuique & gravissimo civi ostendatur ultroque offeratur, [67] uti in eo sit ipso

[b] tamen *alii.*
[c] sit *conj. Lamb.*

66. *Pontes etiam.*] C. Marius Trib. plebis legem de suffragiis, ut Plutarchus ait, repugnante Cotta Cos. & pleraque nobilitate tulit: ea pontes angustos faciebat, ne quis illic, præter eum, qui suffragium ferret, consistere posset ad appellandum rogandumque. Suffragia porrò per pontem ferri solita, ex proverbio, *sexagenarios de ponte dejici*, notum est: hinc & senes *Depontani* dicebantur, quòd à suffragiis & negotiis publicis liberi erant. Huc pertinet illud de Cæpione: *Pontes disturbat, cistas dejicit.* Turnebus.

67. *Uti in eo sit ipso libertas, in quo populo potestas.*] Prætuli Turnebi lectionem, indicatam & assertam ab ipso ex veteri libro. alioquin non displicet Victorii, *uti in eo sit ipsa libertas, quod populo p.* vulgata habet, *uti sit ipsa libertas, in quâ populo*, cum Turnebo facit codex S. Victoris. *Gebhard.*

68. Quod

ipso libertas, in quo populo potestas honestè bonis gratificandi datur. Eoque nunc fit illud, quod à te modò, Quinte, dictum est, ut minùs multos tabella condemnet, quàm solebat vox, quia populo licere satis est. Hoc retento, reliqua voluntas auctoritati, aut gratiæ traditur. Itaque, ut omittam largitione corrupta suffragia, non vides, si-quando ambitus sileat, quæri in suffragiis, quid optimi viri sentiant? Quamobrem lege nostra libertatis species datur, bonorum auctoritas retinetur, contentionis causa tollitur.

XVIII. DEINDE sequitur, quibus jus sit cum populo agendi, aut cum senatu. gravis &, ut arbitror, præclara lex. [d] *Quæ cum populo, quæque in patribus* 40
agentur, modica sunto: id est, modesta atque sedata. Actor enim moderatur [e] & fingit non modò mentem ac voluntates, sed pæne vultus eorum, apud quos agit, [68] quod in senatu non difficile est. est enim senator is, cujus non ad auditorem referatur animus, sed qui per se ipse spectari velit. huic jussa tria sunt: ut adsit: nam gravitatem res habet, cùm frequens ordo est: ut loco dicat, id est, rogatus: ut modo, ne sit infinitus: nam brevitas non modò senatoris, sed etiam oratoris magna laus [f] est in sententia. Nec est umquam longa oratione utendum, nisi aut [g] peccante senatu, quod fit ambitione [69] sæpissimè, [70] nullo magistratu adjuvante, tolli diem utile est: aut cùm tanta causa est, ut opus sit oratoris copia vel ad hortandum, vel ad docendum: quorum generum in utroque magnus noster Cato est.

[d] *qua cum pop.* in multis desunt.

[e] effingit *Lamb.*

[f] est in sent. *delet Putean.*

[g] spectante *alii.*

Quodque addit, *causas populi teneto*, est senatori necessarium nosse rempublicam. idque latè patet, quid 41
habeat militum, quid valeat ærario, quos socios respublica habeat, quos amicos, quos stipendiarios, qua quisque sit lege, conditione, fœdere: tenere consuetudinem decernendi, nosse exempla majorum. Videtis jam,

P. R.

68. *Quod si in senatu difficile est (est enim senatoris, cujus non ad actorem referatur animus, sed qui per se ipse spectari velit) huic jussa tria erunt &c.*] Ita legitur hic locus in manuscripto, nec aliter mihi legendus videtur. *Ursin.*

69. *Sæpissimè, nullo.*] Ex antiquo libro particulam *cum* interpono, ut legatur, *sæpissimè, cum nullo &c.* P. Manut.

70. *Aut cum nullo magistratu juvante.*] Ita vetus liber, in aliis deest, *aut*, ad sententiam necessarium. *Ursin.*

jam, genus hoc omne scientiæ, 71 diligentiæ; memoriæ esse, sine quo paratus esse senator nullo pacto potest.

42 Deinceps sunt cum populo actiones: in quibus primum & maximum, *Vis abesto.* nihil est enim exitiosius civitatibus, nihil tam contrarium juri & legibus, nihil minùs civile & humanum, quàm, composita & constituta republica, quidquam agi per vim. Parere jubet intercessori: quo nihil præstantius. impediri enim bonam rem melius, quàm concedi [h] malæ.

h malam *Putean.*
i abesse *alii.*

XIX. QUÒD verò actoris jubeo [i] esse fraudem, id totum dixi ex Crassi, sapientissimi hominis, sententiâ: quem est senatus secutus, cùm decrevisset, 72 C. Claudio consule, de Cn. Carbonis seditione referente, invito eo, qui cum populo ageret, seditionem non posse fieri, quippe cui liceat concilium, simulatque intercessum, turbarique cœptum sit, dimittere. 73 Quod qui permovet, cùm agi nihil potest, vim quærit. cujus impunitatem amittit hac lege. Sequitur illud. *Intercessor rei malæ, salutaris civis esto.*

43 Quis non studiosè reipublicæ subvenerit, hac tam præclara legis voce laudatus? Sunt deinde posita deinceps, quæ habemus etiam in publicis institutis atque legibus: *auspicia servanto, auguri parento.* Est autem boni auguris, meminisse 74 maximis reipublicæ temporibus

71. *Diligentiæ memoriam esse.*] Corrigo ex Maffæi libro & ex sensu, *Diligentiæ memoriæ esse*: nam illud *diligentiæ memoriam esse*, frigidam habet sententiam & perabsurdam. *P. Manut.*

72. *C. Claudio consule, de Cn. Carbonis seditione referente, invito eo.*] Turnebo debetur hæc emendatio, qui eam ex vett. libris eruit: acceditque proximè Victorius; tantùm in *C.* pro *Cn.* demutans. vulgò: *C. Claudio consule designato, Carbonis seditionem referente, eo invito.* quæ varietas unde nata sit, prodit Pighius in Fastis ad annum urbis DCXXII. *Gebhard.*

73. *Quod qui permovet.*] Locus obscurus. Turnebus illud *quod* explicat de eo, quod moveri cœptum est in plebe. Mihi aliter videtur, & referendum ad *concilium.* Permovere autem concilium, puto significare, movere id magis magisque ac in movendo persistere. Habet enim illud *per* in compositis hanc significationem aliquando, ut constantiam, moram, continuationem innuat. *Sheffer.*

74. *Maximis Reip. temporibus.*] Ut impetum populi injustum auspiciis interpretandis reprimat, & inutiles comitiatus probabili morâ impediat. Huc pertinet, quæ scripsit lib. II. *Quid majus est,*

ribus præstò esse debere : Jovique optimo maximo se consiliarium atque administrum datum, [k] ut sibi eos, [75] quos in auspicio esse jusserit : cœlique partes sibi definitas esse traditas, [76] de quibus sæpe [77] opem referre possit. Deinde de promulgatione, de singulis rebus agendis, de privatis magistratibusve audiendis.

k *ut delend. è conj. Lamb.*

P. CXCIII.

Tum leges præclarissimæ de XII. tabulis tralatæ duæ : 44
quarum altera privilegia tollit; altera de capite civis rogari, nisi maximo comitiatu, vetat, [78] nondum irritis se-

est, si de jure quærimus, quàm posse à summis Imperiis & summis potestatibus comitiatus & Concilia, vel instituta dimittere, vel habita rescindere? Quid gravius, quàm rem susceptam dirimi, si unus Augur alio die dixerit? Quid magnificentius, quàm posse decernere, ut magistratu se abdicent Consules? Quid religiosius, quàm cum populo, cum plebe agendi jus aut dare, aut non dare? Turneb.

75. *Quos in auspicio.*] Auguralis locutio, qua utebantur Augures, cùm aliquem auspicari jubebant. Cicero lib. II. de Divinatione: *Q. Fabi te mihi in auspicio esse volo. Respondet, audivi. Nam qui auspicatur, is in auspicio est.* Cicero: *Juralo Cn. nostrum Collegam Balbi, Antii mihi narrâsse in auspicio fuisse.* Ita in agendo cùm auspicabantur, augur aliquem adhibebat, qui in auspicio esset. *Turneb.*

76. *De quibus sæpe opem referre possit.*] Non ausus sum, conjecturam Manutii in textum recipere, *è quibus sæpe opem reip. ferre possit:* quamquam eam valde laudet Lambinus, receperitque Turnebus, præsertim cum & Victorianæ lectioni sensus suus constet. *Gebhard.*

77. *Opem referre.*] *Opem Reip. ferre*, conjecturam secutus, emendo. Erroris origo, ut opinor, ea fuit, quòd in antiquis libris cùm scriptum esset, *R. P. ferre*, pro *Republica ferre*, ab imperitis mutatum est, & scriptum, *referre.* P. Manut.

78. *Nondum inventis seditiosis.*] Locus iste miserè contaminatus est, & propè desperatus. Veteres lib. *nondum nitis :* sed & mox *negotialis*, habent. *Inventis* optimè emendatum reor, cùm alio loco similem scripturam repererim, ubi pro certo, *inventis* erat legendum. Pro *negotialis*, quid scribendum sit, equidem nescio. Veniebat in mentem *negotialis*, quod non omnino alienum est, ut dicat tantâ diligentiâ majores fuisse, ut nihil in litibus scribendis prætermiserint, sed omnibus etiam minimis negotiis providerint & prospexerint. Commendat autem hîc majorum prudentiam, qui etsi nondum quisquam usque adeò furiosus Tribunus extiterat, qui civem ex urbe, ut postea Clodius Ciceronem, manu factâ ejicere tentaret, tamen quasi eò prorupturam aliquando magistratuum audaciam providerent, legibus, ne id fieret, longè antè caverunt. Quod sequitur, in *V. L. Scitum est jussum*, puto, *Scitum & jussum*, esse legendum : ut pro Balbo : *Scita ac jussa nostra comprobat.* Legit Budæus : *Cùm legis hæc vis sit, jussum & scitum in omnes, ferri de singulis, nisi &c.* Alii libri : *statum est jussum.* Turneb. *Nondum initis seditiosis Tribunis plebis.*]

seditiosis tribunis plebis. [79] Negotialis quidem admirandum tantum majores in posterum providisse: in [1] privatos homines leges ferri noluerunt: id est enim privilegium: quo quid est injustius? cùm legis hæc vis sit, [80] scitum est jussum in omnes? ferri de singulis nisi centuriatis comitiis noluerunt. descriptus enim populus censu, ordinibus, ætatibus, plus adhibet ad suffragium consilii, quàm fusè in tribus convocatus.

1 privos Putean.

45 Quo verius in nostra causa vir magni ingenii, summâque prudentiâ, L. Cotta, dicebat, nihil omnino actum esse de nobis. præter enim quàm quòd comitia illa essent armis gesta servilibus, præterea neque tributa capitis comitia rata esse possent, neque ulla privilegii: quocirca nihil nobis opus esse lege, de quibus nihil omninò actum esset legibus. Sed visum est & nobis, & clarissimis viris, meliùs, de quo [81] servi & latrones sci-

Variè conspurcatus locus. Turnebus quia in mss. invenerat *nitis*, *inventis* reponit. Lambinus *cognitis*. omnino mihi, ut verum fatear, præ reliquis allubescit Gulielmii conjectura, *munitis* ex Turnebo hariolantis. *Gebhard.*

79. *Negotialis quidem admirandum.*] Etiam insigniter corruptum locum sic legi in mss. notat Turnebus. Volebat ille *negotiolis*. Victorius edidit *negotia * is quidem*. Bosius ex conjecturâ: *nec hoc satis est admi.* ceterùm Camerarius, nescio quibus opibus fretus, exhibuit: *negotia siquidem admirandum &c.* contra mss. nihil conari potui. Lambinus ediderat, *vetat, nondum cognitis seditiosis tribunis pl. ne cogitetis quidem &c.* quod habuisse à conjectura Puteani, liquet ex notis ejus, quas filius Petrus Grutero submisit. *Gebhard.* *Negotialis.*] Valde placet, quod suspicatus est Puteanus, ediditque Lambinus, *ne cogitetis.* Certè omnia hujus loci sic erunt clarissima, si legatur integer in hunc modum & distinguatur: nisi maximo comitiatu, vetat. *Nondum visis seditiosis tribunis plebis, ne cogitatis quidem, admirandum &c.* Scheffer.

80. *Scitum est jussum in omnes? ferri de singulis.*] Hæc est mss. omnium lectio, quam Victorius sua editione expressit; reperitque posteà in V. L. Turnebus. conjectat tamen, Lambino secundas agente, *scitum esse & jussum.* sed quoniam pertinaciter nostram, & Fabrit. & Palat. defendunt, religio fuit, ab illis dissensionem facere. *Gebhardus.* *Scitum est, jussum in omnes.*] Locus valde depravatus. Puto autem integrum sic emendandum. *Cum legis hac vis, ut sit scitum & jussum in omnes. Ferri de singulis, nisi centuriatis Comitiis &c.* Sententia est clarissima. Potuit porro facile fieri ut illud *ut* post vocabulum *vis* omitteretur, quoniam iisdem ferè constat literis, prout quidem in codicibus antiquis pinguntur. *Scheffer.*

81. *Ser-*

sciviſſe ſe aliquid dicerent, de hoc eodem cunctam Italiam, quid ſentiret, oſtendere.

XX. [82] SEQUUNTUR de captis pecuniis, & de ambitu legis. Quæ cùm magis judiciis, quàm verbis ſancienda ſint: adjungitur, *noxiæ pœna par eſto*, ut in ſuo 46
vitio quisque plectatur: vis, capite; avaritia, multâ; honoris cupiditas, ignominiâ ſanciatur. Extremæ leges ſunt nobis non uſitatæ: reipublicæ neceſſariæ. Legum cuſtodiam nullam habemus. itaque hæ leges ſunt, quas apparitores noſtri volunt: à librariis petimus, publicis litteris conſignatam memoriam publicam nullam habemus. Græci hoc diligentiùs: apud quos [83] νομοφύλακες creantur: nec hi ſolùm litteras (nam id quidem etiam apud majores noſtros erat) ſed etiam facta hominum obſervabant, ad legesque revocabant. P. B.

Hæc [m] detur cura cenſoribus: quandoquidem eos in 47
republica ſemper volumus eſſe. apud eosdem, qui magiſtratu abierint, edant & exponant, quid in magiſtra-

m mandetur cura conj. Lamb.

81. *Servi & latrones.*] In antiquis libris, *Servi atque patroni*, &, *Servi & patroni tui*, legebatur. nos, *Servi & latrones*, emendavimus: ut tamen, ſi quis melius attulerit, libenter eum ſecuturi ſimus. *P. Manut.*

82. *Sequitur de captis pecuniis, de ambitu legis.*] Adjutus à vetere ſcriptura emendo: *Sequuntur de captis pecuniis, de ambitu leges.* duo enim capita, quorum alterum ad *captas pecunias*, alterum ad *ambitum* pertineret, *leges* appellat: ut paulò ante, cùm dixit: *Leges præclariſſimæ de* XII. *tabulis translatæ duæ, quarum altera privilegium tollit, altera de capite civis rogari, niſi maximo comitiatu, vetat.* P. Manut.

83. *Nomophylaces.*] Νομοφύλακες, inquit Pollux, ἐστεφάνωνται στροφίῳ λευκῷ· τοῖς δὲ προέδροις ἐν ἐκκλησίαις συγκαθίζουσιν, ἵνα διακωλύοντες ἐπιχειροτονεῖν, ὅσα μὴ συμφέρει. id eſt, Nomophylaces, i. cuſtodes legum, ſtrophio candido redimiti ſunt: in concionibus præſidibus aſſident, intercedentes, ſi quid, quod è Rep. non ſit, ſciſcatur. Hi numero XII. erant, legumque cuſtodiam habebant, ac magiſtratus omnia ex legum præſcripto agere cogebant, hominumque facta ad leges revocabant. *Sic Rhadamantus in urbe*, *Talos in agris*, ut ſcribit Plat. Minois, Νομοφύλακες *fuerunt.* De Nomophylacibus ſic Columella lib. XII. ſcribit: *Quod etiam in benè moratis civitatibus ſemper eſt obſervatum, quarum primoribus & optimatibus non ſatis viſum eſt, bonas leges habere, niſi cuſtodes earum diligentiſſimos cives creaſſent, quos Græci νομοφύλακας appellant. Horum erat officium, eos, qui legibus parerent, laudibus proſequi, nec minus honoribus; eos autem, qui non parerent, pœnâ mulctare.* Turneb.

ſtratu geſſerint: deque iis cenſores præjudicent. Hoc in Græcia fit, [84] publicè conſtitutis accuſatoribus. Qui quidem graves eſſe non poſſunt, niſi ſint voluntarii. Quocirca melius eſt, rationes referri, cauſamque exponi cenſoribus: integram tamen legem accuſatori judicioque ſervari. Sed ſatis jam diſputatum eſt de magiſtratibus, niſi fortè quid deſideratis. Att. Si nos tacemus, locus ipſe nos admonet, quid tibi ſit deinde dicendum? M. Mihine? de judiciis arbitror, Pomponi: id eſt enim junctum magiſtratibus.

48 Att. Quid? de jure populi Romani, quemadmodum inſtituiſti, dicendum nihil putas? M. Quid tandem hoc loco eſt, quod requiras? Att. Egone? quod ignorari ab iis, qui in republica verſantur, turpiſſimum puto. Nam, ut modò à te dictum eſt, leges à librariis [n] lego: ſic animadverto, [o] quoſque in magiſtratibus ignoratione juris ſui tantum ſapere, quantum apparitores velint. Quamobrem, ſi de ſacrorum alienatione dicendum putaſti, quoniam de religione leges propoſueras: faciendum tibi eſt, ut, magiſtratibus lege conſtitutis, de poteſtate, [p] tum de jure diſputes.

49 M. Faciam breviter, ſi conſequi potuero: nam pluribus verbis [q] ſcripſit ad patrem tuum M. Junius ſodalis, peritè, meo quidem judicio, & diligenter. [85] At de jure

n legi *Putean.* peti *Lamb.*

o pleroſque *Lamb.*

p eorum & *conj. Lamb.*

q hac de re *addit Lamb.*

84 . *Publicè conſtitutis.*] Quemadmodum publicè conſtituebatur Athenis, qui in publicis ſepulturis diceret: ita quoque qui eos accuſaret, qui magiſtratum geſſiſſent in reddendis rationibus. Accuſabantur autem apud Collegium λογιστῶν, populuſque accuſatores conſtituebat, ſed graves, ut cenſet Cicero, eſſe non poſſunt, niſi voluntariè ad accuſandum deſcendant. Solebat id plerumque Athenis fieri, ut publicè accuſatores conſtituerentur, quod Demoſthenes in Ariſtogitonem ſic oſtendit: Ἐγὼ γὰρ ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ὁρῶν ὑμᾶς καταπάττοντάς με καὶ προχειριζομένους ἐπὶ τὴν ταύτην κατηγορίαν ἠχθόμην. Id eſt, *Equidem cùm viderem, me in concionibus à vobis conſtitui & deligi ad hunc accuſandum, moleſtè ferebam.* Valerius: *Athenis Ephialtes accuſare publicè juſſus, & inter cæteros Demoſtrati nomen deferre coactus eſt.* Budæus tamen cenſet hîc Ciceronem dicere voluntarios accuſatores Athenis fuiſſe. Apud Logiſtas autem triginta diebus rationes & acta rerum in magiſtratu geſtarum, magiſtratibus depoſitis, reddebantur: & ἀλογίου δίκη dicebatur, cùm quis in judicium vocabatur, quod magiſtratu finito rationes non retuliſſet. *Turneb.*

85. *At de jure naturæ cogitare per nos atque dicere.*] Expeditiſſima hæc Turnebi lectio an à libris ſit, neſcio, quandoquidem ex ipſiſ-

jure naturæ cogitare per nos, atque dicere debemus; de jure populi Romani, quæ relicta sunt & tradita. Att. Sic profectò censeo: & id ipsum, quod dicis, exspecto.

ipsissimis vestigiis vulgatæ lectionis eruta est; habeat has sedes ejecta vulgatâ implicitissimâ: *at de jure naturæ cogitari per nos & quæ dicere debemus.* Gebhard.



